OPERA B. FVLGENTII APHRI, EPISCOPI RVSPENSIS, THEOLOGI ANTIqui.

Nuper in vetuſtiſſimo codice apud Germanos inuenta, obſoletis & Longobardicis literis conſcripta. Antea nunq̃ impreſſa. Nunc primum, ad rectiorem veteris Theologię inſtitutionem, qua vt eruditione intellectus, ſic lingua eloquio & uita moribus cultior fiat, Deo auſpice, pro deſyderiis votiſq; multorum in lucem emiſſa.

ITEM OPERA MAXENTII IOHANNIS, SERVI Dei,

pulchra vetuſtatis Monumenta, in eodem Codice reperta.

Index operum continuo pagina verſa conſpicitur.

OPERA B. FVLGENTII IN HOC VOLVMINE CONTENTA.

Ad Monimum Libri tres.

PRIMVS, De duplici Prædeſtinatione Dei, Vna bonorum ad gloriam. Altera malorum ad pœnam. Folio IIII.

SECVNDVS, Tres quæſtiones complectens. Vnam, de ſacrificii oblatiōe. Alteram de Sancti Spiritus miſſione, Tertiam, de ſupererogatione S. Pauli. Fol. XV.

TERTIVS, De uera expoſitiōe illius dicti euāgelici, Et uerbū erat apud deū. Fo. xxii.

CONTRA ARRIANOS LIBER VNVS

DECEM reſponſiones Fulgentii, ad decem Arrianorum obiectiones. XXVII.

AD TRASIMVNDVM REGEM, LIBRI TRES

PRIMVS, De myſterio Mediatoris Chriſti. XXXV.

SECVNDVS, De immenſitate Diuinitatis filii Dei, XLIIII.

TERTIVS, De Sacramento dominicæ paſſionis. LIII.

AD DIVERSOS EPISTOLÆ SEPTEM

PRIMA, De coniugali debito, & uoto cōtinentiæ, a coniugibus emiſſo. Fol. LXVII

SECVNDA, Ad Gallam, de conſolatione ſuper mortem mariti, deq; uiduitate LXX

TERTIA, Ad Probam, de Virginitate ſimul atq; Humilitate. LXXV.

QVARTA, Ad eandem, de oratione ad deum, & compunctione cordis Lxxx.

QVINTA, Ad Eugypium Abbatem, de Charitate & eius dilectione. Lxxxiii.

SEXTA, Ad Theodorum Senatorem, de conuerſione a ſeculo. Lxxxv.

SEPTIMA, Ad Venantiam, de recta Pœnitentia, & futura retributione. Lxxxvii.

AD DONATVM LIBER VNVS.

De Fide Orthodoxa, & diuerſis erroribus Hæreticorum. XCI.

AD POPVLVM SERMONES QVINQVE

PRIMVS, De Confeſſoribus & diſpenſatoribus domini. XCV.

SECVNDVS, De duplici Natiuitate Chriſti, æterna & temporali. XCVII.

TERTIVS, De laudibus Mariæ, ex partu Saluatoris. XCVIII

QVARTVS, De S. Stephano protomartyre, & Conuerſione S. Pauli. XCIX.

QVINTVS, De Epiphania, deq; Innocentum nece, & muneribus Magorum C

OPERA MAXENTII IOANNIS, SERVI DEI

Libellus Fidei Romæ tanquam catholicus a Papa & Senatu approbatus. Fol. I.

Capitula, contra Neſtorianos & Pelagianos edita. VII.

Profeſſio breuiſſima Catholicæ Fidei. eodem

Breuiſſima Adunationis ratio Verbi Dei ad propriam carnem. VIII.

Reſponſio contra Acephalos de illa Adunatione. Eodem

Epiſtola Papæ Leonis ad Flauianum, contra Eutychen. IX.

Contra Neſtorianos Dialogorum libri duo. XIII.

Epiſtola ad Poſſeſſorem Epiſcopum, falſe aſcripta Hormiſdæ xxviii.

Reſponſio Maxentii pro Monachis Scytharum, contra falſam Epiſtolam. xxix.

PROLOGVS BEATI FVLGENTII, IN TRES LIBROS AD MONIMVM

GRATIAS AGO DOMINO, QVOD DE BO
no theſauro cordis bona proferre non deſinis. Et
lingua Eucharis, quæ in bono homine abūdat, pu
ritatem tui cordis inſinuat. Quæ licet diuinitus con
ceſſis eloquentiæ fluentis exuberet, non tamen tan
tum credo ſermonibus exprimi, quantum ſcio cor-
dis tui penetralibus contineri. Diuino etenim Effectus
igne ſuccenſus, ſic nobis iugiter compateris, ut etiā charitatis
illas tribulationes, quę licet acciderint nobis, Dn̄o īcōpaſſio
tamen adiuuante fuerunt ſuperatæ. Tu ſic eas pro nobis penè ſemper pateris, neamici.
ut quotiens eas corde reuolueris, totiens eas pati quodammodo compellaris.
Ecce quantum boni charitas habet? Ecce quantam laudem coram Deo & ho
mĭbus poſſidet? Vt dum dolet quod accidit illi quem amat, frequentius recor
dando, magis ipſa ſuſtineat. Hoc ergo ſupereſt, ut quod ipſa charitas facere cō
ſueuit, pro nobis iugiter faciatis. Quid aūt eſt aliud, niſi ut illum, in quo nos pu
re diligitis, ipſum ſemper pro nobis oretis? Sēper enim charitas pro his, quos
diligit, poſcit, dum etiam illa, quæ tuta ſunt, metuit. Metuit autem nō eo timo .i.Io.4.D
re, quē ipſa foras expellit, nam perfecta charitas foras mittit timorem. Sed illo
timore, quem non ad timorem, ſed ad amorem habere conſueuit. Timet ergo
non timido amore, ſed caſto. Non enim timet formidine criminis, ſed robore
puritatis & firmitate uirtutis. Exigis a me præterea debitum, quod me ce- Reddere
leriter, Domino adiuuante, ſpondeꝰ redditurum. Non enim hoc debitum ſic debitū ex
profiteor, quemadmodum de quodam tuus Maro memorat, quod ipſe fateba ſponſiōe.
tur, ſed reddere poſſe negabat. Sed illo me debere fateor, in quo me reddere
poſſe non nego, ſed ſpondeo. Ipſe enim mihi donat unde reddam, qui donauit
ut debeam. Niſi enim ab illo acciperemus, nō ſolum reddere, ſed nec ipſum de
bere poſſemus. Quid em̄ nobis inuicem niſi charitatē debemus? Quod uticꝫ
beatus Paulus, hæc loquens fidelibus, euidentior oſtendit. Nemini quicq̄ꝫ de Ad Ro.
beatis, niſi ut inuicem diligatis. Quis aūt fateatur debitum, ſi neget acceptum? xiiii.C
In eo igitur, quod nos debere dicimus, profecto nos accepiſſe mōſtramus.
Dicit quippe beatus Apoſtolus. Quid enim habes, quod nō accepiſti? Quid Omnia a
gloriaris, quaſi non acceperis? Nam & alio loco teſtatur. Quia charitas Dei Deo acci
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Qui pimus
ergo nobis dedit, quod reddendo debeamus, ipſe nobis donabit facultatem,
qua poſſimus reddere quod debemus. Ille igitur auctor eſt debiti, qui auctor

eſt doni. Nam & ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorē. Non quia
Luc.x.G indigens ab aliquo accepit, ſed quoniam abundans largiter tribuit. Seminecē
quippe ſuo iumento impoſitū, ſtabularioq; curandū tradens, duobus denariis
datis, ita ſe debitorem profitetur, ut diceret, ſi quid ſupererogaueris, cum uene
Supero- ro, reddam tibi Quid eſt autem, ſiquid ſupererogaueris, niſi, ſi quid a me
gare ex magis acceperis? Nam & ipſe, qui ſupererogabat, in eo quod non acceperat
conſilio a præceptum, ſed dabat ex charitate cōſilium, miſericordiā ſe profitebatur, itaq;
miſericor conſecutum. Ait enim. De uirginibus autem præceptum domini non habeo,
dia dei ē. ſed conſilium do, tanq; miſericordiam conſecutus a domino, ut ſim fidelis. Mi
ſericordiam eſt igitur conſecutus, non ſolum, ut erogandum acciperet, uerum
1.Cor.7.E etiam ut amplius erogaret. Ecce qualis eſt dominus noſter, ut donando debe
at, & quanto magis donat, tanto magis eū debitorem eſſe non pigeat. In quan
tum enim gratis largitur, in tātum debitor inuenitur. Nec enim poteſt aliquis
debitorem habere, niſi in eo, quod ipſe dignatus fuerit gratuita largitate con-
ferre. Ipſum igitur pro me iugiter poſce, ut mihi largiatur reddendi debiti fa-
cultatem, qui donauit, ut in ipſo, Charitatis tibi liberam debeam ſeruitutem.

Calūnia Vt enim uere tuo cordi, quod cor meum eſt, totum fatear, quóniam, ſicut
Hæretici cordi meo ita cordi tuo, aliquid cęlare non poſſum, reddendi debiti tarditatē
in Fulgē- illa mihi ratio procurauit. Quoniam aduerſus cuiuſdam Hęretici uaniloquia
tium reſpondere compulſus ſum. Qui non ſolum meum nomen, ſub Fotiniani erro
ris nota, non dubitauit laceſſere. Quin etiam ſanctorum Auguſtini & Hiero
nymi dicta, tanq; meæ profeſſioni cōtraria, in me uoluit retorquere. Cuius no
men nūc literis inſinuare diſtuli, ſed potes ipſe procul dubio recordari. Nam
ibi te nobiſcum apud Carthaginem poſito, mihi dicta eius adlata ſunt. Et, ſi
bene recolo, etiam in tuam notitiam peruenerunt. Nihil enim te ibi poſito le-
gere poſſem, quod tibi recenſendum offerre non poſſem. Eoſdem igi
tur libellos, ſi Dominus voluerit, ueſtræ charitati celeriter deſti
nabo. Et non dubito, q meam tarditatem in tuo debito,
digneris patienter ferre. Quoniā ſcio, quantum
delecteris, uel quantum nos ſemper ipſe
compellas, vt nos, Domino adiu
uante, non pigeat Hęreticis
reſpondere.

PRIMVS LIBER
BEATI FVLGENTII AD MONIMVM, DE DVPLICI PRÆDESTINATIONE DEI, VNA BONORVM AD GLORIAM, ALTERA MALORVM AD POENAM.

LITERÆ TVÆ, FILI CHARISSIME MONIME,
quantum demonſtrant delectabilem tui animi ſyn Excuſatio
ceritatem, laudabilemqꝫ ſtudii ſpiritalis ardorem, tardioris
Tantum noſtrę reſponſionis, quęrula benignitate, reſpõſio-
uidentur arguere tarditatem. Tanqꝫ in eo, minus nis
q̃ debeo, te uidear diligere, ꝙ inquiſitionibus tuis
non curauerim celeriter r̃ndere. Sed crede mihi
ſicut in charitate Chriſti, perſonam tuam nequaq̃
in corde meo contemptam. Sic reſponſionem me-
am, non uoluntate, ſed occupationum uarietate dilatam. Veruntñ inter ipſas
occupationes, quas inuitus tolerare compellor, tantum ſtudio tuo congratulor
quantum tuam charitatem delector. Eo magis amplectens ſanctum auiditatis
tuæ propoſitum, Quod ſicut uere ſpiritalis negociator, interioris hominis lu-
cra conſectans, & cęleſtium mercium quæſtus, magis ac magis amplificare de
ſyderans. Primum quod a me flagitas debitũ, ſubinde cumulas fœnore quæ
ſtionum. Vt ſcilicet, tuorum commodorum militet incrementis, ipſa noſtrę ne
ceſſitas tarditatis. Proinde cõfido in miſericordia Dei noſtri. Quia ſi quid mi
hi huius inquiſitionis ac diſputationis opere, pro meo merito non conceditur,
pro tuo mihi deſyderio concedetur. Neqꝫ enim inquiſitionem tuam Deus, in
uentionis effectu fraudari ullatenus ſinet. Qui te ad inquirendum ſpiritaliter
inflammauit. Dum ipſius fidele promiſſum, nulla ratione caſſetur, dicentis. Pe Luc. xi.B
tite, & accipietis, Quęrite, & inuenietis, Pulſate, & aperietur vobis. Inter-
nus igitur Magiſter, a quo ſubſidium doctrinæ cęleſtis accipimus, non ſolum Deus, ut
inquirẽtibus nobis, ſuorum aperit arcana ſermonum. Sed, ut etiam quęramus quæram⁹
ipſe gratis inſpirat affectum. Quia nec eſurire panem illum, qui de cęlo deſcen iſpirat, &
dit, poſſumus, niſi ab ipſo faſtidientibus eſuries detur, qui ſe ad ſaciandos eſu- a q̃rẽtib⁹
rientes donare dignatur. Ab ipſo etiam nobis eſt, ꝙ ad fontem ſitientes curri inuenit̃.
mus, qui ſe nobis tribuit, ut bibamus. Ipſe igitur laudandus eſt, in utriuſqꝫ mu
neris gratia. Siue cum nos ad ſe quærendum dormientes exuſcitat, ſeu cum ſe Ioh.6.D.
inueniendum nobis quærentibus donat. Qui profecto nullatenus inuenitur,
niſi ipſe nos excitet, ut quæratur. Reuoluens igitur ſcripta tua, tanq̃ chiro

grapha mea, ut ex his inſtruerer.Quot,uel quarũ tibi eſſem debitor quæſtio
num.Duas ad præſens epiſtolas potui reperire. Vnam, continentẽ ſancti Au
guſtini uerba,quæ in libro de perfectione Iuſticię hominis,de his qui ad me-
ritum prædeſtinati ſunt,inter alia poſuiſſe cognoſcitur.Cui alteram ſtatim ſub
iunctam quæſtionem uideor inueniſſe,hoc eſt,de Sacrificio,q̃d ſolo patri qui
dam exiſtimant immolari. In altera uero epiſtola poſitam inquiſitionem inue
ni.Quid eſt quod Apoſtolus duobus denariis quos accepit ſupererogare po
tuerit? Cum ergo has tantummodo duas epiſtolas inuenirem,tertiæ quoq;
ſum protinus recordatus,quæ mihi a Notario nõ fuit oblata.In qua memini,
unam contineri de Sancto Spiritu quæſtionem.Cur ſcilicet a patre mittendus
ad conſecrandum ſacrificium corporis & ſanguinis Dñi poſtuletur.Hæ ſunt
interim quatuor quæſtiones,quarum tres ex duabus epiſtolis tuis. Vnam ꝟo
memoria ſuggerente recolui.Quod ſi poſitæ ſunt aliæ, quas nobis miſiſti ſol-
uendas,nec in hoc inuenis opere poſitas aut ſolutas.Quæſo,ut non ad cõtem
ptum uel faſtidium redigas,ſed obliuioni patienter ignoſcas.Præſertim, cum
illam de Spiritu ſancto,quam ego,etiam epiſtola non inuenta,recolui,ſilentio
præterire nequiui.Sed quia tu cunctarũ (ſi quæ forſitan ſunt) ſine dubio me
miniſti,non te pigeat,ut te reſcribente commemorer.Et ſpero,quia in quantũ
Dominus adiuuerit,noſtra reſponſio ſubſequetur,ſi præcedentis ueſtræ ora-
Pria quę ſtio de p̃ deſtina- tione — tionis adiutorio fulciatur. Primæ igitur quæſtionis intelligentiam, in illi-
us nomine quæſiturus,de quo ſcriptum eſt,Quia Dñs dat ſapientiam, & a fa
cie eius ſcientia & intellectus.Hoc conuenientius atq; commodius arbitratus
ſum,ut tam uerba tua,q̃ beati Auguſtini,quæ in tua epiſtola poſuiſti,reuolue
rem.Vt his relictis,facilius agnoſcatur tam intentio q̃ ſolutio quæſtionis. Le
Pro.2.B. gentime,inquis,librum de perfectione iuſticię hominis,teſtimonium prophe
Pſal.13.A tæ,in ordinem relegens auditu cauto,pedetentim paululum retractaui,ubi ait
Non eſt qui faciat bonum,non eſt uſq; ad unum.Et ſine aliqua nebula,ſine ali
qua dubitatiõe expreſſit interpres ipſe ueriſſimus, genus tale eſſe hominum
Verba Augu ſtini — quod non faciat bonum. Illud prædeſtinatum itaq; ad interitum. Atq;,
ut tuus ſermo pręfati ſancti uiri fulciretur eloquio,eadem uerba,quæ a beato
Auguſtino ſunt dicta ſubnectens.Ait enim,inquis,idem glorioſiſſimus Augu
Pſal.eo. ſtinus.De illo enim bono,dictum id debemus accipere,quod ibi ait. Deus de
cælo reſpexit ſuper filios hominum ut uideret,ſi eſt intelligens,aut requirens
deum.Hoc ergo bonum quod eſt requirere deum,non erat qui faceret, non
erat vſq; ad vnum.Sed in eo genere hominum,quod prædeſtinatum eſt ad
Verba Monimi de gemia p̃deſtina tione — interitum. Hic dicta ſancti Auguſtini determinans, & ad me intentionem
tuarum dirigens literarum. Dicis,ſentire me iam,cur iterum hęc inculces,ſcili-
cet,ꝙ ſæpius reluctanti te mihi,prędeſtinationẽ non tantum in bono dici,ſed
etiam in malo,dum in malo prędeſtinationem te relegiſſe diceres.Ipſe docens
aiebam ad pœnam debitam,non ad malum faciendum, poſſe dici aliam præ-
deſtinationem.Quod etiam tu,ſicut ſcripſiſti,confirmas.Scire te tamen aſſeris
quid & hic reſpondeam,ut tuear ſententiam meam,hoc eſt, interitum non di

ci, niſi

ci,niſi mortem.Et adiūgis,interim legiſſe te hoc,& adſeueraſſe etiam prędeſti/ natum populum ad interitum.Deinde admones,ut conſyderem ipſius loci ſer monem.Et ut doctor meorum diſcipulorum,non utaſſertor mearum propo/ ſitionum,faciam nos ſequenda cognoſcere. Ego quidem chariſſime,quan/ tum, Domino gratuitam gratiam largiente,modulum poſſum propriæ parui tatis agnoſcere,ſub illo uno Dño atq; magiſtro,in eius ſchola poſitus,non fra trum meorum uocari magiſter aut Doctor affecto, quorum in ueritate con/ diſcipulus ſemper eſſe deſydero. Qua propter hoc ab illo uero Dño ac magi ſtro noſtro poſtulare non deſino, ut ea me, ſiue per eloquia ſcripturarum ſua rum,ſeu per ſermocinationem fratrum condiſcipulorumq; meorꝶ, ſiue etiam per inſpirationis ſuę internam ſuauioremq; doctrinā(ubi ſine ſonis ſermonū, & ſine elementis literarꝶ,eo dulcius,quo ſecretius, veritas loquitur) ea me do cere dignetur. Quæ ſic proponam,ſic aſſeram,ut in ꝓpoſitionibns atq; aſſer tionibus meis,veritati(quæ nec fallit nec fallitur) ſemper inhæream,ſemp obe diens conſentienſq; reperiar. Quoniā vt veritati obedire atq; conſentire va/ leam,ipſa veritas inluminat,ipſa adiuuat,ipſa confirmat.Ab ipſa poſtulo doce ri multo plura quæ neſcio,à qua accepi pauca quæ ſcio. Ipſam rogo,ut præue niente ac ſubſequente miſericordia, quæcunq; ſalubriter ſcienda neſcio,doce at me. In his,quæ vera noui,cuſtodiat me. In quibus,ut homo,fallor,corrigat me. In quibus veris titubo,confirmet me.Et a falſis ac noxiis eripiat me. Vt in cogitationibus ac ſermonibus meis, quod ſalubriter donat, inueniat.Et ea ſa ciat de ore meo procedere, quæ ſint coram ipſa principaliter grata. Et ſic fiāt fidelibus cunctiſ accepta. Quantum igitur, ipſa veritate (quæ verꝶ lumen eſt) inluminante tenebras meas,in huius quæſtionis ſcrutatione,facultas mihi eſt hactenus intelligendi conceſſa. Nihil aliud accipiendū exiſtimo,in illo ſan cti Auguſtini ſermone,quo ad interitū quoſdā prædeſtinatos firmat, niſi ad interitum ſupplicii,non delicti. Neq; ad malū, quod iniuſte admittunt, ſed ad cruciatum,quem iuſtiſſime patientur.Nec ad peccatum, quo primæ reſurre/ ctionis beneficium,aut non accipiunt,aut amittunt,ſed ad tormentum,q̄d illis propria iniquitas male parit, & æquitas diuina bene retribuit. Nec ad mortē animæ primam,in qua naſcuntur paruuli, vel in quam (ſicut beatus Iacobus dicit) concupiſcentia ſua abſtracti & inlecti recidunt criminoſi. Sed ad mortē ſecundam,quā neceſſe eſt patiantur,retribuente iuſtiſſimo iudice,ſeu qui ante perceptam gratiā baptiſmi diſcedunt de ſæculo,ſiue qui in vacuū gratiam dei recipientes poſt acceptum baptiſmū,uſq; in finem præſentis uitæ, malunt ſer ui eſſe peccati. Nec uolunt, dum tempus eſt acceptabile,& dies ſalutis, conuer ti a via ſua mala, ut uiuant.Et ignorantes, quoniā benignitas Dei ad pœniten/ tiam eos adducat, ipſi ſecundum duriciam ſuam,& impœnitens cor, theſauri/ zant ſibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicii dei. De illa ergo morte, quam ſibi peccatores manibus & uerbis arceſſierunt,& æſtimantes eam ami/ cam defluxerunt, dr̄. Nolite zęlare mortē in errorē uitæ veſtræ, neq; adqui/ ratis perditionem animarum ueſtrarꝶ, quoniam Deus mortem nō fecit,neq;

Inuocatio authoris modeſta & theologica.

Rñſio ad primam qōnem, quō ſint qdā ad interitū p̄deſtinati.

Iacob.i.B

Pctōrum mors nō eſt a deo p̄deſtiata

lætatur in perditione uiuorum. Et alio loco de hac morte dicitur. Inuidia autẽ diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur aũt eum, qui ſunt ex parte illius. Quam mortẽ, ut ab opere ac prædeſtinatione Dei agnoſceremus alienam. Deus ipſe ſic loquitur per prophetam. Conuertimini, & auertite uos ab omnibus impietatibus ueſtris, & non erunt uobis in pœnam iniquitatis. Proiicite a uobis omnes iniquitates ueſtras, quas impie feciſtis aduerſus me, & facite uobis cor nouum & ſpiritum nouum. Et ut quid morimini domus Iſrael? Quoniam nolo mortẽ morientis, quomodo ut auertatur ipſe a uia ſua mala, & uiuat anima eius. Hæc eſt mors impietatis, quam non fecit Deus, quæ per diabolum introiuit in orbem terrarum. In hac eum imitantur, qui ſunt ex parte illius. Huic vni morti, quam peccator ſibi per cõtemptum diuinæ iuſſionis, iniuſte cõcupiſcendo arceſſiuit, duplam Deus mortem iuſte iudicando retribuit. Hoc eſt, Primam, in ſeparatione animæ & corporis. Secundam, in æterna cruciatione animæ & corporis. Ac ꝑ hoc primam, qua, diſcedẽte anima, caro ſola moritur. Secundam uero, quãdo rediens in carnem anima, in eadem & cum eadem, in qua peccauit, carne torquetur. Vt cum qua cõmunicauit mortem peccati, quod dei bonitas interdixit homini, cum ipſa cõmunicet mortem ſupplicii, quod parauit diuina iuſticia peccatori. De hac morte Saluator noſter dicit, Nolite timere eos, qui occidunt cor pus, animam autem nõ poſſunt occidere. Magis autem eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Quod ergo ante gehennam mali pereunt, nõ eſt diuini operis, ſed humani. Quod autem in gehenna perituri ſunt, hoc facit Dei æquitas, cui nulla placet peccantis iniquitas. Qui enim diligit iniquitatem, odit aĩam ſuam Et dicit Ioannes. Quia omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et Deus per ꝓphetam dicit. Quia aĩa quæ peccauerit, ipſa morietur. De filio autem Dei Ioañ. dicit. Scimus quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non eſt. Sicut ergo peccatum in eo nõ eſt, ita peccatum ex eo non eſt. Quod autẽ ex eo non eſt, opus eius itaqꝫ non eſt. Quod autem nunq̃ eſt in opere eius, nunq̃ fuit in prædeſtinatione eius. Non ergo prædeſtinati ſunt mali ad hoc, quod male operantur, a concupiſcentia ſua abſtracti & inlecti, ſed ad hoc, quod iuſte patiuntur inuiti. Prædeſtinationis enim nomine non aliqua uoluntatis humanæ coactitia neceſſitas exprimitur, ſed miſericors & iuſta futuri operis diuini ſempiterna diſpoſitio prædicatur. Deo autem miſericordiam & iudicium cantat Eccleſia, cui⁹ hoc opus eſt in homine, vt occulto uoluntatis ſuæ, non tamen iniuſto conſilio, aut gratuitam miſericordiam prerogetmiſero, aut debitam iuſticiam rependat iniuſto. Immo aut miſericorditer debitori donet. Quod ſi uellet, iuſte poſſet exigere. Aut iuſte cum vſuris, quod ſuum eſt exigat, & iniquo debitori, quod debetur iniquitatibus reddat. Ac ſic, aut iſtum prorſus indignum miſericordia præueniat, aut illum ira dignum inueniat. Ipſe enim donat gratis indigno gratiam, qua iuſtificatus impius inluminetur munere bonę uoluntatis, & facultate bonæ operationis, ut præueniente miſericordia bonum uelle incipiat, & ſubſequente miſericordia

Margin notes: Ezech. 18 G — De⁹ huic morti duplã mortem retribuit. — Mors aĩę in gehenna. — Pſal. x. — Quõ ſut mali a deo ꝓde ſtinati nõ ad culpã, ſed ad pœnam. — De⁹ ſaluãdos ꝓuenit, dãnãdos inuenit

ſericordia bonum, quod uult, facere ualeat. Vtrunq; autem prædeſtinando Deus præparauit in illa incommutabili uoluntate, in qua ſic futurum effectum hominis renouandi diſpoſuit, ut eius uoluntas in opere nouo noua eſſe non poſſit. Donat etiam gratiam digno, in retributione mercedis æternę, ut ſcilicet, ſiue cum impium pie iuſtificat, iuſtus. Quia de ipſo Apoſtolus dicit. Vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui ex fide eſt HIESV. Seu cum iuſtum iuſte glorificat, pius. Quia quos iuſtificauit, illos & glorificauit. Eadem ſit operatio gratiæ, quæ meritum hominis bonum, & initiat ad iuſticiam, & conſummat ad gloriam. Primo inchoans in homine uoluntatem bonam. De inde eandem uoluntatem adiuuans inchoatam, ut eadem uoluntas, & diuino dono bona ſit, & diuino adiutorio malam ſuperare concupiſcentiam poſſit, & Deo perficiente talis poſtmodum ipſa uoluntas ſit, ut malam concupiſcentiam habere non poſſit. Ac ſic in præſenti uita gratiæ adiutorio infirmitati non cedat, in futura aūt, gratię bn̄ficio, infirmitatē nō hēat. Et nunc recreetur continuo iuuamine medicaminis, tunc uero fruatᷣ æterna plenitudine ſanitatis. Hęc autem Deus, ſicut in p̄deſtinatione ſemꝑ habuit, ſic ꝑ gratiā, ſicut ꝑdeſtinaue rat, facit. Prędeſtinationis itaq; ipſius inſtituatᷣ agnitio, cū dicit ſcriptura, Et p̄paratᷣ uoluntas a dño. Non aūt ob aliud p̄parata dicitᷣ, niſi quia danda p̄dicitᷣ. A quo enim præparatur per bonitatem ſempiternam, ab ipſo datur per inde bitam gratiam. Quod ipſe Dominus Ezechielis vaticinatione teſtatur dicens. Dabo uobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in uobis, & auferetur cor lapideum de carne ueſtra. Et dabo uobis cor carneum, & ſpiritum meum dabo in uobis. Et faciam, ut in iuſtificationibus meis ambuletis. Et iudicia mea obſeruetis & faciatis. Dat ergo deus cor nouum, ut in iuſtificationibus eius ambulemus, quod pertinet ad bonæ uoluntatis initium. Dat etiam ut iudicia eius obſeruemus & faciamus, quod pertinet ad bonę operationis effectum. Vnde cognoſcimus dei eſſe, & ut bonum facere uelimus, & ut bonum facere ualeamus. Cui ſenſui Dauid omnino concordat, gratiam bene uolendi ſic oſtendēs, diuinæ largitatis directione donari. A domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Opus quoq; bonum non niſi a Deo in nobis, & in deo a uobis fieri proteſtatur, dicens. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis.

Gratia dei hoīs meritū et iniciat ad iuſticiā et cōſūmat ad gloriā

Quō p̄paratᷣ uoluntas a dño

Ezech. 36 F.

A deo eſt & uoluntas & bōī operis facultas.

Et alio loco. In deo faciemus uirtutem, id eſt, opus uirtutis. Sic autem hic ꝓ opere uirtutis uirtutem dixit fieri, ſicut Ioannes pro opere iuſtitiæ iuſticiam dixit fieri. Ait em̄. Qui facit iuſticiā iuſtus eſt, ſicut ille iuſt⁹ eſt. Paulus q̊q; optat a nobis dei fieri uolūtatē, dicēs. De⁹ aūt pacis q eduxit de mortuis paſtorē magnū ouiū, in ſanguie teſtamēti ęterni, dn̄m noſtrū Ieſum, aptet uos in oī bono, ut faciatis uolūtatē ei⁹. Quid eſt aūt facere uolūtatem eius, niſi facere opa q̄ nobis inſpirat, & in nobis operatur uoluntas eius? Tale aliquid & in ipſius redemptoris noſtri ſermonibus inuenimus, dum ueritate fieri dicit, pro opere ueritatis. Sic enim loquitur. Omnis qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem,

In deo faciem⁹ uirtutē id eſt opus uirtutis

Qui facitᷣ ꝟitatē uenit ad lucem.

ut manifeſtentur eius opera, quia in Deo ſunt facta. Hoc autem in Deo facimus, quod deo in nobis faciente datur nobis ut faciamus. Quod euidenter in epiſtola ad Hebræos oſtenditur, ubi, cum de deo dictum eſſet, Aptet uos in omni bono, ut faciatis uoluntatem eius. Continuo ſequitur. Faciens in uobis quod placeat coram ſe. Omne igitur opus, quod a nobis in Deo fit, deus in nobis facit. Ex ipſo enim & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo ergo eſt, & uoluntas bona, & operatio bona. Quod Doctor gentium his uerbis adfirmat. Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Propterea, ſicut Salomon dicit. Quia prꝑparatur uoluntas a domino, ſic etiam bona opera noſtra Paulus a domino aſſerit præparata, hoc eſt, in prædeſtinatione diſpoſita. Dicit itaq;. Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, ſed Dei donum eſt. Non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius enī ſumus factura, creati in Chriſto Hieſu, in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Sicut ergo præparata eſt per prædeſtinationem uoluntas a domino, qua bonum uelimus. ſic etiam opera bona præparauit deus, ut in illis ambulemus. Attendamus etiam uitam æternam regnumq; coelorum diuinitus fide fidelibꝰ præparatum. Ipſe quippe Chriſtus dicturum ſe dextris oſtendit. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum eſt ab initio mundi. Sed & hoc ipſum opus eſt gratiæ. Ex gratia enim datur non ſolum iuſtificatis uita bona, ſed etiam glorificatis uita æterna. Quod Pauli tenemus p̄dicatione compertum, dicentis. Stipendiū enim peccati mors. Gratia autem dei uita æterna, in Chriſto Hieſu domino noſtro. Qur autē mors ſtipēdium, uita uero æterna gratia dicit? Niſi quia illa redditur, hæc dònatur. Sed ubi illam deus reddit, opus malum peccatoris hominis punit, quod nullatenus feciſſet homo, niſi diſceſſiſset a deo. Cum uero deus uitam ęternam donat, opus ſuum, quod inchoauit, iuſtificans impium, perficit, glorificans iuſtum. Hæc autem utraq; gratia, id eſt, & uita bona, & uita æterna, in Chriſto Hieſu domino noſtro eſt. De plenitudine quippe eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, ſcilicet, gratiam glorificationis æternę pro gratia iuſtificationis indebitæ, ut gratia iuſtificationis omne meritum malum deleat indebita beneficio. Et meritum bonum iugi confirmet auxilio, cui gratia glorificationis iuſtæ reddatur in premio. Gratia autem etiam ipſa ideo non iniuſte dicitur. Quia non ſolum donis ſuis Deus dona ſua reddit. Sed quia tantum etiam ibi gratia diuinæ retributionis exuberat, ut incomparabiliter atq; ineffabiliter omne meritum, quamuis bonæ & ex Deo datæ, humanæ uoluntatis atq; operationis excedat. Quamuis enim non ſolum credendi in Chriſtum lumen, ſed etiam pro illo patiendi uirtutem a Deo nobis donari beatus Paulus Apoſtolus oſtendat, dicens. Vobis enim donatum eſt, pro Chriſto, non ſolum ut in eū credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini. Quod utrūq; pertinet ad gratiam præſentis bonę uitę. Illam tñ futurę uitæ gratiā, oībus p̄ſentis temporis paſſiōibus anteponit, dicens. Nō ſunt cōdignę paſſiōes huius temporis

Hebr. iii.

Deꝰ oīne opꝰ bonū in nobis ipſe facit.

Ephe. ii. B

Prꝑparatā a deo ꝑ p̄deſtīatione, nō ſolū uolūtas ſed et opꝰ bonū & uita æterna

De plenitudīe nōs oēs accepimus, & gratiā p gratia.

Phil. i. D.

Ro. 8. B.

temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alio loco. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Hanc gratiam non ſolum in præſentis uitæ iuſtificatione, ſed etiam in futuri ſæculi remuneratione, dicit, gratiam ꝑmanere, & ſuper nos, hoc eſt, ſup oĩa bona cuiuſlibet hominis merita in dei bonitate aſſerit abundare, dicens. Vt oſtendat in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in chriſto Hieſu. Gratia eſt igitur retributio pia, qua deus in pñti tpe malis bona retribuit, illis videlicet, quos iuſtificat impios ut deputet̃ fides ad iuſticiam. de qua retributione Dauid dicit. Quid retribuã dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi Pſal. cxv. Gratia eſt & illa iuſta retributio, qua bonis ſuis meliora retribuens, deus glorificaturus eſt iuſtos. Et hoc em̃ gratiæ opus erit. Quia ut hoc mereantur, ipſa ꝓueniendo, miſericorditer incipit. Ipſa ſubſequẽdo cuſtodit. Iſta gratia in ſcripturis etiã miſericordia nominat̃. De qua dicit Dauid. Deus meus, miſericordia eius ꝓueniat me. Et alio loco. Miſericordia tua ſubſequit̃ me, ꝑ oẽs dies vitæ meæ. Prȩuenit igit̃ impiũ, ut fiat iuſtus. Subſequitur iuſtum, ne fiat impius. Præuenit cȩcũ, ut lumen, quod non inuenit donet. Subſequit̃ videntẽ, ut lumẽ q̃d contulit ſeruet. Prȩuenit eliſum, ut ſurgat. Subſequit̃ eleuatũ, ne cadat. Præuenit, donans homini bonã voluntatẽ. Subſequit̃ beneualentem, operando in illo boni operis facultatẽ. Hoc igit̃ iſta miſericordia dei in hoĩe ſubſequit̃, q̃d prȩueniens ipſa largit̃. Et ideo nõ ſolũ errantẽ iuſtificando ad uiã reuocat, ſed etiam bene ambulantẽ cuſtodit & adiuuat, ut ad donũ glorificationis æternæ perducat.

Grã & ꝓueniẽdo incipit, & ſubſequẽdo cuſtodit opus bonum

Hæc aũt oĩa, id eſt, & uocationis noſtræ initia, & iuſtificationis augmenta, & glorificationis ꝓmiã, in ꝓdeſtinatione ſemꝑ deus habuit, quia & in uocatione, & in iuſtificatione, & in glorificatione ſanctoꝶ, gratiæ ſuæ opa futura præſciuit. Ob hoc totum deo aſſignat Apſus dicens. Nam q̃s prȩſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratrib9. Quos aũt prȩdeſtinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iuſtificauit, quos aũt iuſtificauit, illos & glorificauit. Veruntñ, cum ſimul iuſtificatos & glorificatos audimus, non ſimul & iuſtificationis & glorificatiõis opus pñti tempori deputemus. Iuſtificationis em̃ gratia in pñti datur, glorificationis aũt futura ſeruatur. Iſta eſt fidei, illa ſpei. Dicit autem Paulus. Quia nunc per fidem ambulamus, non per ſpem. Quod enim nunc ſancti credunt, tũc videbunt. Propter quod Eccleſiȩ dicitur. Audi filia & uide, quia fides ex auditu vnde iuſtus ex fide uiuens, fiducialiter dicit. Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Iſte igitur eſt in hoĩe ordo diuinæ redemptionis ac remunerationis, vt nunc iuſtificatus credat, quod tunc glorificatus accipiat. Propter quod Paulus ait. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim.

In ꝓdeſtinatiõe cõtinet̃ oĩs grã vocatiõis iuſtificationis & glorificationis

In hac ergo iuſtificatione ſancti euntes eunt & flent, mittentes ſemina ſua. In illa uero glorificatione uenientes uenient, in exultatione portãtes manipulos ſuos. In hac operarii patriſfamilias in vinea operãtur, in illa autem denarii mercede ſine dubio potientur. Iſtam deus nunc donat, ut initium meriti boni gratis indignus acci-

Hic eũtes eunt ueni entes ueniẽt.

piat. Illam uero in futurum repoſitam ſeruat, qua boni meriti premium accipere dignus poſſit, qui boni meriti principium, cum eſſet indignus, accepit. Dicens igitur Paulus. Quia quos Deus iuſtificauit, illos & glorificauit, nõ utrunque præſenti uitæ deputat, ſed ea fide quod futurum eſt, uelut factum firmat, quia fide propheta de deo dicit. Qui fecit quæ futura ſunt. In illa quippe immobilitate conſilii ſui, ſecundum bonum placitum eius, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt. In ipſo ex æternitate diſpoſitionis ſuæ, in prædeſtinatione iam fecit, quæcunque effectu operis ſui, tempore congruo facienda diſpoſuit. Sicut enim omne creatoris opus, ſine initio non potuit nec poteſt fieri, ſic illa ſempiterna uoluntas eius, nunquam mutabilitati ſubiacet, quia initium exiſtendi non habet. Quod autem ſemper ſic eſt, ut eſſe non cœperit, procul dubio ſic eſt, ut id quod eſt, non eſſe non poſſit. Vera igitur immutabilitas, digne uera uocatur æternitas, in qua æternitate incommutabilis uoluntatis ſuę Creator ille iam feciſſe dicitur, quod in creatura mutabili, prout oportune faciendum diſpoſuit, ſic rite diſpoſitum facit. Et ideo quæcunque promiſit, iam facta dicimus, quia de faciendis dubitare non debemus. Abraham enim pater noſter (ſicut ait Apoſtolus) in repromiſſione dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, pleniſſime ſciens. Quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere. Ideo ergo in Dei promiſſis nulla eſt falſitas, quia in faciendis nulla omnipotenti eſt difficultas. Et propterea ibi nunquam deeſt uoluntatis effectus, quia uoluntas ipſa non aliud inuenitur eſſe quam uirtus. Quicquid autem vult, poteſt, qui quantum vult, tantum poteſt. Propterea de ſolo digne dicitur. Omnia quæcunque voluit fecit. Et iterum. Subeſt enim tibi, cum voles poſſe. Ideo diximus tantam ibi eſſe virtutem voluntatis, quanta eſt voluntas ipſa uirtutis. Quia cui ſemper ſubeſt, cum uolet, poſſe, non aliud eſt in illo uelle quam poſſe. Quia ergo Deus nulla neceſſitate compellitur, ut aliquid nolens promittat. Nullius vtique aduerſitatis impeditur obſtaculo, quo id, quod promiſit, aut minus quam vult, aut tardius, faciat. Proinde potuit, ſicut voluit, prædeſtinare, quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam. Sed quos prædeſtinauit ad gloriam, prædeſtinauit ad iuſticiam. Quos autem prædeſtinauit ad pœnam, non prædeſtinauit ad culpam. Poſſet enim peccatum aliquod ex prædeſtinatione Dei eſſe, ſi poſſet aliquis hominum iuſte peccare. Nullus autem hominum iuſte peccat, quamuis eum iuſte deus peccare permittat. Iuſte enim deſeritur a Deo, qui deſerit deum. Et quia homo deſerens deum, peccat. Deſerens peccatorẽ deus, iuſticiam ſeruat. Quid autem magis iuſtum, quam ut ille, qui deſyderio peccãdi iam peccat, pro eo quod deſyderans peccare, ipſe ſibi noxius efficitur, ſemetipſum peccato ſuo lædere permittatur? In ſanctis igitur coronat deus iuſticiã, quã eis gratis ipſe tribuit, gratis ſeruabit, gratiſque perfecit. Iniquos autem condemnabit pro impietate uel iniuſticia, quam in eis ipſe non fecit. In illis enim opera ſua glorificat, in iſtis autem opera non ſua condemnat. Hoc itaque prædeſtinauit deus, quod erat ipſe facturus

Ad Ro. viij. D

Deus fecit ſe dr, quod faciendũ prædeſtinauit.

Promiſſa dei certa ſunt ex oĩ potentia

Iuſta de prædeſtinatio ad pœnam pro pctis

Sctis gratiã, impiis iuſticiam deus exhibet.

aut quod fuerat largiturus. Illud uero nullatenus prædeſtinauit, quod ſiue per gratiam, ſeu per iuſtitiam facturus ipſe non fuit. Proinde diligentiſſime requirendum uidetur, quod in his Deus operetur, quos gratis iuſtificat. Quid etiam in illis, quos iuſte condemnat. Dicit enim eximius gentium Doctor. Si autem iniquitas noſtra iuſticiam Dei commendat. Quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui infert iram? Secundum hominem dico, abſit. Hic autem iram pro condemnatione poſuit, ſicut alibi Ioannes Baptiſta dicit. Qui incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Hanc iram Phariſæis & Sadduceis, cum obiurgatione denunciat dicens. Genimina uiperarum quis uobis oſtendit fugere a futura ira? Ab hac ira nos dominus Chriſtus eripuit, quod Paulus ueridica prædicatione firmauit, dicens Theſſalonicenſibus. Quomodo conuerſi eſtis ad Deum a ſimulacris, ſeruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cælis, quem ſuſcitauit a mortuis Ieſum, qui eripuit nos ab ira uentura. Hanc iram, id eſt, punitionem, quæ parata eſt malis, alio loco interitum uocat dicens. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient.

Futura dei ira, cōdēnatio ē ad pœnā

Quæramus itaq;, vtrum credendus ſit Deus, iniquorum opera prædeſtinare, pro quibus eos condemnet, ſicut in ſanctis prædeſtinaſſe dicitur, quod coronet? Cum vero cauſam condemnationis iniquorum, & glorificationis ſanctorum quærimus, non prædeſtinatos negamus, uel illos ad pœnam, uel illos ad gloriam. Sed utrum, ſicut creduntur prædeſtinata diuinitus opera bona, pro quibus glorificabuntur iuſti, ſic credenda ſint prædeſtinata diuinitus opera mala, pro quibus in æternum punientur iniuſti? Dicitur enim in libro Pſalmorum. Iniuſti punientur, & ſemen impiorum peribit, ſalus autē iuſtorum a domino. De utriſq; & ſaluator noſter dicit. Tunc illi ibunt in combuſtionem æternam. Iuſti autem in vitam æternam. In vtriſq; ergo, id eſt, iuſtis & iniuſtis, tria quædam conſyderanda exiſtimo, initium uoluntatis, progreſſum operis, finem retributionis. Vt in his quæcunq; iuſta & bona videmus, iuſto & bono deo demus, illa autem deo indigna nouerimus, in quibus nec bonitatem nec iuſticiam inuenimus. Et conſyderata operum qualitate, illa credamus a Deo prædeſtinata, quæ miſericordiæ uel æquitati diuinæ condigna reperiuntur, & congrua. Miſericors enim & miſerator & iuſtus Dominus.

Ardua q̄ſtio, an opa dānādorꝫ ſint p̄deſtinata, ſicut opa iuſtorum.

Ac primo totius bonæ uoluntatis initium, ab illa ſempiterna trinitate, quæ vnus ſolus & uerus eſt Deus, & prædeſtinatum confitemur & datum. Hoc enim homini gratuita iuſtificatione tribuit præparatum, quod in æterna prædeſtinatione præparauerat tribuendum. Hanc uoluntatis præparationem, ſuperius ſanctæ ſcripturæ teſtimonio demonſtraui, quo dictum eſt, præparatur voluntas a domino. Ab ipſo ergo uoluntas præparatur, qui in nobis & uelle & perficere, miſericorditer operatur. Dicit enim Apoſtolus. Deus eſt enim qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Loquens etiam deus per prophetam, ſe ipſum facere confirmat quod fidelibus donat ut faciant, ſecundum illud oraculum, quod eſt a nobis ſupra iam poſi-

Initium bonæ uoluntatis prædeſtinatum a deo.

tum quo dicit. Et faciam, ut in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Quid eſt autem, faciam ut faciatis, niſi mei erit operis omne bonum, quod operati fueritis. Ipſe ergo facit, ut faciamus, quo in nobis operante, fit omne bonum quod facimus. De quo dicitur ad Hebræos. Aptet uos in omni bono, faciens in uobis quod placeat coram ſe. Demonſtrat itaq; Dei gratia in bona uoluntate & operatione hominis, futuræ quoq; retributionis gloriam, quæ donabitur ſanctis, quis diuinæ gratiæ non eſſe contendat? Cum ſiue credentes, ſiue operantes, licet noſtra ſit fides, & noſtra ſint opera, ſicut ipſe dominus dicit. Secundum fidem tuam fiat tibi. Et beatus Ioannes prædicat. Hæc eſt uictoria, quæ uincit mundū fides noſtra. Paulus quoq; ita ſcribit. Gratias ago deo meo per Hieſum Chriſtum pro omnibus uobis, quia fides ueſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Opera quoq; noſtra Dominus ipſe teſtatur dicens. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uidentes ueſtra bona opera, glorificent patrem ueſtrum qui in cælis eſt. Tamen quia iſta cum habemus, non habemus ex nobis nata, ſed a deo donata, ſicut Apoſtolus dicit. Nos autem non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ a deo donata ſint nobis. Et quia quæcunq; nobis facienda donat, ſicut habere non poſſumus, niſi ipſe nobis largiatur, ſic facere non poſſumus, niſi ipſe nobis quæ largitus eſt operetur. Propterea nullatenus ſinimus, inmo ſalubriter prohibemus, tā in noſtra fide, q̄ in noſtro opere, tanq̄ noſtrum nobis aliquid uendicare. Dicit enim Vas electionis. Quid autem habes quod nō accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et in ſancto Euangelio Præcurſoris dominici uox eſt. Non poteſt homo accipere quicq̄, niſi datum ei fuerit de cælo. Iacobus quoq; Apoſtolus proteſtatur. Quia omne datum optimum, & om̄e donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Quod eſt autem magis donum perfectum, q̄ glorificatio futura ſanctorum? Nunc enim diuinorum munerum (ut ita dicam) nondum eſt perfecta perfectio, utpote, vbi omnis perfectus perfectiōis eſt indignus. Nāq; ille, qui dixit. Quotquot ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Idem dicit. Non q̄ iam acceperim, aut iam perfectus ſim. Fuit ergo perfectus ſpe futuræ glorificationis, fuit autem imperfectus onere corruptionis & mortalitatis. Corpus enim quod corrumpitur adgrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum, multa cogitātem, fuit perfectus expectatione muneris, fuit imperfectus fatigatione certaminis. Fuit perfectus, q̄ mente ſeruiebat legi dei, fuit imp̄fectus q̄ carne ſeruiebat legi p̄cti, fuit p̄fectus, deſyderiū h̄ns diſſolui & eſſe cū chriſto, fuit aūt imp̄fectus, q̄a q̄diu fuit in corpe, peregrinabat̄ a dn̄o. Fuit p̄fectus, pleniſſime ſciens, q̄a deus, q̄cūq; p̄miſit, potens eſt & facere, fuit aūt imp̄fectus, q̄a deus in ſc̄tis ſuis q̄dam nondū fecit ex oībus q̄ p̄miſit. Propter q̄d etiā oēs antiq iuſti (ſicut idē Ap̄ls dicit) teſtimonio fidei comprobati, non acceperunt repromiſſionem, deo pro nobis meli⁹ prouidente. Ne ſine nobis perficerentur. Sicut ergo præcedentes ſancti, teſtimonio fidei comprobati, nō ſunt ſine ſubſequentium perfectiōe perfecti, ſic ſub-

Marginal notes: De⁹ facit ut facia m⁹ boon. — i.Ioā.v.A — Ad Ephe ſios.i.C. — i.cor.z.D — Nō debe m⁹ nobis aliqd bo ni operis tanq̄ n̄rm aſcribere — In hac vita nemo p̄fect⁹ niſi ſpe futu re gloriæ — ¶ a.l's. Quicunq; — Paul⁹ fuit hic & p̄ſe ct⁹ & im perfect⁹.

ſequentes ſancti non poſſunt ſine præcedentibus perfici. Donum itaq; perfectum tunc oĩbus dabitur, quando ſanctis æterna glorificatio tribuetur. Tunc ſicut Veritas dicit. Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Illius eſt igitur etiam hoc donum perfectum, a quo eſt doni totius initium. Quod utiq; donum non diceretur, ſi non etiam hoc ex gratia donaretur.

Gratis operat̃ de' ſalutẽ noſtrã ordinatis actibus.

Vnus autẽ Deus eſt, qui gratis, & uocat prædeſtinatos, & iuſtificat uocatos, & glorificat iuſtificatos. Sicut autem non eſt aliud iuſtificare, niſi iuſtos facere, ſic non eſt aliud glorificare, niſi glorioſos facere. Proinde, quia deus ſuos & iuſtificat & glorificat, ſicut gratiæ ipſius opus eſt, cum facit iuſtos, ſic gratiæ ipſius opus erit, cum faciet glorioſos. Quia ſicut nemo poteſt habere ueram iuſticiam, niſi fuerit iuſtificatus, ſic nemo põt habere ueram gloriã, niſi fuerit glorificatus.

Vera gloria a ſolo deo eſt.

Vnde autem ſit uera gloria, Saluator noſter, cum iudæos increparet oſtendit, dicens. Quomodo poteſtis uos credere, qui gloriã abinuicem accipitis? ut gloriam, quæ a ſolo Deo eſt nõ quæritis? Hunc ſenſum habens Paulus & ueraciter dicens. Nos autem ſenſum Chriſti habemus, ſicut gloriam ueram a Deo eſſe nouerat. Ita iuſticiam ueram ex Deo eſſe confirmat, dicẽs.

Philipp. iii.B.

Vt inueniar in illo, nõ habẽs meam iuſticiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſticia in fide. Et quamuis abundent plurima documenta, quibus clareat, non ſolũ bonæ uoluntatis, bonæq; opationis gratiam, ſed etiam ipſam ſanctorum glorificationem, diuinitus & inchoari prorſus & perfici. Tamẽ arbitror etiam hæc, quæ a nobis poſita ſunt, utcunq; ſufficere. Et ideo iam, ut libelli ſeries temperetur, malorum quoq; uoluntatem, operationem, ac retributionem conſyderare debemus.

Secunda pars prię qõnis ſupra poſitæ.

Vt agnoſcamus, vtrum malos Deus iuſtus ad hoc prædeſtinauerit faciendum, quod in eis puniturus eſt factum. An idcirco iniquos ad ſupplicium iuſte prædeſtinauerit, quia eorum mala opera, licet futura, præſciret, non tamen ipſe prædeſtinauit ut futura eſſent, quia non ipſe fecit ut fierent.

Initiũ oĩs pčti ſuperbia

Itaq; ſi initium peccati requiritur, nihil aliud, niſi ſuperbia inuenitur. Dicit enim ſcriptura. Initium omnis peccati ſuperbia. Quę itaq; tunc initium ſumpſit, cum angelus aduerſus Deum elatus, & ipſa elatione proſtratus, per concupiſcentiam (quæ radix eſt omnium malorum) uolens uſurpare, quod illi datum a Deo non fuit, a Deo diſceſſit, & cecidit, in quo ſi ſtetiſſet, non cecidiſſet. Sed per concupiſcentiam malam, qua concupiuit plus extra ſe, minus factus eſt in ſe. Quã cõcupiſcentiam, licet explere nequiuerit, ope tamen retinuit uolũtate.

Caſus & pœna luciferi.

Sic ipſe ſibi iam factus eſt pœna, ut ſupplicium ſemper eſſet malo uoluntas mala, tanq̃ cęco ipſa cęcitas ſua. Et concupiſcentia peccandi tormentum fieret peccatori, & rebellis ac refuga, qui illam imperturbabilem requiem fugeret, deinceps pturbationi ſeruiret, atq; a bono domino relinqueretur iuſte, quem ipſe reliquit iniuſte. Ita factum eſt, ut perſeuerans inordinatus ex ſe ordinaretur in ſe. Et in eo, qui in ſe ordinem perderet, diuini ordinis ratio non periret.

Caſus primi hoĩs

Hoc & in homine contigit, quem ipſe diabolus ſerpentina calliditate deiecit. A Dño quippe bono diſſentiens, & ſeruo malo conſentiens, malæ uoluntatis effectũ plenum adipiſci non potuit, quia ipſa malicia

voluntatis a deo non fuit. Hanc enim ſi a deo non diſcederet, nõ haberet. Bo
nus ergo Deus bonarum eſt cõditor naturarum. Vidit enim Deus (ſicut ſcri

Rõnalis creatura beata nõ põt eſſe niſi creatorẽ plus diligat q̃ ſeipſam

ptum eſt) omnia quæ fecit, & ecce bona ualde. In quibus omnibus quæ fe-
cit, rationalem creaturam meliorem cæteris fecit. Sic tamen potiori creaturæ
magis uoluit ineſſe bonum, ut etiam infimæ creaturæ nullum ineſſet ſubſtan
tialiter malum. Ac per hoc, ſuperius eſſe infimo bono melius creatũ bonum,
cui ſummum bonum (quod creatum non eſt, & a quo omne mutabile bonum
creatum eſt) iuſte dominaretur. Cuius etiam ꝑticipatione beatum eſſet, ſi ſum
mo bono humili dilectione ſeruiret. Creaturæ quippe rationali alia beatitudo
nec potuit nec poteſt eſſe nec poterit, niſi ut agnoſcens, a quo non ſolum facta
ſed etiam a quo rationalis eſt facta, maiorem dilectionem exhibeat bono crea
tori q̃ ſibi. Neq; enim ei ineſſe poſſet ullatenus ratio, niſi ei poſſet creatoris
ineſſe dilectio. Quia nec eſt alia, quæ uera ſit ſapientia uel intelligentia creatu
ræ rationalis, niſi dilectio creatoris, in qua tãto magis minuſue eſt dilectio ſui,

Volũtas rõnalis ſi ſe Deo ſubiicit, ſublimat̃, ſi ſe effert deprimit̃

quanto magis minuſue dilectionem ſuo exhibet creatori. Voluntas porro
creaturæ rationalis, ſine qualicunq; amore non poteſt eſſe. Nec ſic põt dilige
re, ut amorem ſuum non uelit ad aliquid religare, quæ inter ſummũ bonum, a
quo creata eſt, & infimum bonum cui prælata eſt, medio quodam loco poſita
profecto, aut in infimo bono neceſſe eſt miſerabiliter iaceat, aut in ſummo bo
no ueraciter fœliciterq; requieſcat. Quodam etenim amore rapitur, ſeu cum
obedientia ſubleuatur, & creatori bono bene ſubiicitur, ſiue cum ſuperbia de
primitur, ut creaturæ bonæ male dominetur. Sicut enim fit elatione humilis,

Lu. 18. C.

ſic fit humilitate ſublimis. Dicit enim Dñs & Magiſter noſter. Omnis qui ſe
exaltauerit, humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabit̃. Propter quod item

Deus humiles facit.

ſcriptum eſt. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Neq; ve
ro Deus humiles, quibus dat gratiam, ante datam humiles inuenit, ſed dando
gratiam humiles facit. Hoc ipm̃ enim gratiã Deus per grãm donat, ut q̃ſquis
eam acceperit, humilis fiat. Propter quod ipſe Vnigenitus ſanctæ humilitatis
doctor atq; largitor, dicit. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & in-

Deieciſti eos, cum extollerentur.

uenietis requiem animabus veſtris. Hanc requiem perdiderunt, qui humi
litate reiecta aduerſus uitam ſuam tumuerunt, & in mortem per ſuperbiam re
ciderunt. De talibus enim dictum eſt. Deieciſti eos, cum extollerentur. Tali-
bus autem ꝓpterea Deus reſiſtit, quia in eis ſuperbiam ipſe nõ fecit, per quam
iniuſte malunt in peccatum cadere, & ꝑ quam iuſte merẽtur in peccato rema

Interitus nõ ex deo ſed ex ſu℘bia eſt.

nere: Proinde, quia initium malæ uoluntatis ſuperbia eſt, quæ ex Deo non
eſt, perſpicue claret, non ex deo eſſe, hominibus interitum malæ operationis,
ſed a iuſto iudice retribui malis interitum vltionis. Mala quippe uolũtas non
pertinet ad optimum creatorẽ. Iuſta uero iniuſti angeli hominiſq; damnatio
pertinet ad æquiſſimum cognitorem. Ad uoluntatem igit̃ malam Deus homi
minem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non fuit. Quomodo
enim Deus hominem, quem ad imaginem ſuam fecit, p̃deſtinaret ad malam
uoluntatem, quam ipſe non fecit? Itaq; peccare in hoc homo cœpit, in quo

a Deo diſceſſit. Scriptū eſt enim. Quia initium ſuperbiæ apoſtotare a Deo. Et alio loco. Ecce omnes, qui ſe elongant a te, peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Iſti ergo, qui ſe elongant & fornicātur a Deo, utiq̧ peccan do pereunt, per ſuam malam uoluntatem, quæ non eſt ex Deo. Perdet autem illos Deus iuſte iudicando, quod competit Deo. Non enim eos Deus iudicio perderet, niſi per ſuas iniquitates ipſi periſſent. Scriptum eſt enim. Defecerūt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Defectus ergo a ſummo bono ad infi mum bonum, hoc eſt peccatoris proprium & uoluntarium malum, quo malo ſe ipſum perdit iniuſtus. Et quia huic malo auctor non eſt Deus, ſed homo peruerſus, digne itaq̧ homini, qui ſe perdidit peccato, redditur in tormentis æterna perditio, ut pereat quidem, qui perire uoluit, non tamen ſic pereat, quē admodū uoluit. Qui enim ſic peribit, delectatione peccatorum inlectus, ut ſi poſſet fieri, maneret in opere peccati perpetuus. Iuſte quidem eſt in perditiōe peccati dimiſſus, quo propria cecidit voluntate. Sed non ibi fuit impune dimit tendus, ne Deus fidelis, in quo non eſt iniquitas, qui eſt iuſtus et ſanctus, ſi pec catorem ſemper in peccato relinqueret, impunitum putaretur illi placere pec catum. Quam ſententiam in quibuſdam Deus arguit, per Malachiam ꝓphe tam, qui dicunt. Omnis qui facit malum, bon⁹ eſt coram Dn̄o, & ipſe in eo pla cuit, et ubi eſt Deus iuſticiæ. Iuſte igitˀ eſt ſubſequuta ſeueritas iudicis, vbi præceſſit iniquitas peccatoris, quia illius rei Deus ultor eſt, cuius auctor non eſt, id eſt, iniquitatis, quam poteſt Deus punire, non facere. Scriptum eſt enim Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatū eſt iniquitas. Et ſci tis, quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat. Et iterū. Deus fidelis, in quo non eſt iniquitas, iuſtus & ſanctus Dn̄s. Iniquitas igitur, quia in Deo non eſt, utiq̧ ex Deo non eſt.

[Margin: Initiū ſupbiæ apoſtotare a deo. — Defecerunt, perierūt propter iniqtatē ſuam Ibidē.C — De⁹ pc̄ti vltor eſt, non author. — Deut.32. A]

Quæ eſt autem iniquitas, niſi mala concupiſcentia? quam ex Deo non eſſe Ioannes apſus manifeſtat, dicens. Si quis diligit mundum, non eſt charitas pa tris in eo, quia omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupi ſcentia oculorū, & ſuperbia uitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Hic autē mundi nomine, homines ſignificat mundi iſtius dilectores. Qui non ideo pro dilectione mundi puniendi ſunt, quia aliquam ſubſtantiam malam diligūt cum ſubſtantia naturaliter nulla ſit mala. Sed quia dilectionis ordinem nō te nentes, dum plus iuſto diligunt mundum, minus Deum diligūt, q̄ diligere de buerunt. Non autem aliquid inordinatum Deus fecit, nec aliquid inordinatū fieri prædeſtinauit, qui per apoſtolum ſuum imperat, ut omnia honeſte & ſe cundum ordinem fiant. Propter quod & in ſanctis Eloquiis, ut peccatum uite tur, charitas præcipitur. Scriptum eſt enim. Ordinauit in me charitatē. Huic or dini congratulatur Apſus dicēs. Nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu uo biſcum ſum gaudēs & uidens ordinē ueſtrum. Peccati uero initium, ſi atten datur, puto, quod nihil eſt aliud, q̄ ordinatarum rerum inordinata rationalis creaturæ dilectio, quæ ſponte perdendo dilectionis ordinem perdidit & ſalu tem. Ad hoc non eſt a Deo prædeſtinata rationalis creatura. Neq̧ enim alia

[Margin: Iniqtas ex inordinato amore mundi. — Pc̄ti initiū inordinata dilectio.]

eſt eius prædeſtinatio, niſi futurorum operum eius æterna pręparatio. In qua nullius cauſa mali poterit inueniri, quia ex uoluntate Dei nunq̃ ꝓceſſit origo peccati.

Miſericordiā & ỽitatē diligit dn̄s

Miſericors etenim dn̄s & iuſtus, de quo alio loco ſcriptum eſt. Miſericordiam & ueritatem diligit dominus Deus. In oībus ergo operibus eius, aut iuſta ueritas cuſtoditur, aut pia miſericordia prærogatur. Porro aūt, cū negare nō poſſimus, a Deo bono factum hoīem bonum, ſi dixerimus eū a Deo prædeſtinatum ad opus aliq̃d malum, nos Deo miſericordi & iuſto tale opus (quod abſit) adſcribimus, ubi nec miſericors poſſit inueniri, nec iuſtus. Si eñ cum a Deo fieret homo, ſic erat in præſenti opere Dei bonus, in prędeſtinatione eius eſſet malus, procul dubio Dei opere malus futurus erat, a quo ad peccandum prædeſtinatus fiebat.

Nō p̄deſtinat de⁹ hoīem ad peccādū

Vbi ſtatim illa conſequetur abſurditas, ut dicatur, quia Deus, de quo ꝓpheta dicit. Qui fecit quæ futura ſunt, in ſe habuit (quod abſit) iniquitatis originem. Si hominem a ſe factum ipſe prædeſtinauerat peccatorem. Prædeſtinatio enim eius, pręparatio eſt operum eius. Et ſicut competit Deo bono, ut cauſa ſit totius operis boni, ſic incongruum eſt, ut imputetur cauſa cuiuſlibet operis mali. Deinde attendamus, quia nulla ratio redditur, qua homo ad peccatum prædeſtinatus a Deo credatur. Si enim in his, quos Deus & pater Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti benedixit in om̄i benedictione ſpiritali in cæleſtibus in Chriſto ieſu, ſicut elegit eos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſent ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit eos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtū in ipſum.

Prędeſtinatio bonoꝝ ē ex gratuita dei miſericordia

Si ergo in his cauſa prædeſtinationis quæratur, non utiq; alia, ſed ſola gratuita dei miſericordia reperitur. Ipſe eſt enim de quo dicit Pſalmus. Miſericors & miſerator dn̄s, longanimis & multæ miſericordiæ, non in finem iraſcet̃, neq; in æternum indignabitur. Non ſecundū peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuit nobis. Quia ſecundum altitudinem cęli a terra elongauit iniquitates noſtras a nobis. Sicut miſeretur pater filiis, ita miſertus eſt dominus timentibus eum. In his omnibus tot ac talibus bonis, quæ dn̄s retribuit malis, quid aliud q̃ indebita miſericordia canitur? quid ue aliud q̃ gratuita pietas prædicatur? Nam & in eo, quod non ſecundum peccata noſtra fecit nobis neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis, gratuita manifeſtatur iuſtificatio impioꝝ.

Sicut pater filiis ita dn̄s ſe timentib⁹ eſt miſertus.

Et in eo, quod ſicut miſeretur pater filiis, ita miſertus eſt dn̄s timentibus eum, gratuita claret per eandem fidei iuſtificationem adoptio filiorum. Neq; enim ſicut pater filiis, miſereret̃, niſi nobis gratia pater factus, nos ſibi filios facere dignaretur. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Hæc eſt in ſanctis cauſa prædeſtinationis diuinæ, præparatio ſcilicet iuſtificationis & adoptionis indebitæ, quam, quia non merebatur uoluntas hominis mala, non eſt eius cauſa, niſi ſola dei uoluntas bona.

Abſit ut dicamus hoīem a deo p̄deſtinari ad ꝑpetrāda peccata

In his autem, qui putatur prædeſtinati, non ad luenda ſupplicia, ſed ad perpetranda peccata, cum cauſa prædeſtinationis quæritur, non inuenio, quid reſpondere poſſet, quiſquis hāc aſſerere meditatur. Nunquid enim ſicut recte dicimus, ad hoc prædeſtinatos ſanctos, ut Deo in eis miſericorditer operante, ex malis fierent boni,

rent boni,& ex impiis iuſti. Quod cum dicimus,ad dei gloriam dicimus.Nunquid ſic recte dicere poterimus,ad hoc prędeſtinatos iniquos,ut deo in eis,& ſi non miſericorditer,ſaltim iuſte operante,ex bonis fierent mali, aut ex iuſtis fierent impii? Abſit hoc a nobis,atq; ab omnibus chriſtianis,ut cauſam cuiuſlibet peccati quiſq; deputare diuinæ audeat æquitati. Cum nec maliciæ nec impietatis cuiuſq; cauſa eſſe poſſit,niſi in eo,qui malus atq; impius fuerit. Vt ergo ex malis fiant homines boni,& ex impiis iuſti,laudāda eſt dei miſericordia, Vt aũt ex bonis fiant homines mali,aut ex iuſtis iniqui, ſi diuinæ prædeſtinationis aſſeritur cauſa, erit (quod abſit) uituperanda iuſticia. Quinimmo nec iuſticia iuſta dicetur,ſi puniendum reum non inueniſſe ſed feciſſe dicatur.Maior uero erit iniuſticia,ſi lapſo deus retribuit pœnam,quem ſtantem prædeſtinaſſe dicitur ad ruinam. Quæro aũt, cur primum hominem, quem (ſicut ſcriptum eſt) fecit dñs rectum,prædeſtinare potuerit ad peccandum,id eſt,ad uoluntatem malam,quæ eſt totius origo peccati,quã utiq; aut retribuiſſe deũ nondum peccanti homini,aut retribuiſſe credendum eſt peccatori.Hanc itaq; ſi nondum peccanti homini tribuit,ipſe (quod abſit) auctor iniquitatis extitit; qui malam uoluntatem dedit homini bono,per quam peccans,æterno mereret puniri ſupplicio. Et ubi eſt,quia deus mortem non fecit? Et quia non eſt iniquitas apud deum? Et quia iuſtus dñs,& iuſtitiam dilexit,æquitatem uidit vultus eius? Si aũt malę uoluntatis initium peccatori homini non tribuit,ſed retribuit deus,ut ab homine credatur cœpiſſe peccatum, a deo aũt tanq; a iuſto iudice redditum malę uolũtatis initium dicatur,quod peccatum homo facere potuit, in quo uoluntas mala non fuit? cum nullus fructus iniquitatis exoriri poſſit,niſi quem radix uoluntatis malæ ꝓtulerit. De corde enim (ſicut veritas ait) exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,furta, falſa teſtimonia,blaſphæmiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Propter quod deus ipſe per Hieremiam ſic humanæ malitiam uoluntatis obiurgat, ut eam a ſe alienam eſſe perdoceat. Dicit enim. Ego te plantaui vineam fructiferam,quo modo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Alienam utiq; a ſe uitem dicit,non uitio diuinæ conditionis,ſed auerſione propriæ uoluntatis,quæ iuſte culpatur,pro eo quod amaritudinem protulit,quam in ea deus ipſe non fecit. Quoniam ipſam amaritudinem, nec ex dei prædeſtinatione, nec ex dei opere ſed ex malitia ſuæ uoluntatis habuit. Pro qua amaritudine ſic eam deus per ſupra memoratum prophetam denuo increpat. Scito q̃ malum eſt tibi & amarũ reliquiſſe Dñm deum tuum,& nõ eſſe timorem meum apud te. Cum ergo hoc ſit homini malum & amarum reliquiſſe dominum & timorem dei apud eum non eſſe. Quis ita ſit contrarius ueritati,ut putet a bono ac ſuaui deo (de quo ſcriptum eſt. Quam bonus deus Iſrael rectis corde? Et quia nemo bonus niſi ſolus deus,& de quo Apl'us dicit. Vt oſtendat in ſæculis ſuperuenien̄tibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos. Et de cuius ſuauitate canitur. Guſtate & uidete q̃ ſuauis eſt dñs. Et de cuius eloquiis denuo prędicat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,ſuper mel & fauũ ori meo. Et rurſus.

In homĩe quẽ deus recte fecit nõ ẽ ꝑdeſtinata mala uoluntas

Mala hominis voluntas nõ eſt dei plãtatiõ

Suauis & bon9 dñs ñ creauit amaritudinẽ & malitiam uolũtatis peruerſæ

Iudicia dei vera, iuſtificata in ſemetipſis, deſyderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multū, & dulciora ſuper mel & fauum). Quis ergo putet, a bono ac ſuaui deo, prædeſtinatū hoīem aut ad malitiā uoluntatis, qua bonū deū relinqueret, aut ad amaritudinē cōtumaciæ, qua ſuauem dn̄m non timeret? Proinde fidelibus congruit credere & fateri deum bonū & iuſtum, pręſciſſe quidem peccaturos hoīes, quia nihil eū latere potuit futurorū (neq; eñ uel futura eſſent, ſi in eius pręſcientia non fuiſſent) Non tñ prędeſtinaſſe quemlibet hoīem ad peccatum, quia ſi ad peccatum aliquod hoīem deus prædeſtinaret, pro peccatis hoīem non puniret, dei eñ prędeſtinatione aut peccatorū præparata eſt pia remiſſio, aut peccatorū iuſta punitio. Nunq̄ igit̄ deus ad hoc hoīem potuit prædeſtinare, quod ipſe diſpoſuerat & precepto ꝓhibere, & misericordia diluere, & iuſticia punire. Iniquos itaq; q̄s pręſciuit deus hāc uitā in peccato terminaturos, prędeſtinauit ſupplicio interminabili puniendos, in quo, ſicut culpanda non eſt præſcientia humanæ iniquitatis, ita prędeſtinatio iuſtiſſime laudanda eſt ultionis, ut agnoſceret non ab eo prædeſtinatū hominem ad quaſecunq; peccatum, quem p̄deſtinauit peccati merito puniēdum. Deus itaq; omnia hominum opera, ſiue bona ſeu mala pręſciuit, quia eum latere nihil potuit. Sed ſola bona prædeſtinauit, quæ ſe in filiis gratiæ facturū eſſe pręſciuit. Mala uero futura opera illorum, quos non prędeſtinauit ad regnum, ſed ad interitum præſciuit, potentiſſima deitate, & ordinauit prouida bonitate, & quia præſcius fuit, ꝙ eadem mala, non ſolum ipſe facturus non eſſet, ſed nec homo in quantum ei humiliter adhæſiſſet, in eo nobis inſuperabilem potentiam pręſcientiæ ſuæ magis oſtendit, quia nec in malis prædeſtinationem iuſticiæ ſuæ uacare permiſit. Oſtenſurus itaq; deus, quid reddendum præſciuerit & quid donandum, prædeſtinauit illos ad ſuppliciū, quos a ſe pręſciuit uoluntatis malæ uicio diſceſſuros. Et prædeſtinauit ad regnum, quos ad ſe pręſciuit miſericordiæ præuenientis auxilio redituros, & in ſe, miſericordiæ ſubſequentis auxilio, eſſe manſuros. In iſtis miſericordiam cuſtodiēs, in illis iuſticiam tenens, Iſtis quod promiſit pie tribuens. Illis nihilominus quod prædixit iuſte retribuens. Sic autem deus non omnia promiſit quæ prædixit, q̄uis prædixerit oīa quæ promiſit. Sicut non omnia prædeſtinauit quæ præſciuit, q̄uis omnia prędeſtinata præſciuerit. Præſciuit enim uoluntates hoīm bonas & malas, prædeſtinauit aūt non malas, ſed ſolas bonas. Et licet in eius prædeſtinatione non fuerit, ut malitiam uoluntati humanę dediſſet, fuit tñ in eius prædeſtinatione, quid humanæ uolūtatis malitiæ reddidiſſet. Propter hoc, quia ſicut Pſalmiſta teſtatur, miſericors eſt dn̄s & iuſtus, prædeſtinauit iuſtos ad gloriam, iniq̄s ad pœnam. Iuſtificandis ergo atq; glorificandis prædeſtinatum miſericordię ſuę opus prædixit pariter & promiſit. Iniquis autem prædeſtinatum iuſticiæ ſuæ opus prædixit tantūmodo, non promiſit. Quod ſi quis querat, cur Deus oīa quidem prædeſtinata prædixerit, non tñ oīa prędeſtinata promiſerit? Reſpōdemus, promiſſionem dici non poſſe, niſi cum aliquid ad hoc prædicitur faciendum, ut poſſit ei cui promittitur, prodeſſe iam factum. Et ꝓmiſſum ſemper eſſe doni, nō

Pręſciuit q̄dē deus hoīes peccaturos, ſed eos ad peccā dū nō p̄deſtiauit.

De⁹ igit̄ p̄deſtinauit bonos miſericorditer ad gloriam, malos iuſte ad ſupplicium.

De⁹ non oīa ꝓmiſit q̄ p̄dixit, nec oīa p̄deſtinauit q̄ p̄ſciuit.

eſſe doni, non ſemper eſſe iudicii, cum ꝓmiſſi largitas ſemꝑ lætificet, iudicii ue ro ſęueritas aliquando contriſtet. Quod propheta metuens, huiuſcemodi ad deum orationem effundit. Ne intres in iudicio cum ſeruo tuo, quia non iu ſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Sciebat enim cunctos pari retinen dos punitionis uinculo, niſi deus in quibus uellet miſericordiam feciſſe, ſuper exaltaret iudicio. Iuſtificatio igitur & glorificatio, quæ non eſt homini ex homine, ſed ex deo, quia multum ſanctis fuerat profutura, ideo prædicta eſt & promiſſa. Punitio vero, quæ in ęternum fuit impiis obfutura, prædicta eſt tantummodo, non promiſſa. Quod etiam diuinis teſtimoniis facilius oſtendit. In illo quippe prophetæ loco utrunq; pariter inuenitur expreſſum, vbi Deus per Eſaiam eos qui ſibi non ſeruiunt, his arguit uerbis. Ecce qui ſeruiunt mihi manducabunt, vos uero eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi bibent, uos vero ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur, uos uero confundemini. Ecce qui ſeruiunt mihi exultabunt in lætitia, vos aut clamabitis propter dolorem cordis ueſtri, & a contritione ſpiritus vlulabitis. In his omnibus, quæcunq; ad iniquorū perſonam pertinent, prædicta ſunt tantummodo, non promiſſa. Nec enim dicendum eſt, bonitatis largitate promiſſum, quod intendat iniquitatis merito ſęueritas inferendum. Si qua uero ad perſonam ſeruientium deo pertinent, & prædicta ſunt & promiſſa. Tale aliquid eſt etiam in illo Saluatoris noſtri ſermone, quo ait. Tunc illi ibūt in combuſtionem æternam, iuſti aūt in uitam æternam. Prædixit & promiſit premium, quo fruentur iuſti, nō aūt promiſit, ſed prædixit ſupplicium, quo punientur iniuſti. Nec uero, ſicut prædeſtinauit ſanctos ad iuſticiam accipiendam, ſic prædeſtinauit iniquos ad eandem iuſticiam amittendam, quia miſericors Dn̄s & iuſtus, potuit gratis a prauitate liberare quem uoluit, prauitatis aūt operator nunq̄ fuit, quia prauus nunq̄ aliquis fuit, niſi in quantum a deo diſceſſit. Nec diſceſſurum deus prædeſtinauit, q̄uis diſceſſurum cognitio diuina præſciuerit. Deus itaq; licet auctor nō ſit malarum cogitationum, ordinator tamē eſt malarum voluntatum, & de malo opere cuiuſlibet mali non deſinit ipſe bonum operari. Nec in ipſis iniuſtæ voluntatis operibus deſerit operum ſuorum iuſtum ordinem, quia & hoc in ip̄o ordine habet, quod malam iuſte deſerit uoluntatem. Quam tamen ſic in ſuis malis operibus, a ſe diſcedentem deſerit, ut ibi permittentis dei operatio bona non deſit, dum & in peccantis uoluntate iniuſta implet ipſe iuſticiam, & de malo, quo peccantem iudicat, quibus ipſe uult beneficium prærogat. In ſanctis igitur perfecturus eſt Dn̄s, quod ut eſſent boni, gratis dedit. Quod autē daturum ſe præſciuit, in æterna bonitatis diſpoſitione prædeſtinauit. Ipſa eſt enim prædeſtinatio dei, ſempiterna ſcilicet diſpoſitio futuri operis dei. Porro autem in iniquis puniturus eſt, quod ut eſſent mali, non dedit, nec eos ad iniquitatem aliquam prædeſtinauit, quia ut inique vellent, hoc eis daturus ipſe non fuit. Et quia malæ voluntatis perſeuerans iniquitas inulta remanere non debuit, tales ad interitum prædeſtinauit, quia talibus iuſte punitionis ſupplicium præparauit. Quod vtiq; manifeſto Dn̄s ipſe ſermone perdocuit, in

Pſal. cxlij. A

Verba Eſaię de futura rētributiōe lxv. C.

Matthęi. xxv. in fi.

Deus de malis impiorū opibus opat̄ bonum

Alit̄ igit̄ deus bonos, alit̄ malos ꝑdeſtiauit.

eo,quod a ſe oſtendit paratum,non ſolum regnum, ubi lætentur boni, ſed &
ignem æternum,ubi crucientur mali. Bonis etenim dicturus eſt. Venite bene
dicti patris mei,percipite regnum,quod uobis paratũ eſt a conſtitutione mun
di. Malis autem dicturus eſt. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt
diabolo & angelis eius. Ecce ad quod Dñs iniquos & impios prædeſtinauit,id
eſt ad ſupplicium iuſtum,non ad aliquod opus iniuſtum. Ad pœnam,non ad
culpam. Ad punitionem,non ad tranſgreſſionem. Ad interitum,quem ira iu-
ſti iudicis peccantibus reddidit,non ad interitum,quo in ſe iram dei peccantiũ
Mali di iniquitas prouocauit. Quod beati Apoſtoli prædicatio manifeſtat, qui ma
cunt vaſa los,quos in æternum damnaturus eſt deus,uaſa vocat iræ,non culpæ. Ait enĩ
irę,boni Quod ſi uolens deus oſtendere iram,& notam facere potentiam ſuam, ſuſti-
uaſa miſe nuit in multa patientia uaſa iræ,aptata in interitum, ut oſtenderet diuitias glo
ricordię. riæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quæſo Monime
chariſſime,ut hunc Apſi locum diligenter attẽdas. Notum nanq; eſt, iram dei
dici non poſſe,niſi vbi creditur hominis iniquitas p̄ceſſiſſe. Neq; enim Deus
aut ignarus eſſe potuit,aut iniuſtus,qui poſſet aut peccantis hoīs culpam non
agnoſcere,aut non peccanti iudicium punitionis inferre. Nam & ipſe Beatus
Paulus in iniquitate hominis iuſticiam dei prędicat commendari,ut oſtendat,
Ro.ix.C non iniuſte iram omnipotẽtis inferri. Ait nanq; · Si autem iniquitas noſtra iu
ſticiam dei commendat, quid dicemus, nunquid iniquus deus,qui infert irã?
Secundum hoĩem dico,abſit, alioquin quomodo iudicauit Deus mundum?
Non itaq; fruſtra talis eſt ab eo facta inter puniendos glorificandoſq; diſcre-
tio,ut illos vocaret vaſa iræ,iſtos autem vaſa miſericordiæ, niſi ut oſtenderet,
tam in vaſis iræ,q̃ in vaſis miſericordię,iniquitatem propriam pręceſſiſſe. Ta
lis eſt Dñs verus,cui ut gratuita ſit miſericordia, & ira non ſit iniuſta. Ac per
hoc,& illos indignos præueniat bonitate, quos iuſtificat, & illos dignos inue-
niat punitione, quos damnat. Ac ſic appareat, & in vaſis miſericordiæ, non
ex ipſis,ſed ex deo eſſe,q; boni ſunt,& in uaſis iræ,non ex deo ſed ex ipſis eſſe
Cur poti⁹ q; mali ſunt. Poſſet enim Apſus,quos dixit uaſa miſericordiæ,potius uaſa
miſericor iuſtitiæ nuncupare. Sed ſi uaſa iuſtitiæ vocarentur, forſitan ex ſe ipſis habere
dię q̃ iuſti iuſtitiam putarentur. Nunc autem cum uaſa miſericordiæ dicit,procul dubio,
tiæ uaſa quid ipſi fuerint,non tacuit,quia quid eis a deo conlatum ſit, euidenter oſten
bonos uo dit. Si enim per ſe ipſos eſſent iuſti,mercedem eis Dñs pro operibus ſuis red
cat apſus. deret,non miſericordiam prærogaret. Sicutidem Apſus alio loco dicit. Ei aũt
qui operatur,merces non imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecundum debi-
tum. Vaſa itaq; miſericordiæ ad indebitam ſunt gloriam præparata, quia gra
i.Thi.i.C tis ſunt miſericordiam conſecuta. De quibus etiam ipſe Beatus Apſus ſe eſſe
teſtatur,dicens. Qui prius fui blaſphemus & perſecutor,& contumelioſus,ſed
miſericordiã conſecutus ſum,quia ignorans feci in incredulitate. Hoc eſt opus
dei in uaſis miſericordiæ,ut blaſphemis & p̄ſecutoribus & contumelioſis,non
debitus redderetur interitus,ſed miſericordiæ donaretur gratuitum munus.
Vaſis uero iræ nunq̃ deus redderet interitum,ſi non ſpontaneum inueniretur

homo habere

homo habere peccatum, quia nec deus peccanti homini iuſte inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatione dei cecidiſſet in culpam. Sed quia cauſam iniquitatis ſuæ ex propria homo habuit uoluntate. Propterea B. Paulus ſuſtinuiſſe aſſerit Deum in multa patientia vaſa irę, aptata in interitum. Hæc igitur ira, ideo talibus vaſis interitum reddidit, quia in eis meritum voluntariæ iniquitatis inuenit. Quando autem peccanti ſeruo iram iuſtus dominus intuliſſet, ſi ſeruus ex Domini prædeſtinatione peccaſſet? In hoc itaq; iſta uaſa deus aptauit, in quod prædeſtinauit, hoc eſt, in interitum, illum utiq; interitum, quem Paulus malis repente ſuperuenturum denũciat, dicens. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Quod ſi Deus tales in peccatum prædeſtinaret, non eos Apſus uaſa iræ mallet nominare, ſed culpæ, nec in interitum talia vaſa, ſed in peccatum dicerẽtur aptata. Nunc autem ideo uaſa irę dicuntur, ut oſtendatur, in talibus ex Dei prædeſtinatione non hoc eſſe, quod eſt male ab eis admiſſum, ſed quod eſt talibus bene redditum. Bene quippe malis interitus a deo redditur, q̃uis ſit malus interitus eis, qui nũc iuſte deſerũtur, & poſtmodum, iuſte torquebuntur. In talibus enim Deus iudicium ſuum deſertione inchoat, cruciatione conſummat. Nam & hoc tempore, quo diſce dentes malos deſerit deus, non operatur in eis, quod ei diſplicet, ſed operatur per eos quod ei placet. Poſtmodum eis redditurus, quod ab eius iuſtitia merentur. Recipient enim non pro eo, quod Deus bene uſus eſt eorum operibus malis, ſed pro eo quod ipſi male abuſi ſunt dei operibus bonis. Tales itaq; deus aptauit in interitum punitionis, quem peccatori iuſtus iudex prædeſtinatione iuſta decreuit. Non in peccatum quod homo non ex prædeſtinatione diuina, ſed ex voluntate ſua, male concupiſcendo cœpit, & male operando perfecit. Concupiſcentia enim concipiens, peperit peccatum, peccatum uero cõſummatum genuit mortem. Non ergo iniqui prædeſtinati ſunt ad mortẽ anĩæ primam, ſed prædeſtinati ſunt ad ſecundam, id eſt, ad ſtagnum ignis & ſulphuris. De quo B. Ioãnes dicit. Et diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis & ſulphuris. Et alio loco. Et mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnũ ignis. Hæc mors ſecunda eſt ſtagnum ignis. Et qui nõ eſt inuentus in libro uitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis. Rurſus dicit. Dubiis autem & infidelibus cõtaminatis, & homicidis, & impudicis, & veneficis, & Idolis ſeruientibus, & oĩbus mendacibus, pars eorum in ſtagno ardenti & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Illam ſecundam nuncupat mortem, quę ſequitur ex ſententia iuſti iudicis, non illam, quæ præceſſit in mala concupiſcentia peccatoris. Qua morte ſaluator quoſdam mortuos aſſerebat, dicens, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et Apſus de uidua. Quę autem in delitiis eſt uiuens, mortua eſt. Ad Epheſios quoq; ſic loquitur. Et uos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis, ſecundum ſęculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpũs, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos oẽs aliqñ conuerſati ſumus, in deſyderiis carnis noſtrę, facientes uoluntatẽ carnis & cogitationũ. Eramus natura filii iræ, ſicut & cęteri.

i. Theſſa. v. A

Quam iuſte de⁹ deſerit malos & iterũ eis reddit

Iniq̃ pdeſtinati ſũt ad ſtagnũ ignis & ſulphuris

Prima mors aĩæ in peccato, ſecunda in ſtagno ignis

Deus aũt, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos. Et cũ eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto. De hac morte, qua homo eſt mortuus in peccatis, dicit Deus. Nolo mortem morietis ſed ut reuertatur a uia ſua mala, & uiuat anima eius. Quomodo aũt ad mortẽ peccati prædeſtinaſſe deus hoiem creditur, quam ſe ipſe nolle teſtatur? Mors ergo iſta morientis, via ſua mala eſt. Quæ quia mala, deo ignota. Scriptum nanq; eſt. Vias enim quæ a dextris ſunt, nouit Dñs, peruerſæ autẽ ſunt, quę a ſiniſtris ſunt. Vias ergo, quas deus fecit, nouit, quas non fecit, perdit, quia eas non nouit. Vnde ſcriptum eſt. Nouit Dñs viam iuſtorꝝ, & iter impiorꝝ peribit. Ille igit̃, qui ſcit oĩa anteq̃ fiant, & cuius oculi in omni loco ſpeculant̃ bonos & malos, cuius etiam vultus ſup facientes mala, ut perdet de terra memoriam eorum. Ideo uiam malam nõ nouit, non quia ſcientiam ipſius aliquid in operibus hoim fugit, ſed quia mortẽ morietis non fecit. Qui tñ mortẽ mortuo iuſte retribuit.

Vias impiorꝝ nõ nouit dñs qa eas nõ fecit.

Prima igitur mors aiæ, quã ſibi hõ intulit, ſecũdę mortis eſt cauſa. Et ſecunda mors, quam deus homini reddidit, primæ mortis eſt pœna. Et quia iſtam ſibi hõ iniuſtus iniuſte intulit, illam a iuſto iudice iuſte percepit, vt quia in iſta uolens ſemen iniquitatis ſeminat peccator improuidus. In illa metat fructum punitionis inuitus. Qui em̃ ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem, qui aũt ſeminat in ſpũ, de ſpũ metet uitam æternã. Sed qui ſeminat in ſpũ, & de ſpũ metet uitã æternã, a deo habet donũ & meſſis & ſeminis. Quod Paulo teſte cognouimus, ſic enim ait. Qui aũt dat ſemen ſeminanti, & panẽ ad manducandũ præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrũ, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Qui uero ſeminat in carne, & de carne metet corruptionem, Ideo non lætabitur in meſſe, quia non deum, ſed ſeipſum habuit auctorẽ in ſemine.

Prima mors aiæ ab hoie, ſecũda a deo ĩferẽ.

Peccata itaq; hoim cuncta quidẽ Deus in peccatoribus p̃ſciuit futura. Et quia ipſe nõ ea p̃deſtinauit facienda, iuſte p̃deſtinauit iudicio punienda. Quod etiã in ipſis dictis ſancti Auguſtini, quæ tuæ inſeruiſti epiſtolæ ſi conſyderes, profecto cognoſces. Qui poſtq̃ dixit. Hoc ergo bonũ, quod eſt requirere deum, non erat qui faceret, non erat uſq; ad vnũ. Sed in eo gñe, q̃d p̃deſtinatum eſt ad interitũ, ſtatim ſecutus adiunxit, dicens. Sup hoc em̃ reſpexit dei p̃ſcientia, ꝓtulitq; ſniam. Nempe ſatis atq; euidẽter his dictis oſtendit quia deus peccata hoim p̃ſcientia vidit, quibus ſniam prędeſtinatione dictauit. Quid enim aliud accipere debemus, in hac ꝓlatione ſnię dei, niſi paratum ſupplicium peccatorꝝ? Iuſte aũt eſt ad punitionem diuina æquitate prædeſtinatus qui peccator eſt diuina cognitiõe p̃ſcitus. Vtpote, qui iniquitatẽ, ad quã a deo non eſt p̃deſtinatus, ꝓpria eſſet voluntate facturus. Vt in q̃ p̃ſcientia dei videbat futurũ opus iniuſtũ, huic per p̃deſtinationis ſniam pararet ſuppliciũ iuſtũ. Quãuis igit̃ tu ipſe cęteriq; tui ſimiles, ſtudio legendi, uel uelocitate intelligendi, ex hoc loco dictorꝝ ſancti Auguſtini, quæ in tua ep̃la poſuiſti, facillime cognoſcatis, quid catholicus habeat intellectus, de his, quos ad interitũ p̃deſtinatos audimus. Tamen ne tardiores quiq; hunc tantũ locũ minus ſibi putent in hac quæſtione ſufficere, de aliis q̃q; S. Auguſtini libris q̃dã inſerui, quibus

Peccata p̃deſtinauit deꝰ nõ facienda, ſed iuſte puniẽda.

docuit humanæ iniquitatis cauſam ſolam eſſe ſuperbiam, nec ad peccandum homines, ſed ad damnationem prædeſtinatos a deo, qui ut non adiuuentur a deo, in ipſis cauſa eſt, non in deo. In libro itaq; ſecundo de Baptiſmo paruulorum ad Marcellinum ſcribens, inter alia ſic dicit. Ignorantia igitur & infirmitas uitia ſunt, quę impediunt uoluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, uel ab opere malo abſtinendum. Vt aūt innoteſcat, quod latebat, & ſuaue fiat, quod non delectabat, gratiæ dei eſt, qua hoim adiuuat uoluntates, qua ut non adiuuentur, in ipſis itidem cauſa eſt, non in Deo, ſiue damnandi prædeſtinati ſint propter iniquitatem ſuperbię, ſiue contra ipſam ſuperbiam iudicandi & erudiendi, ſi filii ſunt miſericordiæ. Hic ſtatim ſanctus Auguſtinus teſtimonium prophetę ſubiunxit, dicens. Vnde Hieremias, cum dixiſſet, ſcio Dñe Hiere.x.
quoniam non eſt in homine via eius, nec uiri eſt ut ambulet, & dirigat greſſus D
ſuos, continue ſubiunxit. Corripe me dñe, ueruntamen in iudicio, & non in furore tuo. Tanq̃ diceret. Scio ad correptionem meam pertinere, q̃ minus abs te adiuuor, vt perfecte dirigantur greſſus mei. Veruntamen hoc ipm noli ſic mecum agere, tanq̃ in furore, quo iniquos damnare ſtatuiſti. Sed tanq̃ in iudicio, q̃ doces tuos non ſuperbire. Vnde alibi dicitur. Et iudicia tua adiuuabunt Pſal. 118.
me. Supra dictum itaq; Marcellinum tali doctrina ſanctus Auguſtinus informans, ſequitur & dicit. Nullius proinde culpæ humanæ in deum referas cauſam, vitiorum nanq; oim humanorum cauſa ſuperbia eſt. In iſtis ſancti Auguſtini dictis attende quæſo mi chariſſime. Primum, quia ut non homines adiuuentur a deo, in ipſis cauſa eſſe dicitur, non in deo. Deinde, quia ꝓpter iniquitatem ſuperbiæ prędeſtinati dicunť damnandi, quod pertinet ad iudicium, nō deprauandi, quod pertinet ad peccatum. Tertio etiam conſydera, quia nullius culpæ humanæ in deum referendam ammonet cauſam, quaſi aliqua peccatoris iniquitas a deo prædeſtinata creditur ipſius iniquitatis cauſa in prædeſtinatione diuina ponetur. Quod q̃ ſit impium, quanq; fidei Chriſtianæ contrarium, nullum puto fugere chriſtianū. Alio quoq; eiuſdem libri loco memoratus ſanctus Auguſtinus ſic dicit. Extolli quippe in ſuperbiā, ꝓpriæ uolūtatis eſt hoim, nō opis dei. Neq; em̄ ad hoc eos cōpellit, aut adiuuat Deus. Et ut manifeſtiore dictorum eius indicio, noſtra fulciať aſſertio. Aliquid nobis ponendum eſt de libro, quē ſcripſit de Prędeſtinatione ſanctorꝝ, quo manifeſtiꝰ oſtendit, ſine p̃deſtinatione p̃ſcientiam dei eſſe poſſe. Prædeſtinationē vero ſine p̃ſcientia eſſe non poſſe. Et quia deus p̃ſciuit etiā q̃ ipſe non facit, hoc eſt, peccata. Supra memorato igitur libro, hęc eſt eiuſdem beati Auguſtini ſententia. Prædeſtinatio eſt, q̃ ſine p̃ſcientia non pōt eſſe, poteſt aūt eſſe ſine prædeſtinatione p̃ſcientia. Prædeſtinatione quippe deus ea pręſciuit, quę fuerat ipſe facturus, vnde dictum eſt. Fecit quæ futura ſunt. Præſcire etiā potēs eſt aūt, q̃ ipſe non facit, ſicut quęcūq; peccata. Quia etſi ſunt quędam, q̃ ita peccata ſunt ut pœnæ ſint etiā pctōꝝ, vnde dictū eſt. Tradidit illos deus in reprobā mentē, Ad Ro.
ut faciant q̃ non cōueniunt. Non ibi pctm̄ Dei eſt, ſed iudiciū. Puto in his dictis B. Auguſtini euidenter oſtenſum, bona opa ſua deū p̃ſciſſe & p̃deſtinaſſe, i.D.

Elegans doctrina ex verbis ſcti Auguſtini.

Prædeſtinatio ſine dei p̃ſciētia eſſe non pōt ſed bene ecōuerſo

In pc̃tis hoc eſt,ſiue quæ ad miſericordiam,ſeu quæ ad iuſtitiã pertinent. Mala ꝟo
non dei opa,hoc eſt pc̃tã,p̃ſciſſe tm̃,non etiã p̃deſtinaſſe,quia ibi nõ opus Dei eſſe di
op⁹ eſt, citur,ſed iudiciũ.Ideo in pc̃tõ opus dei non eſt,quia ut pc̃m̃ fieret,p̃deſtinatũ
ſed iudi ab eo non eſt. Ideo aũt iudiciũ eſt,quia inultũ nõ relinquit̃,q̊d ſine op̃ante deo
cium malus operat̃. Non aũt ignoras etiã ptõ tp̃e illi luculentiſſimo ſancti Augu
ſtini opi,q̊d ſcripſit de p̃deſtinatione ſctõꝝ,a quibuſdã Gallis obiectũ, ꝙ bea
tus Auguſtinus in aſſertione p̃deſtinationis diuinæ, pc̃tõres, non ad ſolũ p̃de
ſtinatos diceret iudiciũ,ſed etiã ad pc̃m̃,cuius dicta, qa ipſe celeri p̃uentus eſt
obitu,Proſper uir eruditus & ſanctus,recta defendit fide,& copioſo ſermone
Ex quibus Galloꝝ capitulis,ut non multa nũc ponamus,ne libellũ iſtũ, quem
prolixũ facere,diſputandi neceſſitas cogit, ꝓlixiorem uoluntas facere uideat̃,
Reſpõſio duaꝝ reſponſionũ loca duximus inſerẽda. Quartadecima quippe obiectio
Proſperi ſic habet̃. Quod qui Euangelicæ p̃dicationi non credũt, ex dei p̃deſtinatione
ad xiiij. non credant.Et q̊d Deus ita definierit,ut quicunq; non credũt,ex ipſius conſti
obiectio tutione non credant. Huic itaq; prauitati,q̃ beati Auguſtini dictis,nõ ex veri-
nes tate,ſed ex liuore obiiciebat̃,tali Proſper ſermone reſpondit. Infidelitas nõ cre
dentium Euangelio,nequaq̃ ex dei p̃deſtinatione generat̃. Bonoꝝ em̃ Deus
auctor eſt,non maloꝝ.Prædeſtinatio igit̃ dei ſemp̃ in bono eſt,aut ad retribu
Pſal.14.B tionem iuſtitiæ,aut ad donationem pertinens gratiæ. Vniuerſæ em̃ viæ Dñi
miſericordia & veritas. Proinde infidelitas non credentium,nõ ad conſtitutio
nem Dei, ſed ad præſcientiã referenda eſt. Quæ non ideo neceſſitatem non
Reſpõſio credendi intulit,quia falli de ea q̃ futura erat,infidelitate non potuit. Quin-
ad xv. tadecima etiam obiectio his uerbis inſerta eſt , ꝙ idem ſit præſcientia, quod
prædeſtinatio. Cui Proſper ſic reſpondit. Qui præſcientiam Dei in nullo ab
ipſius prædeſtinatione diſcernit. Quod tribuendum eſt Deo de bonis, hoc ei
etiam de malis conatur aſcribere . Sed cum bona ad largitorem , cooperato-
remq; eorum. Mala autem ad uoluntariam rationalis creaturæ nequitiam, re
ferenda ſint. Dubium non eſt,ſine ulla temporali differentia Deũ & præſciſſe
ſimul & prædeſtinaſſe,quæ ipſo erant Auctore facienda, vel quæ malis meri-
tis,iuſto erant iudicio retribuenda,præſciſſe autem tantummodo , non etiam
Cõcluſio prædeſtinaſſe, quæ non ex ipſo erant cauſam operationis habitura. Nos
de prędestinatiõe itaq; chariſſime,hæc interim pauca de libris ſancti Auguſtini,& de reſponſio
nibus Proſperi,ob hoc maluimus huic libello inſerere,ut cũcti nouerint,quid
debeant prædeſtinatione ſanctorum impiorumq; ſentire, ſimulq;, ut appa-
reat eiuſdem Beati Auguſtini dictis,tenorem noſtræ ſentẽtiæ conuenire. Pro
inde quia ſufficienter (ut arbitror) iniquos non ad peccatũ, ſed ad ſuppliciũ
prędeſtinatos oſtendimus. Huic volumini iam terminũ demus,ut ad aliarum
quæſtionum diſputationem attentius recenſendam,latoris renouet ſtudium,
temperies diſtincta librorum.

B. FVLGENTII AD MONIMVM LIBER SECVNDVS

TRES QVÆSTIONES COMplectens, vnam de Sacrificii oblatione. Alteram de Spiritusſancti miſſione. Tertiam, de ſupererogatione Beati Pauli.

SATIS, VT ARBITROR, MONIME CHARISSIME, quęſtionem de diuerſitate prædeſtinationis, iuſtorum ſcilicet & iniquorum, hoc eſt, eorꝫ quos gratuita miſericordia dei p̄ueniens iuſtificando conuertit, glorificatura cõuerſos, & eorꝫ quos iuſta Dei ſęueritas in peccatis derelinquit, punitura damnatos, ſuperior ſermo (in quantum Dn̄s puſillitatem noſtram dignatus eſt adiuuare) & pertractatam continet & ſolutam, ita ut plæriqꝫ, licet in ea ſoleant non leuiter permoueri, facile poſſint, & diuinorꝫ librorum teſtimoniis inſtrui & ſancti Auguſtini libris, & Proſperi eruditiſſimi uiri reſpõſionibus informari, quibus agnoſcant prædeſtinationem dei nihil aliud eſſe, niſi præparationē operum eius, quæ in æterna ſua diſpoſitione, aut miſericorditer ſe facturꝫ præſciuit, aut iuſte. & quia in peccatis nec miſericordia inuenit nec iuſtitia, ideoqꝫ omnem iniquorum malam uoluntatem, qua peccant, præſcitam, non tn̄ eſſe a deo prædeſtinatam, cum ipſam uoluntatem malam non aliter eſſent habituri, niſi in eo, quo fuiſſent a dn̄o receſſuri. Nec deum prædeſtinaſſe diſceſſionem hominis a ſe, cum cauſa ipſius diſceſſionis ſola uoluntaria eſſet auerſio peccatoris. Quæ quia deum futura non latuit, in æterna præſcientia eius præparatam ſibi pœnam iuſte retributionis inuenit.

Epilogus cõpendio ſ9 de p̄deſtinatiõe iuſtorꝫ & iniquorꝫ.

Nunc itaqꝫ ad reſiduas quęſtiones duce domino, indagandas, noſtræ diſputationis dirigatur intentio. Dicis a nõ nullis te interrogatū de ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti, quod plæriqꝫ ſoli patri exiſtimant immolari. Hanc etiam aſſeris Hæreticorum eſſe quaſi palmarem interrogàtionem. Sed nouum non eſt, ut Hæretici, priuati lumine veritatis, illis ſe propoſitionibus, veritatem ſuperaturos arbitrentur, quibus facilli- me ſuperantur. Gloria nanqꝫ in confuſione ipſorum eſt, qui terrena ſapiunt. Hoc ergo ſectantes hæretici, ea ſibi, quaſi palmaria & inuicta uidentur proponere, vnde ſibi confuſionem non vident imminere. Sed cum a veritate ſuperantur, hoc in illis utiqꝫ impletur, ut vnde gloriãtur, inde confundant̄. Non eſt igitur mirum, ſi illi, quos malitia ſua (ſicut ſcriptum eſt) excæcatos, ueritas ipſa (quæ lux eſt uera) deſeruit, quorumqꝫ ſqualentem peruerſi cordis obtutum, tetri erroris obſcuritas circũſepſit, inſeperabilem Trinitatē, quã ſubſtantiali diuerſitate diſparem prædicare non dubitant, conſequenter honorificentiæ quoqꝫ impari officio impie diſſipare contendant. Et quoniam in ipſa ſapientia peccare conuincuntur, ipſius ſapientię in eis ſermo completur, ut dum in

Secunda q̄ſtio monimi de ſacrificio corp̄is, & ſanguinis Chriſti.

Hęretici ſua malitia excęcati, trinitatē, & ſubſtantia, & patri veneratiõe diſſipant.

ipſa peccant,in animas ſuas peccatum impietatis admittant, ſic nanq; dicit ipſa
ſapientia. Qui autem in me peccant,impie faciũt in animas ſuas. Qui me ode
runt diligunt mortem. Quomodo enim dei filium non oderunt, quem unige
nitum quidem uerbis negare non poſſunt,ſed eum a natura patris,inconſyde
rata peruerſitate diſcernunt? Aut quomõ in animas ſuas impie non faciũt,qui
Dei vnigenitum filium,deum ſcilicet uerum,nec glorificare cum patre conſen

Premittẽda qõ de fide abrahæ

tiunt,nec uno eodẽq; ſacrificio pariter honorari permittunt? Quibus cum
dei adiutorio (in quantum ſeries præſentis operis capit) breuiter reſpõdentes
hanc interrogationem præmittimus,ut dicant. Vtrum eam fidem Deus ſuæ
donarit eccleſiæ,qua pater noſter Abraam deo credens placuit,& in qua cun
ctas gentes terræ in ſuo ſemine benedicendas accepit? An aliam ſibi religiõis
normam diuinitus profiteantur traditam,ut Patriarcharum & Prophetarum
fidem æſtiment abdicandam? Et licet ab hac fide (ſicut demonſtratura eſt ve
ritas) oĩmodis habeantur extranei. Ipſam tamẽ eccleſiæ datam dicunt,ipſamq;

Quæſtio ſacrificii ex patrũ fide determinatur.

apud ſe inuiolatam manere contendunt. Dum ergo inter nos & illos,ſacrifi
cii vertitur quæſtio,ad illos nobis recurrendum eſt patres, quos Deus, uelut
luminaria in mundo,ad inſtructionem noſtram ueræ fidei clarificauit inditio,
quorum fidem ita dignatus eſt a ſe inſpiratam oſtendere,ut eorum ſe deum in
ueniat euidentiſſime nominare,dicens. Ego ſum deus Abraam,& deus Iſaac,
& deus Iacob. Hoc mihi nomen eſt ſempiternum, & memoriale in generatio
nem & gñationem. Cũ itaq; nos dicimus, ſacrificium non ſoli patri, ſed ſimul
vnum patri filioq; offerri. Illi autem patri ſoli exiſtimãt immolari. In ſacrificio

Promiſſiones factę Abrahæ & ſemini eius

patriarcharum,veræ ac deo placitæ quæramus immolationis inditium Ab
illo itaq; nobis eſt documentorum ſeries inchoanda,in cuius inuenitur ſemine
futura cunctarum gentium benedictio repromiſſa,dicente Paulo. Abrahæ di
ctæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis,
ſed quaſi in uno. Et ſemini tuo,quod eſt Chriſtus. Et iterum. Vt in gentibus
benedictio Abrahæ fieret, in Chriſto Hieſu, ut pollitionẽ ſpiritus accipiamꝰ
per fidem. Sit igitur omnino compertum,illos eſſe benedictionis diuinæ com
potes,& ſpiritalis gratiæ participes,quos conſtat,fidei Abrahæ in ſacrificio re

Abrahã cõſtruxit altare nõ ſoli patri ſed & filio ſacrificaturus

periri ſequaces. In libro Geneſis legimus. Viſus eſt dñs deus Abrahæ,& di
xit ei. Semini tuo dabo terram iſtam. Et ædificauit ibi Abraam altare Dño,q
uiſus eſt ei, & receſſit inde in montem cõtra orientem Bethel,& ædificauit ibi
altare domino deo,& inuocauit in noĩe domini dei,qui uiſus eſt. Eligant nunc
Hæretici quod volunt,vt aut patrem fateantur Abrahæ uiſum,aut certe con
ſentiant ab Abraham filio altare conſtructum. Altare uero non ob aliud ædi
ficari,niſi ad offerendum ſacrificium deo,ueteris teſtamenti lectio frequenter
inſinuat. Moyſes quippe de Noe iuſto ſic loquitur. Et ædificauit Noe altare
deo,& tanq; interrogaretur,cuius rei gratia uir iuſtus illud altare cõſtruxerit,
ſecutus adiunxit. Et accepit ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus vo
latilibus mundis,& obtulit hoſtiam ſuper altare deo. Claret igitur,ſanctũ q̃q;
Abraam,amicum dei fidelem,& gentium fidelium patrem,ob hoc deo, qui ei
uiſus eſt

uiſus eſt ædificaſſe altare,ut ei poſſet ſacrificium congruæ immolationis offerre. Ne autem,cum in nomine domini dei dicitur inuocaſſe, quiſq; exiſtimet alterum Deum in nomine dei alterius inuocatum,cum non aliud ſit,inuocaſſe in nomine domini dei,q̄ inuocaſſe nomen domini dei. ſubſequenter euidenti manifeſtatione hoc quoq; ſcriptura curauit diuina mōſtrare, paulo poſt em̄ ſic dicitur. Abraham autem erat onuſtus valde pecoribus,& argento & auro & abiit illo,unde uenerat,in deſertum uſq; Bethel,ad locum ubi fuerat tabernaculum eius prius,inter Bethel & inter Agge,in locum ubi altare fecerat initio,& inuocauerat ibi Abraam nomen domini dei.Cognoſcitur itaq;,hoc fuiſſe inuocare in nomine dn̄i Dei,quod eſt inuocare nomen dn̄i dei.

Idē eſt inuocare in noīe dn̄i q̄d inuocare nomē dn̄i.

Quo circa dicant Hæretici,vtrum patri an filio Abraham exiſtiment conſtruxiſſe altare? quia,cui altare conſtruxit,ipſius utiq; nomen inuocauit. Ipſe autem nō niſi deo,qui ei viſus eſt,altare conſtruxit,quem Hęretici filium dicere conſuerunt Nitentes quippe patris & filii diuerſam docere ſubſtantiam,omnes corporearum rerum conſpicabiles formas (quas ad inſinuendam ſe hominibus omnipotentiſſima deitas,creaturæ totius domina,ſicut voluit,& congruere temporalibus locis ac perſonis nouerat,coaptauit) filio tantummodo exiſtimant deputandas. Inde aſſerentes,inæqualem patri atq; imparem ſilium, q eius natura capax mutabilium potuerit eſſe formarum. Et tanq̄ eo naturaliter eius diuinitas viſibilis fuerit,quo ſe ad infirmas hoīm mentes uiſibilibus rebus demonſtrare non ſpreuit.

Abrahā illi deo cōſtruxit altare,q ei uiſus eſt.

De qua re,non eſt nobis hoc opere diſputandum, cum prę ſentis quæſtionis hoc tantum depoſcat intentio. Vt quia ſanctus Abraham illi deo ſacrificaſſe cognoſcitur,quem ei uiſum fuiſſe diuina ſcriptura teſtatur, aut patrem uiſum Abrahæ dicant,aut filio Abraham ſacrificaſſe conſentiant. Vtroq; enim tanq̄ bis acuto gladio,nefarię diuerſitatis obtruncatur aſſertio, quia,ſi deum patrem Abrahæ uiſum dicunt, ut ſoli ſacrificium afferant immolatum. In eo quod viſus aſſeritur, non erit tanq̄ inuiſibilis pater inuiſibili filio præponendus. Si autem filius uiſus eſt,& ei ſacrificium ſanctus patriarcha obtulit. Non eſt patri filius in aliquo præponendus. Neq; enim illi Abraham ſacrificium offerret,ſi potiorem illo quenq̄ alium credidiſſet. Ac ſic iſti, qui fidē noſtram huius impulſu quæſtionis exiſtimant quatiendam, vtrobiq; neceſſe eſt mendacium ſuæ credulitatis agnoſcant. Et utinam cognoſcentes abiiciant, & ad ueram fidem (quam inaniter rebelles impugnāt) ſalubriter, humiles pacatiq; iam redeant. Abraham enim qui non alteri deo,ſed ei qui ſibi uiſus eſt, altare conſtruxit,ut ſecundum id quod ſentiunt Hęretici conuincantur, aut patrem uidit,aut filio ſacrificauit.

Inuictum cōtra hæreticos argumentū,ex ſacrificio et fidæ Abrahæ

Hunc deū qui uiſus eſt Abrahę, cuiq; Abraham,non utiq; ad aliud,q̄ ad offerendum ſacrificiū, ædificauit altare. Iſaac q̄q; uidit,& ei, paternæ fidei tenax, altare conſtruxit. Scriptum eſt enim de Iſaac (hoc liber Geneſeos continet) Aſcendit autem inde ad puteum iuramenti, & uiſus eſt ei dominus in illa nocte,& dixit ei. Ego ſum Deus Abraham patris tui,ne timeas,tecum enim ſum,& benedicam te, & multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum. Et ædificauit ibi Iſaac altare,& inuocauit in

Iſaac q̄q; deo q ei uiſus eſt cōſtruxit altare.

nomine dñi. Procul dubio eius domini, qui ei viſus, præſentiæ ſuæ auxiliũ, & benedictionis donum, & multiplicandi ſeminis promiſit augmẽtum. Iacob quoq; non alteri deo, ſed illi qui uiſus eſt ei, altare feciſſe cognoſcitur. Et quod amplius eſt, non hoc ſponte arripuit, ſed diuinis obediens præceptis impleuit. Quod his uerbis ſancta ſcriptura teſtatur. Dixit autem deus ad Iacob. Surgẽs aſcende in locum Bethel, & inhabita ibi, & fac ibi altare deo, qui uiſus eſt tibi, cum fugeris a facie Eſau fratris tui. Et ſubſequenter dicitur. Venit aũt Iacob in Luſa, quæ eſt in terra Chanaan, quæ eſt Bethel, ipſe & oĩs plebs quę erat cum eo, & ædificauit ibi altare, & uocauit nomen loci illius Domus dei, ibi enim ap paruit ei deus, cum fugeret a facie fratris ſui Eſau. Ecce in ore duorũ & triũ teſtium uerbum fidei noſtri conſiſtit. Ecce amicorum dei ſacrificio prorſus ec cleſiæ catholicæ cõcordat oblatio. Quæ ſic ſacrificat patri, ut ſimul omni ſacri- ficet Trinitati. Quoniam & ſancti patriarchæ, ſacrificium quod filio iubebanť offerre, ſciebant ſe patri ſimul & filio, placitis obſequiis exhibere. Idcirco autẽ eis diuinitus iubebatur, ut filio altare conſtruerent, non quia ſacrificandum nõ eſſet patri, ſed ut quod immolabatur a ſanctis, ſimul filio immolaretur & patri Neq; ut præponendus eſſet patri filius, ſed ne putaretur genitori genitus in aliquo poſtponendus. Proinde licet nulli dubium ſit patriarchalis ſacrificii te- ſtimonio, rectitudinem noſtræ fidei cõmuniri. Cui q̃ diu obdurato corde qui- libet obnitendum exiſtimat, a fide conſortioq; ſanctorum alienus exerrat. Poſ ſemus & de prophetis teſtimonia, non imparis firmitatis ac roboris innecte- re, niſi totius reddendi memores debiti, ad reſiduarum etiam quæſtionum ſo lutionem mallemus quantotius feſtinare. Veruntamen, ne ſub noĩe abundan tiæ quiſq; nos penuriam defenſionis exiſtimet obcęlaſſe. Vnũ de prophetis teſtimonium proferemus, quo poſſit euidenter oſtendi, prophetas ſanctos di uinitus inſpiratos, certo fideliſſimoq; vaticinio prædixiſſe. Noui quoq; tem- pore teſtamenti ſpiritales hoſtias, non patri tm̃, ſed etiam filio a fidelibus offe rendas. Prophetæ teſtimonium de ſacrificio, quod nunc in Eccleſia geritur, Sophonias quippe dicit. Suſtine me, dicit dñs, in diem reſurrectionis meę in te ſtimonium, quoniam iudicium meum in congregationem gentium erit, ut re- cipiam reges, & effundam ſuper eos iram furoris mei, quoniam in igne æmu lationis meæ conſummabitur omnis terra, quia tunc transferem ſuper popu los linguam in progenies eius, & inuocent omnes nomen domini, ut ſeruiant ei ſub iugo uno, a transflumine Aethiopiæ ſuſcipiam obſeruantes me, qui di- ſperſi ſunt, adferent hoſtias mihi in illo die. Quid hac, rogo, uaticinatione luci- dius? uel quod hic tenebroſæ obſtinationis latibulum, hæretica poteſt infide litas reperire, quo poſſit lumen tantæ manifeſtationis effugere? Cum ſic in ſole tabernaculum ſuum poſuerit Dñs, ut non ſit, qui ſe abſcõdat a calore eius Quoniam ſi quis ſe glaciali frigore infidelitatis ſtupefactus abſcondat, ſibi pro piciationis poteſt auxilium ſubtrahere, ſe aũt non poteſt cęlare vindictæ. Ecce ille, qui ſe expectandum in die reſurrectionis ſuæ præcipit, ipſe ſibi hoſtias ab omnibus gentibus offerendas oſtendit, ut agnoſceretur ſacrificium illud eſſe acceptabile deo

Iacob itẽ eidẽ deo altare iuſſus con ſtruxit.

Patriarcharũ ſacrificia nr̃is con gruũt, q̃ fiũt toti trinitati

Aliud teſtimoniũ ex prophetis, ut filio q̃q; offerat ſacrificium

acceptabile deo, quod cõmuniter patri & filio ſupplex offert fidelium puraq; deuotio. His atq; huiuſmodi teſtimoniis Hęretici communiti, vtinam non ſurdis auribus audiant, ſed ueritatem fidei, conceſſa ſibi diuinitus inluminatione cognoſcant, vt recepto ſalutari lumine, deſinant deinceps in tenebris morti feræ infidelitatis errare. Qui cum filio ſacrificium non offerunt, & a fide patriarcharum ac prophetarũ, miſerabili obduratione deſciſcunt, impie delinquentes, ſeipſos a ſemetipſis damnatos oſtendunt. Apoſtolica quippe oẽm hęreticũ tali cognoſcitur pronunciatione condemnaſſe ſententia. Quod & hæreticus poſt primam correptionem ſit omnimodis euitandus, eo ꝙ eiuſmodi non ſolum ſit ſubuerſus, verum etiam ſuo ſit iudicio condemnatus.

Obduratio hęreticorũ q filio nõ ſacrificant

Ad Titũ iij, C.

Si qui uero catholici fideles, huius ſacramenti nunc vſq; uidebantur ignari, deinceps ſcire debent, omne cuiuſlibet honorificentiæ & ſacrificii ſalutaris obſequium, & patri & filio & ſpiritui ſancto, hoc eſt, ſanctæ Trinitati, ab eccleſia catholica pariter exhiberi. In cuius utiq; vno nomine manifeſtum eſt, ſanctum quoq; baptiſma celebrari. Neq; enim præiudicium filio uel ſancto ſpiritui cõparatur, dum ad patris perſonam præcatio ab offerente dirigitur. Cuius conſummatio, dum filii & ſpiritusſancti cõplectitur nomen, oſtendit nullum eſſe in trinitate diſcrimen. Quia dum ad ſolius patris perſonam honoris ſermo dirigitur, bene credentis fide tota trinitas honoratur. Et cum ad patrem litantis deſtinatur intentio, ſacrificii munus omni trinitati vno eodemq; offertur litantis officio. Nos itaq;, dum trinitati, quæ vnus & verus eſt Deus, vnum ſacrificium offerimus vanis hæreticorum non moueamur obiectis. Cum ad hoc ſequendum, ac robuſtiſſime retinendum, & diuinitus promulgatis inſtruamur oraculis, & præcedentium ſanctorum firmemur exemplis.

Catholici toti offerunt trinitati, etiã ſi ſoli⁹ patris nomẽ exprimãt

¶Iam nunc etiam illa nobis eſt de Spiritusſancti miſſione quæſtio reuoluenda. Cur ſcilicet, ſi omni trinitati ſacrificium offertur ad ſacrificandum oblationis noſtræ munus, ſancti ſpiritus tm̃ miſſio poſtuletur. Quaſi vero (ut ita dicam) ipſe pater Deus, a quo ſpiritusſanctus procedit, ſacrificium ſibi oblatum ſanctificare non poſſit, aut ipſe filius ſanctificare nequeat ſacrificium corporis ſui, quod offerimus nos, cum corpus ſuũ ipſe ſanctificauerit, quod obtulit, ut redimeret nos. Aut ita ſpiritus ſanctus ad conſecrandum eccleſię ſacrificium mittendus ſit, tanq̃ pater aut filius ſacrificantibus deſit.

Tertia q̃ſtio Monimi, cur in ſacrificiis ſolius ſpũs miſſio poſtuletur.

Primo itaq; meminiſſe nos conuenit, in huius uocabulo miſſionis nec inferiorem accipi debere ſanctum ſpiritum nec minorem, quia ſi minor, itaq; inferior, & ſi inferior, utiq; minor. Hoc aũt pręmonuimus, ſcientes ab hæreticis ꝙ maxime fidei noſtræ frequenter obiectum, ideo ſpiritũ ſanctum minorem credendum patre & filio, quia & a patre miſſus eſt & a filio. Porro autem ſi miſſo mittens potior eſt credendus, cognoſcant in hoc ſuam cõuinci perfidiam, quia ſicut a patre & filio miſſus legitur ſpiritus ſanctus, ſic a patre & ſpiritu miſſus inuenitur & filius. Quod ipſe filius & per prophetam, multo anteq̃ mitteretur, dixit. Et poſtq̃ miſſus eſt, propria teſtificatione firmauit. Nam ueniens in Nazareth, & ſynagogam ingreſſus, cum tradito ſibi ad legendum libro Eſaiæ prophetæ, illum locum reuolueret, vbi ſcriptum eſt. Spiritus Dñi

Nõ iõ minor ẽ ſpirit⁹ ſctũs ꝙ miſſus eſt a pr̃e & filio, qa & fili⁹ miſſ⁹ eſt.

ſuper me, propter quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me. Reddito uolumine, veritatem prophetiæ illius præſenti teſtatus eſt effectu completam

Lu.4.D. dicens. Hodie impleta eſt hęc ſcriptura in auribus ueſtris. Sed & alio eiuſdem prophetæ loco, a dño atq; ab eius ſpiritu ſe miſſum his uerbis oſtendit. Et nũc

Eſa.48.C Dñs miſit me & ſpũs eius. A ſe quoq; ſanctum ſpiritum mitti diſcipulis, ante paſſionem ſuam hoc modo pronunciat. Cum aũt venerit paraclitus, quẽ ego mittam uobis ſpiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Superius autem eundem ſpiritum etiam a patre mitti docuerat. Paraclitus autem, inquiens, ſpũs ſanctus, quem mittit pater in noĩe meo, ille vos docebit omnia. A patre ergo & a ſpiritu miſſus eſt filius, & a patre & filio miſſus eſt ſpũs.

Miſſio filii & ſpiritusſcti nõ eſt localiť facta.

Verũtamen, nec filii nec Spiritusſancti miſſionem localiter factam quiſq; debet chriſtianus accipere, ſed illo miſſionis noĩe, opus intelligamus manifeſtationis indultæ. Sic enim non localiter miſſus eſt filius, nec localiter mittitur ſpiritus ſanctus, ſicut nec ipſius patris eſt quoq; localis aduentus. Cum tñ filius dilectoribus ſuis nõ tantum ſuum, ſed & patris promittat aduentum, ait enim. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sicut ergo pater & filius nuſq; quidem deſunt, & tamen ad quem volunt, veniunt (per gratiam enim ueniunt, qui per potentiam nuſq; deſunt) ſic etiam in miſſione uel aduentu ſpũs ſancti nullus localis illius accipiendus eſt motus, ſed noſtræ credendus eſt ſanctificationis effectus.

Scriptura docet imenſitatẽ nõ ſolum pr̃is ſed & filii & ſpiritusſancti.

Nam ſi localiter ſecundum deitatẽ miſſus eſt filius, aut localiter mitti putatur ſpũs ſanctus. Ergo etiam deus pater loco (quod abſit) credetur incluſus. Et vbi eſt, quod immenſitatem ſuam deus ipſe taliter nobis inſinuat dicens. Cęlum & terram ego impleo, filii quoq; immenſitatem propheticus nobis ſermo cõmendat. De quo ſanctus Hieremias ſic loquitur. Magnus eſt & non habet finem excelſus & immenſus. Et quia ipẽ eſt virtus & ſapientia dei, de ipſo utiq; dicitur. Attingit a fine uſq; ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Apoſtolica quoq; tenemus prędicatiõe compertum, quia in Chriſto condita ſunt vniuerſa in cęlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Quid ergo eſt, quod implere ſua præſentia nequeat. In quo Apſus vniuerſa in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia conſtare pnunciat? Sancti q̃q; ſpũs immenſitatem ſcriptura ſic loquitur. Spũs Dñi repleuit orbem terrarum Propter quod & Dauid ſanctæ Trinitatis vnam ſubſtãtialiter immenſitatem non ſolum corde credens ad iuſtitiam, quinetiam ore confitens ad ſalutem, ſic cecinit. Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? ſi aſcẽdero in cælum tu illic es, & ſi deſcendero in infernũ, ades. Et ſi adſumpſero pennas meas ante lucem, & habitauero in nouiſſimo maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Tota trinitas vbique eſt

Cum ergo, ſicut diximus, tota Trinitas vnitate deitatis ſuæ naturaliter immenſa infinitaq; permaneat, & ſic localiter nuſq; ſit ut tamen nuſquam deſit, atq; ita ſit ubiq; tota, ut nec per partes creaturæ totius

particulariter

particulariter diuidi,nec vniuerſitate totius poſſit creaturæ concludi, quoties Spūs ſanctus ad conſecrandū ſacrificium a patre poſcitur. Prima eſt fidei ratio primaꝗ cunctis Chriſtianis ſalubriter retentanda cautela,ut ſancti ſpiritus nullatenus localis cogitetur aut exiſtimetur aduentus. Fidelibus quippe dicit Apſus. Neſcitis, quia templum dei eſtis, & ſpūs Dei habitat in uobis. Et alio loco. Orantes omni tempore in ſpū,& in ipſo vigilantes. Et ipſe Saluator diſcipulis ſuis dicit. Si diligitis me,mandata mea ſeruate,& ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis,ut maneat uobiſcum in æternum, Spūm veritatis,quem mundus non poteſt accipere,quia non uidet eum, nec ſcit eum, vos autem cognoſcetis eum;quia apud vos manebit,& in uobis erit. Vnde & Paulus eundem nos ſpūm adoptionis accepiſſe ſic prædicat. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus. Abba pater. Fidelibus itaꝗ,qui templum dei ſunt,& in quibus ſpūs Dei inhabitat,immo qui templum ſunt ſpūs ſancti (ſicut Apſus dicit. Neſcitis,quia membra ueſtra templum eſt ſpūs ſancti,qui in uobis eſt, quē habetis a Deo. Quibus etiam idem Apſus mandat,ut in ipſo orent,atꝗ in ipo vigilent) quomodo ſpūs ſanctus,tanꝗ ante abſens mitti creditur? cum nec orare condigne ac uigilare aliquis poſſit,niſi ſe illi ſpūs ſanctus infuderit. Quo circa,ſicut dicit Apſus,ſpiritalibus ſpiritalia comparātes. Et in ſpiritu,qui utiꝗ naturaliter deus eſt,nihil corporale,nihil locale,nihil temporale, nihil mutabile cogitantes,conſyderare debemus,nomine Spūs ſancti nonnunꝗ dona ſpiritalis gratiæ nuncupari. Nam legimus in libro Regum. Cum eſſet Helias diuino munere transferendus,& diſcipulo,priuſꝗ tolleretur,dediſſet fiduciam poſtulādi quod uellet ille ſpiritum,quem Helias acceperat,duplicē ſibi poſtulauit attribui. Vbi vtiꝗ intelligimus ſpūs noīe donum ſpiritalis gratiæ deſignari. Ne ꝗ enim ſubſtantia ſpūs ſancti poteſt uel augeri uel minui,qui ſicut eſt ſine initio & ſine termino ſempiternus,ſic eſt ſine augmento detrimentoꝗ perfectus. Cuius tñ dona,ſecundum ipſius inperſcrutabilem atꝗ inreprehenſibilem uoluntatē,ſicut in hoībus poſſe augeri credimus,ſic in eis poſſe minui non negamus. Nam cum dona ſunt Spūs ſancti, charitas,gaudium,pax,longanimitas,bonitas,benignitas, fides,modeſtia,continentia. Et cum alii detur per ſpm̄ ſermo ſapientiæ,alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpm̄,alteri fides in eodem ſpiritu. Hęc tamen oīa poſſunt in hoībus & augeri & minui. Vnde eſt illud,quod ipſi Apſi augmentum fidei ſibi a Dño poſtulant condonari, dicentes. Dñe auge nobis fidem. In charitate quoꝗ nos creſcere,ipſe beatus demonſtrat Apſus,qui ait. Veritatem aūt facientes,in charitate creſcamus. In illo per omnia. Quomodo aūt in charitate creſcimus,niſi cum per dona gratiæ ſpiritalis crementum accipimus charitatis? Charitas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,per Spm̄ ſanctum, qui datus eſt nobis. Hoc ſentitur & de cæteris ſpiritalibus donis,quæ pro vniuſcuiuſꝗ captu,uel augeri uel minui dicunē in nobis. Quoniam talium crementa detrimentaꝗ chariſmatum, ſecundum id dicuntur,ꝙ quibuſdam ſeu plus ſeu minus inſunt. Non ꝙ in ſe uel augeri

[Margin notes: i.Cor.5C — Io.xiiij.B. — Ro.viijC — Noīe ſpiritus qm̄ ſpiritalia dona gr̄ē ſignificāē — Dona ſpiritꝰ ſancti in nobis augeri vł̄ minui pn̄t,non ip̄e ſpūs — Ro.v.A]

Sicut idẽ ſol plꝰ minuſqꝫ diuerſa illuminat, ita & idem ſpũs a diuerſis diuerſimode recipitur.

vel minui poſſunt. Nam & ſol tantus eſt cum uidetur ab oculis ſanis, quantus, cum uidetur a ſauciis, nec ipſe minuitur, cum minus ab oculis turbatis percipitur, nec augetur, cum amplius oculis ſanis infunditur. Quia diuerſitas illa viſionis, nõ ex diuerſitate ſolis euenit, ſed in diuerſitate ſanitatis infirmitatiſqꝫ cõſiſtit. Et q̃uis vnum minus, alterum magis inluminet, ipſe tñ vnum atqꝫ idem in ſe lumen habet, quod vnus minus, alter amplius uidet. Sic etiam ſpũ ſancto, in ſe ſine augmento ac detrimento immutabiliter permanente. Duplicem ſibi Heliſeus ſpm̃ popoſcit, in eo, ꝙ augmentum ſpiritalis grãæ poſtulauit. Cum ergo Sancti ſpũs ad ſanctificandum, totius eccleſiæ ſacrificium poſtulatur aduentus, nihil aliud poſtulari mihi uidetur, niſi ut per gratiam ſpiritalem in corpore Chriſti (quod eſt Eccleſia) charitatis vnitas iugiter indiſrupta ſeruetur. Hæc eſt enim principale ſpũs ſancti donum, ſine qua quiſquis linguis hominũ angelorumqꝫ loquitur, uelut ęs ſonans, aut cymbalũ tinniens, ſonum dare põt, vitam habere non poteſt. Et ſi habeat oẽm ꝓphetiam, & nouerit myſteria oĩa & oẽm ſcientiam, & ſi habeat oẽm fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habeat, nihil eſt. Et ſi diſtribuerit in cibos pauperum oẽs facultates ſuas, & tradiderit corpus ſuum ut ardeat, charitatẽ aũt non habeat, nihil ei prodeſt.

Qui dicũtur locuti linguis angelorũ: q legem docẽt & nõ faciunt

Nam quia legem dicit Aplus ordinatam per angelos in manu mediatoris, linguis loquuti ſunt angelorum, qui in ore, quæ legis ſunt docebant, & aduerſus legem prauis oꝑibus militabant. De quibus ipſe Saluator dicit. Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Saul quoqꝫ ꝓphetiam habuit, & Simon magus credidit, & baptiſmi ſacramentum accepit. Nam & dęmones, dum credunt & contremiſcunt, uidentur habere fidem, ſed nihil eis ꝓdeſt, quia non habent charitatem. Multi etiam facultates ſuas pauperibus erogantes, quia non curauerunt acquirendæ charitatis ſtudium impendere, res quidem ſuas donauerunt, quod ideo nihil eis profuit, quia ſeipſos perdiderunt, non acquirẽdo charitatem, quam acquirere debuerunt.

Vbi charitas ibi ſpũs ſctũs

His igitur demonſtratur indiciis ibi eſſe Spm̃ ſanctum, ubi eſt finis præcepti, hoc eſt, charitas de puro corde, & conſcientia bona, & fide non ficta. Vbi autem cum fide charitas non eſt, quæcunqꝫ dona ſpiritus ſancti eſſe poſſe, pſum vero ſpm̃ ſanctum eſſe non poſſe, ac per hoc, nihil prodeſſe illorꝫ donorum largitatem, vbi ſic aliquod donum ſpũs habetur, ut ipſe ſpũs non habeatur.

Ad Epheſios.i.A

Proinde tales, etſi videntur quorumlibet paternorum donorum participes, non tamen ſunt hæreditatis paternæ conſortes, quoniam Spũs ſanctus eſt pignus hęreditatis noſtræ. Et in hoc nos Deus & pater Domini noſtri Hieſu Chriſti benedixit in omni benedictione ſpiritali, in cęleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ipſius in charitate.

Recte igitur in ſacrificio poſcit eccleſia aduentũ ſpiritus ſcti.

Dum itaqꝫ eccleſia ſpm̃ ſanctum ſibi cęlitus poſtulat mitti, donum ſibi charitatis & vnanimitatis poſtulat a Deo conferri. Quando autem congruentius q̃ ad conſecrandum ſacrificium corporis Chriſti, ſancta eccleſia (quę corpus eſt Chriſti) ſpũs ſancti depoſcat aduentũ: quæ ipſum caput ſuum ſecundum carnem de ſpiritu ſancto nouerit natum.

Sic enim an

Sic enim angelico Maria informatur eloquio. Spūs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum uocabitur filius dei. Euangeliſta quoq; Matthæus, eodem ſpiritu ſancto repletus, adfirmatur, quia cum deſpōſata eſſet mater eius Maria Ioſeph, priuſq; conuenirent, inuenta eſt, in utero habens de ſpiritu ſancto. Et ad Ioſeph ſic memorat angelum in ſomnis dixiſſe. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Quid uero eſt illius incarnationis dominicæ myſterio factum, niſi, ut diuiſa vnirentur, & diſcordantia pacarētur? Teſtis eſt enim Paulus de Chriſto. Quia ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum. Et medium parietem maceriæ, ſoluens inimicitias in carne ſua legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in ſemetipſum in unum nouum hoīem faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore deo. Per crucē interficiens inimicicias in ſemetipſo. Et ueniens, euangelizauit pacem, his qui longe, & pacem his qui prope, quia in ipſo habemus ambo acceſſum in vno ſpiritu ad patrem. Hoc ergo factum eſt charitate diuina, ut ex ipſo ſpiritu corpus illius capitis eſſet renatū, de quo ipſum caput eſt natum. Et ob hoc neceſſariū nobis eſt, ut ſicut ex ſpiritu ſancto natus eſt Chriſtus, quando deus vnigenitus in vtero virginis, vnitus homini ſuo tanq; ſponſus proceſſit de Thalamo ſuo. Sic eccleſia dono ſpiritus ſancti adhæreat Chriſto, tanq̄ mulier viro ſuo, & tanq̄ corpus capiti ſuo. Dicit enim Apl̄us. Quia Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis. Et iterum. Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius, propter hoc relinquet homo patrem & matrē ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quod exponens adiecit, ſacramentum hoc magnum eſt. Ego aūt dico in Chriſto & in eccleſia. Hoc teſtimonium veteris teſtamēti, cum Dn̄s aduerſus Phariſæorum tentamenta proferret, ſecutus adiunxit. Igitur iam non ſunt duo ſed vna caro. Quod ergo deus iunxit, homo non ſeparet. Vt ergo in illo ſancto connubio, quod factum eſt in thalamo vteri virginalis, iam nō eſſent duo, ſed vna caro, ſpiritali gratia factum eſt. Hoc etiam ut indiſruptum iugiter teneatur ſpiritalis gratia operatur. Quia ut capiti ſuo inhæreat hæc unitas corporis, & ut ſciens, quia omnes qui ſe elongant ab ipſo, peribunt, & quia perdet omnes qui fornicantur ab eo. Poſſit ipſa caſte ac ſuauiter dicere, Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Et rurſus. Adhæſit anima mea poſt te. Illa charitas Dei facit, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Per hunc Spiritum ſanctum tanta eſt vnitas Chriſti & eccleſiæ. Et cum electionis uas dicat. Quia chriſtus caput eſt corporis eccleſiæ, ipſum tamen corpus Chriſti non dubitet Chriſtum ueraciter appellare. Denicq; ſic ait ad Corinthios ſcribēs. Sicut enim corpus unum eſt, & mēbra habet multa, oīa autem membra corporis cum ſint multa, unum eſt corpus, ita & Chriſtus. Et ut oſtenderet, quia hoc corpus quod ſic eſt Chriſti, ut Chriſtus ſit, cum multa membra habeat, non niſi gratia ſancti ſpiritus vnum permaneat atq; conſi-

Matt. i. C

Chrī īcarnatiōe nobis pax & unitas cū deo eſt.

Per Spm̄ ſctm̄ & chrs nat⁹ ē, & eccleſia renata

Et erunt duo ī carne vna. Chrs & eccleſia

Per ſpm̄ ſctm̄ vnitas ē chri & ecclīę.

i. Co. xii. B

ſtat,ſequitur ſtatim dicens. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus,ſiue Iudæi,ſiue gentiles,ſiue ſerui,ſiue liberi. Et omnes unum ſpiritum potauimus. Ipſa ergo gratia ſpiritalis per vnitatem pacis & charitatem,corpus Chriſti per dies ſingulos ædificare non deſinit, quæ in vtero Mariæ virginis donum ſapientiæ, quod eſt caput huius corporis fabricauit. Vnde nos quoq; in ipſo ædificari Beatus Apoſtolus his uerbis oſtendit. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei,ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum,ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Hieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino.In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu. Hanc ædificationem,qua in ſpiritu ædificamur, alio loco non ad aliud fieri teſtatur Apoſtolus,niſi ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii,in ædificationem corporis Chriſti. Vbi vnitatem eiuſdem ædificationis ſpiritalis,quæ in charitate conſtat, inſinuans ait. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii Dei , in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,ut iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ,in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitatem creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum,& connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Hæc itaq; ſpiritalis ædificatio corporis Chriſti,quæ fit in charitate, cum ſcilicet ſecundum Beati Petri ſermonem,lapides viui ædificantur in domum ſpiritalem, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpiritales hoſtias, acceptabiles Deo per Hieſum Chriſtum. Hæc inquam ædificatio ſpiritalis , nunquam oportunius petitur, q̃ cũ ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt eccleſia) in ſacramento panis & calicis ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur.Calix enim quem bibimus,communicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frangimus,participatio corporis Domini eſt. Quoniam vnus panis,vnum corpus multi ſumus,omneſq; de uno pane participamur. Et propterea petimus,ut ſcilicet ea gratia,qua factum eſt, ut eccleſia Chriſti corpus fieret,eadem gratia fiat,ut oĩa membra charitatis manente cõpage, in unitate corporis perſeuerent. Hoc aũt digne petimus illius in nobis dono ſpũs fieri, qui eſt vnus ſpũs & patris & filii. Quia ſancta naturalis unitas & æqualitas & charitas Trinitatis,quæ vnus ſolus & uerus eſt deus, unanimitate ſanctificat, q̃s adoptat. In illa quippe vna ſubſtantia Trinitatis,unitas eſt in origine,æqualitas in ꝓle,in charitate aũt unitatis ęqualitatiſq; cõio,nulla eſt diuiſio illius unitatis,nulla diuerſitas illius æqualitatis,nullum faſtidium illius charitatis. Ibi eñ nihil diſcrepat,q̃a ęqualitas chara & una,& unitas ęqualis & chara,& charitas ęqualis atq; una,naturalr̃ & incõmutabilr̃ pſeuerat. Quia igĩ ex ipſa(ſi dicendum eſt) cõione Spũs ſancti charitas vna demonſtratur patris & filii. Quam

Marginalia: Per ſpm̃ ſctm̃ nos ædifica murĩ chriſto tẽplũ ſctm̃ in domino — Ephe.iiii. D — 1.Pe.ii.A — Hęc ędificatio ſpiritalis re ctiſſime petiẽ,q̃n panis & calix cõſecratur. — Scĩficatõ tñ nr̃a a tota fit trinitate

communionē beatus Apſus tali ſermone cōmendat. Gratia dñi noſtri Hieſu Chriſti,& charitas dei,& communicatio Spūs ſancti ſit cum omnibus vobis. Et alio loco. Si quod ſolatium charitatis,ſi qua cōmunicatio ſpūs. Propter hoc dicit,quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,per ſpiritū ſanctū,qui datus eſt nobis. Spūs quippe ſanctus,qui unus eſt patris & filii,hoc operaī in his qbus grām tribuit adoptiōis diuinę,qd opatus eſt etiā in illis,q in libro Actuū Apłorꝝ inueniunī eundē ſpm̄ accepiſſe. De qbus dr̄. Multitudis aūt credentiū erat cor & aīa vna,vnū em̄ cor & aīam fecerat multitudinis credētium in deo qui patris & filii vnus eſt ſpūs,& cū p̄re ac filio vnus eſt deus. Vnde & Apſus hanc ſpiritalem vnitatem in vinculo pacis,ſollicite dicitur eſſe ſeruandum. Sic Epheſios monens. Obſecro itaqꝫ uos ego uinctus in Dño,ut digne ambuletis vocatione,qua uocati eſtis,cum omni humilitate & manſuetudine,cum patientia,ſupportantes inuicem,in charitate ſollicite ſeruare unitatē ſpūs in vinculo pacis,vnum corpus & unus ſpūs. Hunc ſpiritum diſcedendo amittunt,ſi qui aut perfidia deprauati,aut ſuperbia inflati,ab vnitate corporis eccleſiæ ſegregantur. Quos Iudas Apſus,ſine hoc ſpiritu euidenter oſtendit,dicens. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos,animales,ſpiritum non habentes. Hi enim quia animales ſunt,ideo ſpiritum non habēt. Propter quod Paulus Apſus dicit. Animalis homo non percipit,quæ ſunt ſpūs dei. Tales itaqꝫ faciles ſunt ad diuiſionem,quia ſpiritum non habent,in quo uno, membra Chriſti charam ſeruant ſpiritaliter vnitatem. Vnde manifeſtū eſt,apud oēs Hæreticos ſpūs ſancti gratiam non eſſe,nec eorꝝ ſacrificia q̄diu hæretici ſunt,poſſe Deo placere. Neqꝫ ſpiritalis gratiæ ſanctificationem ſacrificiis eorum tribui. Qui offerūt ab eccleſiaſtici corporis vnitate diſiuncti. Solius enim eccleſiæ Deus delectatur ſacrificiis,quam ſacrificium Deo facit vnitas ſpiritalis,vbi & fidei veritas nullam credit in Trinitate diſtantiam,& pacis tenacitas fraternam ſeruat in charitate cōcordiam. Ne quis autem nos putet, dum eccleſia in ſacrificii prece Spiritus ſancti depoſcit aduentum, incongrue ſancti ſpiritus uocabulo charitatem intelligere,quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris,per ſpiritum ſanctum; qui datus eſt nobis, commodum duximus, paternis definitionem noſtram præmunire ſententiis. Sanctus enim Auguſtinus in libris de baptiſmo, cum quæſtionem de Hæreticorꝝ receptione ſine baptiſmatis iteratione uerſaret, in tertio eiuſdē operis libro, inter alia ſic dicit. Spiritus autem ſanctus,quod in ſola catholica eccleſia,per manus impoſitionem dari dicitur,nimirum hoc intelligi maiores noſtri voluerunt,quod Apoſtolus ait. Quoniam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis. Ipſa eſt enim charitas,quam non habent,qui ab eccleſiæ catholicæ communione præciſi ſunt. Attende quæſo,beatiſſimum Auguſtinum in ſanctis ſcripturis diuinitus eruditum,quomodo vno in loco,non ſolum ſancti Apoſtoli Pauli,ſed etiam ſancti Iudæ apoſtoli ſenſum,in ſancti ſpiritus nomīe, mirabiliter aperuit. Ait em̄ ſuperius. Spūs aūt ſanctus,quod in ſola catholica per manus impoſitionem dari dicitur,Nimirum hoc intelligi Maiores noſtri voluerunt,quod Apſus ait.

Qui ab vnitate ecclīę recedunt, ſpm̄ ſctm̄ amittunt.

Charitas dei diffuſa ē in cordibus noſtris per ſpm̄ ſctm̄

Ro.v.A

Quoniam charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Subſequenter aūt etiam, quod Iudas Aplus in epſa ſua poſuit, remoto dubitationis ambiguo, ſanctus Auguſtinus expoſuit. Iudas enim Apſus dicit. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos animales, ſpiritum non habētes. Et Beatus Auguſtinus de charitate dei, quę diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, dicit. Ipſa eſt enim charitas quam nō habent, qui ab eccleſiæ catholicę cōione pciſi ſunt. An quiſq̃ dicturus eſt. Aliud eſſe ſpm̄ ſanctum per manus impoſitionē redeuntibus hęreticis dari, q̄ ſpiritali ſacrificio diuinitus tribui? Hoc aūt qui ſentit, aut dicit, pfecto nondū intelligit, qualiter ſemetipſos exhibeant hoſtiam viuam ſanctam, deo placentem, ſi qui ſchiſmaticorꝫ & hęreticorꝫ, mortiferum relinquētes errorē, ad catholicæ ueritatis redeunt vnitatem, vbi offerentes ſacrificium deo ſpm̄ contribulatum ipſi ſunt hoſtia uiua, ſancta, placens deo. Quia per contritionem humiliati cordis in vnitatem membrorum redeunt illius ſacerdotis, qui dilexit nos, ſicut dicit Apſus. Et obtulit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Vt autem redeant & ſpiritale ſacrificium fiant, charitas dei facit quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Solius itaq; catholicæ ueritatis & cōmunionis ſacrificiū deus libenter accipit. Quia dum charitatem ſuam, per ſpm̄ ſanctum diffuſam, in ea cuſtodit, ipſam eccleſiam ſibi gratum ſacrificium facit, quæ ipſam ſemper poſcit gratiam ſpiritalis charitatis accipere, per quam ſe poſcit hoſtiam viuā, ſanctam, deo placentem, iugiter exhibere.

Qui ad unitatē eccleſię redeunt, exhibent ſe hoſtiā viuam deo placentē

Quarta q̄ſtio monimi, de ſupererogatiōe Pauli Apſi.

Scribis prǣterea de illo Apoſtoli loco, ubi ait. De virginibus aūt præceptum Dn̄i non habeo, conſilium aūt do. Quod conſilium in epſa, quam ad te nuper ſcripſi, ad illud pertinere memoraui, quod duobus denariis a dn̄o acceptis, fidelis ſtabularius ſupererogauit. Cuius loci ſenſum, licet non ita a ſancto Auguſtino poſitum aſſeras, alios tn̄ illuſtres uiros taliter hoc poſuiſſe confirmas. Eſt quidem verum. Quia ſanctus Auguſtinus hoc dixit ab Apſo ſupererogatum, quod cum ſecundum præceptū poſſet, ſi vellet de euangelio uiuere, maluit tn̄ non ſolum ſibi, ſed & his qui cum illo erāt, propriis manibus laborare. Sicut Epheſiis veraciter dixit. Ipſi ſcitis, quomodo ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecū ſunt, miniſtrauerunt manus iſtę. Et oīa oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Nam & Theſſalonicenſibus ſcribens. Memores enim eſtis fratres laborem noſtrum & fatigationem, nocte & die operātes, ne quem ueſtrum grauaremus. Nam & ad Corinthios hanc dicit mercedem ſuam, ut Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponat Euangeliū, ut non abutatur poteſtate ſua in euangelio.

Expoſitio beati Ambroſii.

Cum ergo hoc ſanctus Auguſtinus competenter & congrue poſuiſſet, non tamen incompetens uideri aut incongruum debet, quod ſanctus Ambroſius beati Pauli ſupererogationem uel in ſermonibus atq; epſis eius, uel in nimio labore mentis & corporis conlocauit.

Expoſitō B. Optati

Sanctus aūt Optatus Milebitanus, in Sexto aduerſus Parmenianum libro, conſilium de Virginibus Paulum ſupererogaſſe teſtatur his verbis. Virginitas enim voluntatis res eſt, non neceſſitatis. Deniq;

ſtabularius ille Apl'us Paulus, cui confoſſus peccatorꝶ vulneribus populus cō mendatus eſt, duos denarios quod erogaſſet acceperat, duo ſcilicet teſtamenta. Hæc per doctrinam, quaſi ſumptus impendit. Docuit quō coniugales Chriſtiani debeant uiuere, de quo cum quæreret, quid de virginibus præciperet, reſpondit, ſibi de virginibus nihil eſſe mandatum. Confeſſus eſt ſe duo teſtamenta, hoc eſt duos denarios erogaſſe. Explicati erant quodāmodo ſumptus, ſed qui ſaucium cōmendauerat, promiſerat ſe redditurꝶ, quicquid in cura amplius erogaſſet poſt impenſos duos denarios. Non præcepta, ſed conſiliū erogat Paulus ad virginitatem. Nec impedimento eſt volentibus, nec nolentes impellit aut cogit. Cum itaqꝫ hic beati Apl'i locus tripertito ſit modo a tribus, quos nominauimus, viris ſanctis expoſitus. Quiſquis vnum modū ex his tribus poſuerit, a ueritate uticꝫ non diſſentit. Neqꝫ enim neceſſe eſt, ut quod multipliciter intelligitur, in oibus ſcriptis multipliciter inſeratur. Nam & ipſi ſancti, quorꝶ miniſterio Deus ſcripturarꝶ ſuarꝶ dignatus eſt aperire ſecreta, dixerunt plæraqꝫ non vno modo tm̄, ſed multipliciter, ſine offenſione, duntaxat veræ fidei non indecenter intelligi. Sicut ipſe Beatus Auguſtinus in myſterio archæ Noæ feciſſe cognoſcitur aduerſus Fauſtum. Nāqꝫ Manichęo adſerente, in libris veteris teſtamēti, nihil de Chriſti in carne uera futuro aduentu prophetice contineri, oſtendens idem beatiſſimus Auguſtinus noſtram ueterem ſcripturam, ꝓpheticis de Chriſto ſignificationibus plenā, & ob hoc diuinitus inſpiratā, ſic inter cætera illud exponit. Quod memoratā archam bicameratam & tricameratā Deus impat conſtruendā, ut in libro de Ciuitate dei quinto decimo, duobus aliis modis eiuſdem loci myſticā explanationē, non doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed vere (ſicut Aplus dicit) in doctrina ſpūs, nō minus dulciter ꝙ mirabiliter explicaret. Quod ut facilius agnoſcaī, vtriuſqꝫ operis, ſicut ab eo poſita ſunt, uerba ſubnectam. Igitur aduerſus Fauſtū poſuit hæc. Quod inferiora Archæ bicamerata & tricamerata conſtruunī, ſicut ex oibus gentibus, uel bipertitā multitudinē congregat Eccl'ia, ꝓpter circūciſionē & pręputium, vel tripertitā ꝓpter tres filios Noę, quorꝶ ꝓgenie repletus eſt orbis. In Quinto decimo aūt libro de Ciuitate dei, memoratæ Archæ pro loci oportunitate aggreſſus exponere ſacramentū, poſt aliqua, in hoc q̄d dicit̄ Bicameratam & tricameratā archam Noe debere conſtrui, illius expoſitionis, quæ in libris aduerſus Fauſtum Manichæum continet̄, indidit mentionem, hæc ſubſequenter adiiciens. Et fieri quidē pōt, ut & nobis quiſpiam & alius alio exponat hæc aptius. Dum tm̄ ea quæ dicunī, ad hanc, de qua loquimur, Dei ciuitatem in hoc ſæculo maligno, tanq̄ in diluuio peregrinantem, oīa referanī, ſi ab eius ſenſu, qui iſta conſcripſit, non vult longe aberrare, qui exponit exempli gratia. Velut ſi quiſpiā, quod hic ſcriptum eſt, inferiora bicamerata & tricamerata facies eam, nō quod ego in illo opere dixi, velit intelligi, quia ex oībus gentibus eccleſia congregaī, bicameratā dictā, ꝓpter duo gn̄a hoim, Circūciſionem ſcilicet & præputiū, quos Apl'us & alio modo dicit, Iudęos & Gręcos. Tricameratam uero, eo ꝙ oēs gentes de tribus filiis Noe, poſt diluuium reparatę ſunt.

Ecce un⁹ locus apl'i a tribus ſanctis tripliciter ē expoſitus

Quin ēt idē locus ab uno doctore diuerſi mode re perit̄ ex poſitus

Varia auguſtini expoſitio de archa Noe

Gal. iii. D

Sed aliud dicat aliquis, quod a fidei regula non ſit alienum. Nam quoniam nõ ſolas in inferioribus mãſiones habere Archam uoluit, verum etiam in ſuperioribus, & hæc dixit bicamerata. & in ſuperioribus ſuperiorum, & hæc appellauit tricamerata, ut ab imo ſurſum uerſus tertia conſurgeret habitatio. Poſſunt hic intelligi & tria illa, quę cõmendat Apſus, fides ſpes charitas. Poſſunt etiam multo conuenientius tres illæ ubertates Euãgelicę, tricena, ſexagena, centena, vt in infimo habitet pudicitia coniugalis, ſupra vidualis, atq; hac ſuperior virginalis. Et ſi quid aliud ſecundum fidem ciuitatis huius intelligi & dici poteſt. Hoc etiã de cæteris, quæ hic exponenda ſunt dixerim, quia etſi non vno diſſeruntur modo, ad unam tamen catholicæ fidei concordiam reuocanda ſunt.

I. Corin. xiii. D

Vtile eſt diuerſos circa vnũ ſenſ9 alle gare, ſed nõ diuer ſa fide

Rurſus idem beatus Auguſtinus in libro primo de Trinitate, aſſerit vtile eſſe, plures libros a pluribus fieri diuerſo ſtilo, non diuerſa fide, etiam de quæſtionibus eiſdem, ut ad plurimos res ipſa perueniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic. Si ergo illa, quę de archa Noe beatus Auguſtinus uno loco duobus poſuit modis, a duobus hominibus ſingula adſumpta ſingulis ponanẽ in locis. Nõne vterq; digne tenax pronunciabitur veritatis? ſi tamen ſic uterq; vnum harum ſuis inditum dictis videatur adſtruere, ut illud, quod aliter in ſuis dictis æque veritati congruum ponit, magis pacatus approbet, ꝗ̃ contentioſus impugnet.

Rñſio ad q̃ſtionẽ Monimí de ſupe rogatiõe Pauli.

Quo circa chariſſime, licet ille ſenſus, qui a me poſitus eſt, forſitan in ſancti Auguſtini dictis non inueniatur. In ſancti Optati tamen libris (ſicut ipſe mecum noſti) apertiſſime poſitus inuenitur. Nec tuam prudentiam latet eorum, quę a ſanctis Patribus, qui fidei catholicę, rectam in doctrina ſancti ſpiritus regulam defenderũt, diuerſis modis, uel in expoſitionibus, uel in defenſionibus ſuis inueniuntur poſita, quicquid a nobis ponatur, ita nos illius loci adſtruere veritati congruum ſenſum, ut aliis patrum ſententiis æque ueritati congruis non denegemus aſſenſum. Neq; enim a ueritate receditur, ſi in hac ſupererogatione Apoſtoli, ſiue quod ſanctus Ambroſius, ſeu quod ſanctus Auguſtinus, ſiue quod ſanctus Optatus ſenſerunt, a nobis quoq; ſalua veritate fidei, ſentiatur. Quoniam ſi digne creditur, duobus denariis acceptis, aliquid ſupererogaſſe Paulum, in eo quod proprii laboris ſumptu Euangelium prædicans, ſtipendium ſibi debitum, a fidelibus non exegit. Digne etiam ſupererogaſſe aliquid creditur, in eo quod de Virginibus præceptum Dñi non habuit, ſed conſilium dedit. Vtrunq; ſine dubio illo habens largiente, a quo niſi accepiſſet, ſupererogare non poſſet.

B. FVLGENTII AD MONIMVM LIBER TERTIVS, DE VERA EXPOSITIONE ILLIVS DICTI EVANGELICI, ET VERBVM ERAT APVD DEVM.

Laus charitatis.

QVOTIENS, DILECTISSIME MONIME, A CHRISTI famulis virtus conſyderatur ac perpēditur charitatis, non minus inuenitur mirabilis ꝙ̃ ſuauis. Quis enim eam non miretur? aut quis non admodum delectetur? cuius ſarcina cum portatur, non fatigatione animū debilitat, ſed alacritate confortat. Ipſa enim cum onerat, ſubleuat, & miro modo, quem onerat, non permittit comprimi, quem ſubleuat, non ſinit extolli. Hæc me tibi præteritum debitum, cum Dñi adiutorio, perſoluentem, rurſus efficit debitorem. Iam enim de quatuor quæſtionibus, quas mihi miſeras pertractandas, illo adiuuante, qui ſapientiam præſtat paruulis, duos libros abſolueram, cupiens tibi reddere quod debebam. Sic repente cuiuſdam aſſertionis Arrianæ meas aures perſtrinxit opinio, quæ tanto magis inutilis eſt adinuentione genita, quanto magis reperitur ab omni intellectu, non ſolum diuinarum ſcripturarum, ſed etiam ipſius humanitatis externa. Comperi quippe quandam eos de initio Euangelii ſecundum Ioannem, inſolitam nunc ſerere quæſtionem, ut illud quod dictum eſt, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & Deus erat verbum. Ita intelligendum atq; exponendum putent, ut id ipſum uerbum apud patrem eſſe, non in patre eſſe, ſed extra patrē eſſe accipiendum exiſtiment. Ita ut quidam eorꝫ (quantum auditu comperi) dum de his duabus præpoſitionibus, hoc eſt, in & apud, inter eos oriretur quodam die conflictus, accepto cuiuſdam Birro, & manibus retento, interrogaſſet an in illo eſſet cum apud illum eſſet Birrus ille, quem ipſe retineret. Atq; hūc ſuam, quaſi ſententiam firmaturus, hac ſermonem ſuum definitiōe clauſiſſe, cum aliquid in nobis eſſe dicitur, intra nos intelligendum. Dum uero apud nos eſſe dicitur, extra nos accipiendum. Et quia Birrus ille, quē ipſe retinebat, ſic apud illum eſſet, ut in illo non eſſet. Ac per hoc, ex eo ꝙ apud illum eſſet, nō tamen in illo eſſet, extra illum non intra illum eſſet. Eodem modo Verbum quoq; dei (quod deus eſt) credendum quidem apud patrem eſſe, non in patre eſſe, Et ob hoc nec vnius eſſe cum patre ſubſtantiæ. Quoniam quicquid ſic apud aliquem eſt ut in illo non ſit, profecto ſic apud illum eſt, ut vnius cum eo ſubſtantiæ eſſe non poſſit. Hæc eſt eorum ratiocinatio, rationi contraria. Hæc legalis diſputatio, legi dei intolerabiliter inimica. Hinc dominā te Chriſto aliquid ſcribere, meus excitatus eſt animus, ne uirulentis ſermonibus, paruulorum perturbetur au

Argumētū tertii libri cōtra arrianos, ſup illo dicto. Et vbū erat apud deū.

Arriani putāt aliud eſſe. Apud deum, ꝙ̃ in deo.

ditus. Pertinet enim ad noſtræ ſeruitutis officium, aduerſus naſcentẽ peſtilentiam cuiuſlibet opinionis mortiferę, ſalubria diuinorum eloquiorum remedia præparare. Itaq; cum ſanctus Apl'us, ſollicite fideles pręmoneat, dicens. Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hoīm, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtũ. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Iſti e contrario, non ſolum præterito tempore philoſophiæ mundialis, ſectantes errorẽ ſecundum elementa mundi, de deo exiſtimauerunt diſputandum. Sed ita ſunt totius nunc religionis obliti, ut cum de deo diſputant, nec ipſa elementa mũdi iſtius corporalis attendunt. Ac ſic, dum oculos intelligentiæ etiam contra ea, quæ videnẗ pertinaciter claudunt. Nunq̃ inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciunt. Quid enim poteſt abſurdius dici, q̃ ut cum de deo quis diſputat, non niſi de craſſioribus tm̃ corporibus documenta diſputationis adſumat. Magnũ enim quiddam ſibi ille viſus eſt inuenire, cum accepto Birro, & manibus retento, interrogaſſet, vtrum, ſicut apud illum eſſet, ita in illo eſſet. Exinde docere uolens. Quemadmodum Birrum apud hoīem, ſic eſſe filium apud patrem, ut quia Birrus apud hoīem eſſe poſſit, in homine aũt eſſe nõ poſſet. Ita filius ſit quidem apud patrem, ſed non ſit in patre.

Abſurdũ ẽ, de deo ſecundũ corpalia diſputare

Rogo ſi de corporibus iſtis contrectabilibus aliquid in exemplum diſputant delectabatur adſumere, licet illi aduerſus ueritatem diſputãdi, elementa quæ a ueritate facta ſunt, non poſſent ullatenus ſuffragari, tamen ut tolerabile aliquid dicere uideretur, ut de ceteris taceam. Quur Birrum, quem manibus tenebat, oſtendit, & non ſaltim flatum, quem naribus carpebat, attẽdit? Quia ſi Birrus ille poſſet dici apud illum eſſe & non in illo eſſe, flatus iſte tamen, quem ex aere carpimus, cum eum ſpirãdo percipimus, & apud nos eſt, & in nobis eſt. Et quicquid eius reſpirando reddimus, cum reddiderimus, nec apud nos nec in nobis habemus. An forte dicturus eſt, aeris iſtius alimentum, cum ſpirando accipimus, in nobis tm̃ eſſe, non etiam apud nos eſſe? Dicat ergo, quãdo apud nos poſſit eſſe, an cum eum reddimus, & eum in nobis non habemus? Sed hoc puto, quia nec de Birro illo dicere audebit, ſi tamen eum illi, a quo acceperat reddidit. Videt enim, quia eum tunc apud ſe habuit, cum accepit, poſtq̃ aũt reddidit, apud ſe habere iam deſtitit. Sicut enim acceptione factum eſt, ut quod non habuit, apud ſe haberet, ita redditione factum eſt, ut quod apud ſe habuit, nõ haberet. Proinde ſi Birrum dixit, non in ſe eſſe, ſed apud ſe eſſe, hunc tamen flatum, quem de circumfuſo aere viciſſim ſumimus & reddimus, mihi videẗ, quia non dicet, non eſſe apud hoīem, cum eſt in homine, quia tunc eum homo apud ſe & in ſe habet, cũ eum accipit ſpirando. Cum uero reſpirando reddit, ſic eum apud ſe nõ habet, ſicut nec in ſe habet.

Apti⁹ fuiſſet exĩm de flatu nariũ, q̃ de Birro ĩ manib⁹.

Fruſtra igitur in illa diſputatione, de hoc, q̃d dictum eſt, Verbum erat apud deum, aſſerere voluit, quod in aliquo eſt, eſſe ſemper interius, quod apud aliquem eſt, eſſe ſemper exterius, cum flatus receptus in corpus, ſic in homine ſit, ut apud hoīem ſit. Et rurſus e corpore redditus, ita nõ ſit apud hoīem, quemadmodum non eſt in homine. Minus enim attendit in hoc, quod

Falſum ẽ igiẗ, Verbum q̃d apud deũ eſt, extra deũ eſſe nõ ĩ deo.

abſurdo

abſurdo nitebatur aſſerere documento, quam grauior eum ſubſequenter ab ſurditas teneret innexum. Etenim cum dicitur. In principio erat verbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat verbum. Si exterius eſt omne q̃d apud Deum eſt, & interius eſt omne quod in deo eſt. Quid illi diſputatori peritiſſimo reſtat, niſi ut nos potiores filio dei eſſe contendat? Dicit quippe Apſus de deo. Quia in ipſo uiuimus, & mouemur, & ſumus. Et alio loco. Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo. Nunc iam quiſquis ille eſt, qui ſub Chriſtiano nomine non metuit, aduerſus Chriſtum tam temere diſputare, cum audit, verbum eſſe apud deum, & nos eſſe in deo? Si audet, dicat, verbum eſſe exterius, & nos interius. Quod ſi dicendum exiſtimat, ipſe de ſuis dictis iudicium ferat. Neq; enim in tali ſermone iudex quærendus eſt alius, quando ipſe, qui hoc dixit, a ſeipſo ſit profecto culpandus. Quid iterum reſpõdebit aduerſus illam eiuſdem beati Pauli ſententiã, qua dicit de deo. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula amen? Ecce omnia Paulus ex deo, & per deum, & in deo eſſe teſtatur. Verbum vero apud Deum eſſe, Ioannis Euangeliſtæ prędicatione dinoſcitur. Si aũt ſecundum Arrianorum ſenſum, omne quod in deo eſt interius eſt, & omne quod apud Deum eſt, exterius eſt, quoniam Arrianis verbum, quod apud deum eſt, non in deo eſſe credit̃ Hoc reliquum eſt, ut omnibus quæ in deo ſunt, illud quod apud deum eſt, inferius prædicetur. Hoc aũt recepto, quia de uerbo ſcriptum eſt. Omnia per ipſum facta ſunt. Ipſa erit ſecundum Arrianos rectitudo fidei, ut pręponenda ſit factura factori. Quis iam non cernit, in quod pręcipitium improuidi hoĩes cadunt? qui ueræ fidei reſiſtentes, perfidiam defenſare contendunt. Quid enĩ aliud talibus uerbis agitur, niſi ut huius defenſione ſententiæ, conditionis ſuæ ac redemptionis oblita, ſemetipſam filio dei, non ſolum æquare, ſed & præferre audeat creatura? Miror aũt, quomodo non conſyderant, a quibus illud aſſeritur, quã deterior ex eo fructus nefandæ blaſphemiæ naſcatur. Aiunt enĩ Quod in deo eſt, interius eſſe credendum, Quod aũt apud deum eſt, exterius æſtimandum. Quo circa illud quod apud Deũ eſt, & exterius eſt, non eſt credendum unius cum deo naturę. Conſequens eſt, ut illud quod in deo eſt, & interius eſt, vnius credatur cum Deo ſubſtantiæ. Ad hanc igitur concluſionem ratiocinatio iſta perducitur. Vt ſicut uerbum, pro eo quod apud deum eſt, ab eius natura ſeperatur. Ita creatura, pro eo quod eſt in deo, vnius credatur naturæ cum Deo. Vnde conuincuntur illa ſentire, quibus nos & filio audeant præferre, & patri conentur ęquare. Sic totũ confundunt, qui a veritate diſſentiunt. Ex quibus ſententiis error infidelis aſſeritur. Ecce quibus adinuentionibus fidei veritas impugnatur. Sed quibuſlibet arietibus Eccleſiam ſanctam hæretici quatere nitantur, certi ſumus de Domĩo deo noſtro, quoniam ciuitatem ſupra montem conſtitutã, ſubuertere non ualebunt. Immo ſeipſos prorſus ſubuertunt & exterminant, qui deum verum dei unicum filium, contumelioſis aſſertionibus exacerbant. Nec ab iniuria temperant etiam patris, dum ingratiſſicentiam reddũt gratiæ Saluatoris. Qua propter congruũ uidet̃, ut ex aliis ſcri

Sũma abſurditas nos eſſe interius deo, vbũ aũt exterius

Alia abſurditas ut futura p̃ponat̃ factori

Maior itẽ abſurditas ſequit̃ ut creatura vni9 ſit naturę cũ creatore.

pturarum locis uerbi huius intelligentia requiratur, vt appareat, vtrum quicquid apud aliquem eſſe dicitur, debeamus ſecundum illorum ſententiam, ſem per exterius æſtimare. In libro ſapientiæ legimus dictum de quibuſdam. Dixerunt apud ſe cogitantes non recte. Huius loci ab Arrianis exigimus rõnem vtrum qui apud ſe cogitat, intra ſe an extra ſe cogitet? cum hominis cogitatio non ſolum extra corpus hominis non ſit, ſed ne corporis actio ſit. Enimuero, quia id ipſum, quod cogitatio dicitur, non ſolum non extra hominem, ſed nec in ipſo corpore hominis inuenitur. Quis non uideat, cogitationem ſolius eſſe animæ, cui pēr rationalem uirtutem diuinitus datum eſt cogitare. In homine quippe cogitando dominatẽ animus, operando aũt ſeruitium exhibet corpus. Ibi eſt enim homini data cogitatio, vbi eſt inſerta boni maliq; diſcretio. Interior igitur homo cogitationis officium gerit, qui etiam intelligendi uirtutem ad imaginem dei creatus accepit. Cum ergo apud ſe homo cogitat, non extra ſe, ſed intra ſe cogitat, qui non extra ſe cogitaret, etiam ſi ad exteriorem hoĩem cogitatio pertineret. Quanto magis intra ſe cogitat, quãdoquidem non exterior homo ſed interior cogitat. Qui tamen ſecundum ſcripturę teſtimonium apud ſe cogitare dicitur, quo utiq; nõ exterioris ſed interioris hominis officio repe ritur. Ait enim ſcriptura, ſicut ſupra iam poſitũ eſt, dixerũt apud ſe cogitantes non recte. Quid eſt aũt, apud ſe dicere, niſi in corde ſuo dicere. Propter quod alibi dicĩ. Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilib⁹ ueſtris cõpungimini.

Dixerũt apud ſe cogitãtes nõ recte

Hoc eſt ergo apud ſe dicere, quod eſt intra ſe dicere. Vnde & Phariſæus ille, qui dñm popoſcerat ad ueſcendum, cum ingreſſa mulier peccatrix, lachrymis rigaret, & capillis pedes tergeret ſaluatoris, quia intra ſe cogitabat, intra ſe utiq; dicebat, quod cogitando dicebat. Ait enim euangeliſta. Videns aũt phariſæus, qui uocauerat eum, ait intra ſe dicens. Quid eſt enim ait intra ſe, niſi cogitauit intra ſe? Veruntamen ſcriptura docẽte cognoſcimus, quia qui cogitat intra ſe, cogitat apud ſe. Ideo vtiq; dicitur. Dixerunt apud ſe cogitantes nõ recte. Attamen ne hoc, quod dictum eſt, apud ſe non præcedenti ſermoni, ſed ſubſequenti uelint Arriani coniungere, vt non dicatur, dixerunt apud ſe, ſed dicatur, dixerunt, & poſtmodum inferatur, apud ſe cogitãtes. Audiant etiã hinc diuinarum teſtimonia ſcripturarum, & cognoſcant officium cogitationis humanæ. Non ad exteriorem, ſed ad interiorẽ hoĩem pertinere. Euangeliſta dicit, quia cum dño paraliticus offerretur, videns dñs fidem illorum, qui eum per tegulas ſubmiſerant, dixit. Confide fili, remittuntur peccata tua, & ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum uidiſſet Hieſus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quos dixit Euangeliſta intra ſe dixiſſe, ipſos Dñs dicit, in cordibus mala cogitaſſe. Quid eſt aũt mala in cordibus cogitare, niſi cogitare apud ſe non recte? Quomodo libet ergo huius loci ſenſum Arriani diſtinguant, ibi neceſſe eſt, confuſionem ſuæ prauitatis inueniant. Et utinam ſic de errore confundanẽ, ut ad ueritatem conuertantur. Si enim dixerint, ſic iſtum ſcripturæ verſiculum diuidendum, quod ſcriptum eſt, dixerunt apud ſe, cogitantes non recte, ut ipſum apud ſe,

Apud ſe dicere ẽ idẽ q̃d intra ſe dicere

Sĩr idem eſt dicere intra ſe, & cogitare apud ſe

præcedenti

præcedenti ſermoni iungentes, ſic diſtinguant. Dixerunt apud ſe, ut poſtea inferant, cogitantes non recte. Dauidico ſtatim conuincuntur eloquio, nõ aliud eſſe, apud ſe dicere, niſi in corde dicere. Ait enim. Quæ dicitis in cordibus veſtris. Quod ſi aliter diſtinguere uoluerint, ut ipſum apud ſe, non præcedenti ſermoni, ſed ſubſequenti coniungant, ut præmittentes dixerunt, interiecto ſilentio, poſtmodum inferant illud quod dictum eſt, apud ſe cogitantes non recte. Etiam hinc increpationem Saluatoris audiant, & cordis eſſe cogitationes agnoſcant, ait enim. Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris. Alio quoq; loco idem dñs docet. Quia de corde exeunt cogitatiões malę. Et denuo dicit. Quia bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Et malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Iam ne cognoſcunt, in quanto errore uerſentur? qui uerbum apud deum, non interius, ſed exterius aſſerere moliuntur. Rurſus in eodem libro ſcriptum de ſapientia legimus. Immortalitas eñ eſt in memoria illius, quoniam & apud Deũ nota eſt, & apud homines. Quo modo aũt apud hoies nota eſt, ſi non intra hoies ſed extra homines eſt? Cum niſi in animã hominis intrauerit, nota homini eſſe non poſſit. De ipſa quippe ſic dicitur, & permanẽs in ſe, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe tranſfert. Et ut non aliud agnoſcatur, in animas ſe tranſferre, q̃ in animas intrare. Rurſus de illa textus ſcripturæ ſanctæ ſic memorat hæc. Populum iuſtũ & ſemen ſine quærela liberauit a nationibus, quæ illum comprimebant, intrauit in aĩam ſerui dñi, & ſtetit cõtra reges horrẽdos in portentis & ſignis. Hũc introitum ſuum, quo in animas intrat, etiam in Apocalypſi Ioannis inſinuat dicens. Ecce ſto ad ianuam & pulſo, ſiquis audierit uocem meam & aperuerit ianuam, introibo ad eum, & cœnabo cũ illo, & ipſe mecum. Hoc introitu Pater & filius ad dilectorem ſuum ueniunt, & manſionẽ apud eum faciunt, ſicut ipſe filius loquitur. Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Q; ſi uenientes pater & filius ad eum, apud quem manſionem faciunt, non interius ſed exterius ſunt, dicatur nobis, vbi ad eum ueniant, & manſionem apud eum faciant. Interim quod interius in ſuis fidelibus inhabitet Chriſtus, Paulo prædicãte cognouimus, qui ait. In interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. An forſitan dicturi ſunt, aliter in interiore homine noſtro habitare Chriſtum per fidem, & aliter eum cum patre venientem apud dilectorem ſuum facere manſionem, vt Chriſtus interim ſolus in interiore homine noſtro inhabitare poſſit. Pater autem exterius remanens, apud quem manſionem facit, non ſolum ipſe interius manere nequeat, ſed etiam filium communione aduentus ſui, ne in interiore homine habitare poſſit impediat. Spiritum quoq; ſanctum ſic filius dei promiſit fidelibus ſuis, ut apud eos maneat, & in ipſis ſit. Dicit enim. Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobiſcum inæternum, ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia nõ uidit eum, nec ſcit eum, vos aũt cognoſcetis eum,

Idem deniq; eſt, apud ſe cogitare & cogitare in corde ſuo.

Apud deum nota ẽ & apud hoĩes memoria eiꝰ

Introibo ad eũ, & ad eũ ueniemꝰ & mãſionẽ apud eũ faciemus

Epheſi. iii. D

Ioan. xiiii. B

quia apud uos manebit,& in vobis erit. Ecce apud quos manet,in eis eſt Spũs ſanctus. Dicatur,quæ hic poteſt eſſe diuerſitas in eo,quod apud eos manet,& in eis eſt? Etenim in uno loco utraq; ꝓpoſitio ponitur, & ſpiritui ſancto utriuſq; rei poſſibilitas adſignatur,ut apud quos manet,in eis ſit. Ita ne uero ſpũs ſanctus ſic apud fideles manet,ut in ipſis fidelibus eſſe poſſit. Verbum autem deus ſic apud deum eſt,ut in Deo eſſe non poſſit? Quid dicam his, qui de ſcripturis ſic diſputare deſyderant,ut intelligentiæ ſpiritalis uiam nullatenus quærant,& auertentes oculos a uero lumine, iugiter in tenebris delectetur errare?

Sic ỽbũ & apud deũ & in deo eſt.

Sic idẽ ẽ in deo, & apud deũ & nõ eſt iniquitas

Hoc idem quippe eſſe apud deum,quod eſt eſſe in deo, ſancta ſcriptura aliis quoq; locis oſtendit. Dicit enim Moyſes, Deus fidelis,in quo nõ eſt iniquitas iuſtus & ſanctus Dñs. Dauid etiã canit. Quoniam iuſtus dñs deus noſter,& non eſt iniquitas in eo. Paulus aũt Apſus,apud deum non eſſe iniquitatem dicit. Sic enim ait. Nunquid iniquitas apud deum? abſit. Eligant in hoc loco, quod voluerint Arriani, Et ut ſuam ſapientiam euidenter oſtendant,de legalibus & propheticis atq; Apſicis dictis iudicium ferant. Moyſes dicit,Deus fidelis,in quo nõ eſt iniquitas. Dauid quoq; dicit. Iuſtus dñs deus noſter,& nõ eſt iniquitas in eo. Paulus vero dicit. Nunquid iniquitas apud deum? abſit.

Vnus & idẽ ſpũs ĩ Moyſe Dauid & Paulo.

Aut igitur fateantur Apoſtolicum ſenſum legali propheticoq; ſenſui conuenire,aut dicant Apoſtolum Paulum a legali & prophetica intelligentia diſcrepare. Paulus equidem Apſus eundem ſe ſpiritum fidei habere dicit, quem Dauid beatus habuit,quem etiam Moyſes ſanctus accepit,ſicut ipſe teſtatur dicẽs. Habentes autem eundem ſpm̃ fidei,ſicut ſcriptum eſt. Credidi, propter quod loquutus ſum. Et nos credimus,propter quod loquimur. Quomodo autem vnum ſpiritum fidei habuerunt,ſi de fideli deo diuerſa ſenſerunt? Magna eſt autem ſentiendi diuerſitas,ſi diuerſum eſt quod dicit Paulus,Non eſſe iniquitatem apud deum,ab eo quod Moyſes & Dauid dicũt. Non eſſe iniquitatem in deo. Et ſi dicente Paulo,eundem ſe habere ſpiritum fidei, quem & prophetæ habuerunt,in eorum fide diuerſus eſt ſenſus,mendax (quod abſit) Apſus pronuncietur,qui in ſe Chriſtum loqui teſtatur. An experimentum,inquiens, quęritis eius,qui in me loquitur Chriſti? Sed quoniam uere Chriſtus in Paulo loquutus eſt,Paulus utiq; mendax non eſt. Et quia cum eundem ſpiritum fidei ſe habere dicit,non mentitur,uterq; ſenſus conſonans inuenitur. Vt quod Moyſes & Dauid dixerunt Iniquitatem in deo non eſſe. Hoc ſit, quod etiam Paulus dicit, Iniquitatem apud deum nõ eſſe. Quod ſi eis forſitan uidetur, ut ex aduerſo aliud dicant. Hoc eis reliquum eſt,ut aut prophetis aut Apſo contradicant.

Apud quẽ non eſt tranſmutatio

Et licet tot tantiſq; teſtimoniis confutata hæreticorum ſententia cognoſcatur,nulla veritate ſubnixa. Reſpondeant tamẽ, quid de illo Apſi Iacobi loco ſentiũt,vbi dicit. Omne datum optimum,& omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum,apud quem non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio. Apud quem aũt tranſmutatio nõ eſt, profecto mutabilitas non eſt. Et apud quẽ mutabilitas non eſt,ĩmutabilitas eſt. Hec igiƚ immutabilitas, q̃

mutabilitas,quæ apud deum eſt,dicant,vtrum exterius an interius eſt. Si enim interius eſt,ecce hoc eſt,in deo eſſe,quod apud deum eſſe. Definãt igitur per uerſa ſentire, & feſtinent catholicæ rectitudini conſentire. Si autem hæc im mutabilitas, quæ apud deum eſt, non interius eſſe, ſed exterius creditur, pro fecto in deo eſſe non creditur. Et ſi in deo immutabilitas eſſe non creditur, conſequenter deus ipſe mutabilis prædicatur. Et ne hoc uel in filio aſſignare audiant,in eodem loco,patrem luminum nominatum. Proinde cum audi-mus,quia apud deum non eſt tranſmutatio, hoc ſentiamus ſecundum catho licę fidei ueritatem,quia nulla eſt in deo mutatio. Et cum dicitur,verbum erat apud deum,non aliud ſentiamus, ꝗ verbum erat in deo. Et cum ſapientia in Prouerbiis dicit. Eram apud illum componens,non aliud ſentiamus,ꝗ, eram in illo componens. Et cum deo dicitur. Apud te eſt fons vitæ, non aliud intel-ligamus,ꝗ,in te eſt fons vitæ. Et cum Ioannes dicit. Adnunciamus vobis vi-tam æternam, quæ erat apud patrem, & palam facta eſt nobis, non aliud intel ligamus,ꝙ vitam æternam quæ erat in patre. Vere enim apud deum eſt deus verbum, quia in deo eſt deus uerbum. Et uere apud deum ſapientem eſt ſapi entia,quia in ſapiente deo eſt ſapiẽtia. Et uere apud deum uiuum eſt uita, quia in deo uiuo eſt deus vita. Et uere apud deum uerum eſt Deus ueritas, quia in deo uero eſt Deus ueritas. Et uere apud deum fortem eſt deus uirtus, quia in deo forti eſt deus virtus. Sed quid mirum,ſi hoc eſt filio eſſe apud patrẽ,quod eſt illi eſſe in patre, quia ſcilicet naturaliter natus de patre, permanet ſemper in patre? Cum etiam de hominibus legamus (quantum ad ſubſtantiam atti-net,qua naturaliter homines ſunt) nõ aliud eſſe, cum dicitur aliquid apud illos eſſe, ꝗ in illis eſſe. Vnde teſtimonia manifeſtiſſima proferemus. In libro Eſaiæ continetur Ezechiæ regis oratio, quam poſt adiectos ſibi ad uitam an-nos quindecim,ad deum effudit,vbi inter cætera ſic dicit. Spiritus meus apud me factus eſt,ſicut laniſica proximans demere telam. Quid autem hic aliud in telligitur. Spiritus meus apud me,niſi,ſpiritus meus in me? An & hic dicetur, ſpiritum hominis apud hominem eſſe,in homine autem non eſſe? Cum eui-denter Apoſtolus dicat. Quis enim ſcit hominum,quæ ſunt hominis, niſi ſpiri tus hominis qui in ipſo eſt. Sed & illud,quod ſupra poſuimus ſcriptum. Dixe-runt apud ſe,cogitantes non recte. Quid eſt aliud,ꝙ, dixerunt intra ſe. Rurſus in libro Sapientiæ dicitur. Hæc cogitans apud me, & commemorans in cor-de meo,quoniam immortalitas eſt in cogitatione ſapientiæ. Quod apud ſe co gitat,hoc in corde ſuo commemorat, quod utrunq; dum dicit, illam utiq; co-gitationem,& illam commemorationem, non exterius, ſed interius ſibi ineſſe monſtrauit. Dicitur etiam in Prouerbiis. Fili non te comprehendat cogita tio mala, quæ derelinquit doctrinam adoleſcentiæ,& teſtamenti diuini oblita eſt. Poſuit enim apud mortem domum ſuam, & apud inferos cum terrigenis axes ſuos. Si ergo cogitatio mala,quæ apud mortem poſuit domum ſuam, ex tra mortẽ,non in morte profecto uiuit. Et ſi apud inferos poſita non eſt, infer no ſupereſt,ut illa, quæ nec in morte eſt, nec in inferno,vitam habere dicatĩ in

Mlta exẽpla, vbi apud pro in ponitur.

Ioan.i.A.

Eſa.38.C.

i.Co.ii.C.

Sapẽ.8.D.

Pro.ii.C.

cælo. Ideo enim Deo dicitur. Quia eripuiſti animam meam de morte, quia animæ per fidem vitam donauit dicens. Iuſtus autem meus ex fide uiuit. Et
Pſal.85.C rurſus idcirco ipſi dicitur. Eripuiſti animam meam ex inferno inferiori, quia idcirco animæ ab inferno gratia dei eripiuntur, ut in cælis conuerſentur. Vn
Phi.iii.D de dicit Apoſtolus. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Porro anima, quæ per cogitationem malam apud mortem fuit, quomodo de morte liberata eſt, ſi in morte non fuit? & quomodo ex inferno erepta eſt, ſi apud inferos conſtituta, in inferno non fuit? Cum utiq; ſi in morte non eſſet, mortua non fuiſſet. Per malam autem uoluntatem, hoc eſt, per peccatum, quis neſciat ani
Ezechiel. xviii.E. mam mori? cum Deus dicat. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Certum eſt igitur, animam male cogitantem, cum apud mortem eſt, in morte eſſe, & cum apud inferos eſt, in inferno eſſe. Quid quod etiam ſaluator dicit. Quæ
Matt.xix. D.& Lu. xviii.E. impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum? Ergo ne ſic dicemus, omnia Deo poſſibilia eſſe, ut hoc ipſum quidem poſſibile eſſe, ſic dicamus apud deum eſſe, ut dicamus in deo non eſſe? Quid autem poſſe apud ſe deus habet, ſi ipſum poſſe in ſe non habet? His atq; huiuſmodi teſtimoniis claret, cum dicitur Verbum erat apud deum, non aliud intellegi debere, q̃ verbum erat in deo. Nam & ipſe filius, qui eſt verbum deus, non ſolum patrem in ſe, ſed etiam ſe in patre eſſe teſtatur, dicens. Non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt. Hoc autem filii eſſe apud patrem, & eſſe in patre, non uideatur tale, quale, ſi quis homo ſit apud aliquem hominem, ſiue iure hoſpitali, ſiue charitatis affectu. Nam & Apoſtolus Paulus dicit, ſe apud Apoſtolum Petrum quindecim diebus manſiſſe, iure ſcilicet hoſpitalitatis, &
Non credis, quia ego i p̃re, & p̃r in me eſt.
Gal.i.D. puritate dilectionis, quorum licet per unitatem fidei & charitatis fuerit anima una, & cor unum, non tamen ſic manſit Paulus apud Petrum, ſicut verbum manet apud Deum. Quia nec ſic poteſt eſſe homo apud hominem, ſicut verbum Deus eſt apud Deum patrem. Homo enim apud hominem ſic eſt, ut nõ ſolum apud eum non eſſe poſſit, ſed etiam, cum apud eum eſt, in ipſo ſubſtantialiter eſſe non poſſit. Vere enim qui ſic apud alium eſt, extra illum eſt, quia cum eſt apud illum, ſynceritate dilectionis, loco diſcernitur, quantolibet affectu inuicem ſibi vterq; iungatur. Sed ſic eſt verbum apud Deum, ſicut eſt in mente verbum, ſicut in corde conſilium. Cum enim mens apud ſe uerbum habet, vtiq; cogitando habet, quia nihil aliud eſt apud ſe dicere, q̃ apud ſe cogitare. Cum ergo mens cogitat, & cogitando uerbum intra ſe generat, de ſua ſubſtantia generat uerbum, & ſic illud uerbum generat de ſe, ut genitum habeat apud ſe. Nec minus aliquid habet uerbum, quod ex mente naſcitur, q̃ eſt mens de qua naſcitur, quia quanta eſt mens quæ generat uerbum, tantum eſt etiam ipſum uerbum. Sicut enim de tota mente naſcitur uerbum, ſic intra totam permanet natum. Et quia cogitante mente, non eſt eius aliquid, ubi in ea uerbum non ſit. Ideo uerbum tantum eſt, quanta eſt mens ipſa de qua eſt, & cũ apud illã eſt, in illa eſt, & q̃nta illa eſt, tantũ etiã verbũ eſt, quia de tota & in tota eſt. Tantũq; eſt ip̃m verbũ, quanta ſimul eſt & mens ip̃a cum verbo,
Verbum eſt apud deũ, ſicut in mente verbum

Necq enim ſic de illa verbum naſcitur, ut ab ea localiter ſecernatur. Natiuitas quippe illa, quæ oſtendit quid ſit & de qua ſit ipſa oſtendit. Quod extra eam, de qua natum eſt, eſſe non poſſit. Nec in aliquo minus ſit, ſed ſic de ipſa ſit, vt apud ipſam & in ipſa ſit, tantumcq ſit de illa, quantum in illa; & tantum in illa, quantum cum illa. Equidem & nos quodammodo, dicit ſcriptura, & in deo eſſe & apud deum eſſe. Sed nõ quomodo apud deum eſt & in deo eſt verbũ deus, qui eſt vnigenitus filius. Dicitur enim, & nobis, quia in deo uiuimus & mouemur & ſumus. Et dicitur ipſi deo, ſi nõ peccauerimus, ſcimus, quia apud te ſumus deputati. Veruntamen cum hoc de nobis dicitur, non naturalis vnitas noſtra cum deo oſtenditur, ſed aut potẽtia creatoris intelligitur, aut pietas redemptoris. Sic enim qui credimus in deo & apud deum ſumus, ſicut de deo geniti, filii dei ſumus. Scriptum eſt enim. Chariſſimi nunc filii dei ſumus. Et iterum. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Nos ergo deus uerbo ueritatis genuit, illud autem uerbum ueritatem genuit. Nobis poteſtatem dedit, filios dei fieri. Ille autem non ex poteſtate filius dei factus, ſed de deo naturaliter eſt dei filius natus. Nos deus voluntarie genuit, quia uoluntas generationẽ præceſſit. In unigeniti autem generatione, nulla generantis præceſſit uolũtas. Vbi ſine initio naturali permanet æterna natiuitas. Sicut ergo geniti ſumus, ſed nõ ſicut unigenitus deus, & filii dei ſumus, ſed non ſicut vnicus & uerus filius, & dii ſumus, ſed non ſicut verbum, qui uerus eſt deus. Ita in deo ſumus, & apud deum ſumus, ſed non ſicut apud deum eſt & in deo eſt uerbum deus, qui de deo naturaliter natus eſt. Quamuis enim ille filius dicatur, & nos filii dicamur, & ille deus, & nos dii, & ille genitus, & nos geniti. Multum tamen diſtat in re, quod vnum ſonare videtur in homine, quoniam ille, cp deus, cp filius, cp vnigenitus eſt, naturaliter eſt, quia de natura patris natus eſt. Nos autem, cp dii, cp filii, cp geniti ſumus, non natura, ſed gratia ſumus, quia cum in natura non haberemus, ut hoc eſſe poſſemus, gratis nobis datum eſt, ut hoc facti eſſemus. Hanc diſcretionem, ſi hæretici, miſericorditer deo donante, percipiant, lumen uerum videbunt, & ab unigeniti filii contumeliis temperabũt. Cui non ſolum in eo, quod apud deum eſt, detrahunt, ſed etiam & animam humanam in illo negare contendunt. Quos ipſe filius dei uno Pſalmi uerſiculo deſignauit, dicens. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud deum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam. Quis enim deterius Chriſto apud deum detrahit q̃ qui audiens verbum deum apud deum eſſe, dicit idẽ verbũ in deo non eſſe? Aut quis amplius mala aduerſus chriſti animam loquitur, q̃ qui in Chriſto humanam animam diffitetur? cum illud verbum, quod deus eſt, ſic apud deum ſit, de quo eſt, ut per unitatem naturæ, in deo ſit, & per eandem unitatem naturæ, vnus cum illo deus ſit. Et illa anĩa ſimul cũ carne ſuſcepta fuerit ab vnigenito deo, ut ſimul in Chriſto & anima noſtra ſaluaretᷣ & caro. A quo procul dubio ille ſempiternam conſequetur ſalutem, qui in eo diuinæ humanæcp naturæ plenam cognouerit veritatem.

Nõ ſum9 nos ĩ deo ſicut ĩ deo eſt ẏbũ deus.

Aliťnos deus genuit, aliť verbum

Blaſphemię hęreticorų in filiũ dei

LIBER ARRIANORVM CONTRA ORTHODOXOS, DECEM OBIECTIONES COMPLECTENS

DICTVM EST PATREM DE SEIPSO, HOC EST, DE eo quod ipſe eſt, ineffabiliter filium genuiſſe. Adauctum eſt
Prima obiectio ꝙ non extrinſecus, ſed ex deo natum eſſe. Quid ad hoc dicitur? Si ex deo natus eſt, eſt de intra deum, ſed ſi non eſt de intra, nec ex ipſo eſt, ſi mō vocabula diuerſa ponunt̃. Quid
Secunda prodeſt, ſi ipſa ueritas non profiteat̃? Iſta nunq̃ nos legiſſe recolimus, quæ ſuperius propoſita ſunt. Quia ſcriptum eſt de eo. Generationem autem eius quis enarrabit? & quaſi nemo dixit ſcriptura, qui enarrat? Aduertendi ſunt hi homines, ut dicant ſe poſſe noſſe, quia inenarrabilis eſt ge
Tertia neratio eius, non autem ignorabilis. Generationem eius ita eſt recte profiteri, ut dicit ipſe Dominus per ſcripturas. Dominus creauit me initio viarum ſuarum, ante ſecula fundauit me. Et ſequitur. Et ante omnes colles genuit me. Et iterum. Ego a patre prodii, & ueni in hunc mundum. Et iterum. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et poſtquam cognitus eſt in carne, profitetur de eo Euangeliſta dicens. Et vidimus gloriam eius, tanq̃ vnigeniti a patre, plenum gratia & veritate. Et Apoſtolus ait. Qui eſt primogenitus totius creaturæ. Ecce creatum, fundatum, & genitum profitemur, ſine ali-
Quarta qua ambiguitate inrationabili. Sed qui præſumunt inrationabiliter dicere, de patris ſubſtantia natum eſſe filium, doceant per ſcripturas tamen quomodo non ſit erroris falſa profeſſio, qui cum dicit, inenarrabilem eſſe generationem
Quinta eius, aſſerat, eum de patris eſſe natum ſubſtantia. Perturbationes mentium, quæ ſine ratione dicuntur, cum hortantur aduerti, veritas non videtur ab eis compræhendi nec proferri. Ob hoc quod abſurdum ſit dicere uel credere, patrem & filium ingenitos eſſe. Qui ſibi ſuadet iſta excogitare, ipſe ſe vult fraude decipere. Quam quidem exigit illis hoc dici, qui patrem & filium æquales
Sexta aſſerunt eſſe. Interea dum de lumine dicitur, non intelligunt, quod ſcriptum eſt. Quia alius eſt pater luminis, & alius eſt qui lumen eſt appellatus, & lucet in tenebris, & tenebræ eum non comprehenderunt. Idcirco debet aduerti, qui lex mandat uel inſtruat mentes hominum, quia inter illum authorem luminis, & iſtum lumen in tenebris lucentem, quod inluminat omnem hominẽ uenientem in hunc mūdum, pro quod uita factus eſt filius, & lux eſt oſtenſus hominum illo qui oſtenditur factus non eſſe pater, æqualis eſſe non poſſe.
Septima Amiſimus ſuperfluas rationes, quæ faſtidium non facerent auditoribus. Et ad hoc reſponſum eſt, ad quod ſententia inquirebat expoſitionem. Et quia inter patrem & filium diſtantia eſt, & quod dicitur non eſt, eo ꝙ inter illos differentia non ſit. Ipſe Saluator dicit, qui credendus eſt. Alius eſt, qui teſtimoniū

perhibet de me pater. Idem ipſe filius dicit de ſpiritu ſancto. Et alium paraclitũ mittam vobis. Alium dixit patrem, & aliũ dixit eſſe paraclitũ. Et cum nõ aduertunt diuina iura & ſacramenta, efficiuntur hoĩes paganitatis profeſſores. Qui ante aduentum ſaluatoris dixerunt Homouſion, quorum & hæretici facti ſunt profeſſores, cum aſſerunt, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, vnum eſſe deum. Scelus & valde eſſe blaſphemium, aduertant homines, qui ſalutaria præcepta cupiunt ſectari. Nam falſitas profeſſionis nunquam pro deis eſſe poterit, quam quærunt iniuriando deum per blaſphemiam colere uel uenerari. Si ab hominibus nõ toleratur iniuria, ab ipſo domino, authore, qualiter poterit tolerari. Oſtendit enim circa infideles, ſuam obiurgationem dicendo. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. De generatione autem eius, quod dictum eſt. Ex utero ante luciferum genui te. Quis dubitet de carnali natiuitate fuiſſe dictum. Cum ipſa ante ſcriptio oſtendat tibi ad intelligendum. Cum dicit Propheta. Q; in ſplendoribus ſanctorum ante luciferum genitus ſit, & ſplendor ſanctorum præconium oſtẽditur eſſe prophetarum, & eorum vaticinatio fuiſſe ad impleta. Cum manifeſtaret ipſum eſſe. Et Propheta dicendo. Ex vtero ante luciferum genui tuo, & ſplendidum contigit, ꝙ per virginem naſci eum os Propheticũ antea dixit. Quis dubitet hanc natiuitatẽ ita contigiſſe, ut ſcriptura memorat. Non eſt nimium dedecus, ut fraudibus propriis decipiatur, male intelligens animus? ut alioquin duo dicantur eſſe vnus, aliquando tres vnus. Nunquid non occurrat beneficii munus, quando vnus non eſt cum duobus deſignatus? Delubrium eſt credere, ex tribus partibus deum unum conſtare; cum adhuc, quod peius eſt dicitur de eis. Quod ſi credendus eſt vnus deus, cum non ſit ipſe pater, qui filius, non ipſe filius, qui ſpiritus ſanctus. De quibus profitentur. Interea differentias inter ſe habere. Honorem vero vnuſquiſq; ſuum non poſſe habere, niſi malignum pectus eos in vno deo inueniatur copulare.

Octaua

Nona

Decima

B. FVLGENTII CONTRA OBIECTIONES ARRIANORVM

Liber Vnus, ad decem obiectiones, decem reſponſiones continens.

Pria obiectio, de noim patris & filii diuerſitate

DICTVM EST, PATREM DE SEIPSO, HOC eſt, quod ipſe eſt, ineffabiliter filiũ genuiſſe. Adauctum eſt, quod non extriſecus, ſed ex Deo natũ eſſe Hæc reſponſione non indigent, quia fidei noſtræ concordant. OBIECTIO. Quid ad hoc dicit̃ Si ex Deo natus eſt, eſt de intra deum, ſed ſi nõ eſt de intra, nec ex ipſo eſt, ſi modo vocabula diuerſa apponuntur. Quid prodeſt, ſi ipſa veritas non profiteatur. RESPONSIO. Equidẽ dum nominantur Pater & filius, in his duobus nominibus vocabulorum diuerſitas agnoſcitur. Quin potius per hęc duo diuerſa vocabula ſignificatur vtriuſq; natura, quoniam iſtorum nominum diuerſitas, non naturas diuidit, ſed veritatem generationis oſtendit, vt ex vno vero patre, unum uerum agnoſcamus filium extitiſſe. Ac ſic, dũ uera patris generatio, & vera filii natiuitas prædicatur, in uno genitore & uno genito, non ſolum unitas ſubſtantiæ, uerum etiam in uno q̊q; proprietas poſſit agnoſci perſonæ, ne aut ipſe putetur natus eſſe qui genuit, aut aliud putetur eſſe qui natus eſt, q̃; eſt ille qui genuit. Non enim ipſe eſt pater qui filius, quoniam in utroq; perſonarꝫ proprietas reſeruat̃. Sed quod pater eſt, hoc eſt & filius, quia de deo deus, de perfecto perfectus, de immenſo immenſus, de omnipotente omnipotens, de æterno patre natus eſt filius coæternus, eadem ueritate dicente. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. Pater ergo & filius relatiua ſunt nomina, quæ naturã gignentis genitiq; non ſeparant, ſed vnam ſine dubitatione ſignificant. Relatiuũ vero illud dicimus, quod ad alium agnoſcendum referimus, ut dum vnum nominamus, alium demonſtremus. Sicut inter homines, hæc relatiua ſæpius nominãtur pater & filius, filius & pater, ſocer & gener, gener & ſocer. Nam ideo pater dicit̃, ut filiũ genuiſſe noſcat̃, & filius ideo dicitur, ut de patre genitus demonſtretur. Nec in hac diuerſitate nominum, inuenitur diuerſitas naturarum. Quoniam uterq; ſimiliter homo dicitur, quamuis vnus pater, & alius filius, nuncupetur. Non ergo patris & filii poſſet vna cognoſci natura, ſi hęc non eſſent diuerſa vocabula, quoniam ſi ambo vocarentur patres, eſſent profecto natura diſſimiles. Vnuſquiſq; enim ex ſemetipſo conſtaret, & communem ſubſtantiam cum altero nõ haberet, Nec deitas vna eſſet, quibus vna natura non eſſet. Conſequens aũt fuit, ut duo patres duos filios gignerent, quoniam niſi uera de ſingulis proles exiſteret, paterni nominis in nullo ueritas appareret. Iam uero in duobus filiis, de diuerſis patribus natis, licet poſſet non eſſe diuerſitas relatiui nominis, attẽdatur, ſi poſſet

Rñſio, q; hęc noia nõ diuerſas naturas, ſed diſtinctas pſonas ſignificant

Mat. ii. D & Luc. x. D

Plus diſtant duo patres q̃ pr̃ & fili9.

eſſe natura

eſſe natura cõmunis. Quis non videat, in utroq;, filii nomen vnum eſſe. Sed vtriuſq; naturam unam non eſſe? Magis aũt unumquenq; filium non cum altero filio, cum quo vnum relationis habuit nomen, ſed cum patre, de quo exti terat, naturam habere communem. Sed quid ulterius de duobus patribus, duobuſq; filiis diſputetur? cum iſtius aſſertionis ueritas, perſonarum diuerſitate non egeat, ſed ad documentum ſui facilius poſſit unius hominis conſyderatione fulciri, qua cognoſcatur, relatiua nomina diuerſitate ſui non naturarum diuerſitatem oſtendere. Sed ad perſonarum ſignificationẽ maxime pertinere, vt ſcilicet, dum vnus oſtenditur, ulterius quoq; perſona noſcatur. Illud aũt nomen patri ſemper eſſe filioq; cõmune, nõ quo relatio perſonalis oſtenditur, ſed quo ſubſtantialis proprietas demonſtratur. Nempe Seth de Adam patre natus, & de non genito genitus, Adam patris dictus eſt filius. Iſte ergo, donec ad uirilem perueniret ætatem, ut filium gigneret, pater dici non potuit. Et priuſq; generaret, filius tñ fuit, quando aũt genuit, etiam pater eſſe iam coepit. Accedente igitur diuerſitate paterni nominis, nulla in eo facta eſt diuerſitas naturalis. Et cum vnus homo hæc duo coepiſſet habere uocabula, non eſt in eo mutata aut diuiſa uel duplicata natura. Fuit enim filius, quia de patre extitit, fuit pater, quia filium genuit. Nec tamen ita naturam filii, in qua natus eſt, habuit, ut in eo permanens, pater eſſe non poſſet. Nec aliam cum nomine patris eſſentiam acquiſiuit, ut filii ſubſtãtiam, in qua natus fuerat, perdidiſſet. Sed quod uerum eſt, ſicut homo fuit, quando filius extitit naſcendo, ſic permanſit homo, quando pater factus eſt generando. Nec aliud fuit q̃ homo, quod erat Adam, de quo ipſe eſt natus. Et q̃d erat Enos, qui de ipſo eſt genitus. In patre ergo deo & filio deo, perſonarum proprietate ſeruata, impoſſibile non dicatur, quod documento etiam cuiuſlibet hominis comprobatur, ſed diſcernamus, quid ad relationem, quid ad ſubſtantiam pertinere noſcatur. Relationis enim ſunt nomina, pater & filius, ſubſtantiæ vero nomen vnum eſt, quod dicitur deus. Relationis ergo nõia ſingula retinent, ſubſtantiæ uero nomen vnum communiter poſſident, quia licet unus dicatur pater, & alter filius, ſic tamẽ eſt filius deus, ſicut pater eſt deus. Illis nanq; duobus nominibus, generatio vera cognoſcitur, iſto aũt uno cõmuni nomine ſubſtantialis vnitas demonſtratur.

Idẽ reſpẽctu diuerſorũ põt eſſe & pr̃ & filiꝰ ut Seth.

Gñatio diuiſa pſonas diſtinguit in vna natura.

OBIECTIO. Iſta nunq̃ nos legiſſe recolimus, quæ ſuperius propoſita ſunt, quia ſcriptum eſt de eo. Generationem eius quis enarrabit? Et quaſi nemo dixit ſcriptura qui enarret. Aduertendi ſunt hi homines, ut dicant ſe poſſe noſſe, quia inenarrabilis eſt generatio eius, nõ aũt ignorabilis. RESPONSIO. Scriptum eſt. Credidi, propter quod loquutus ſum. Et nos credimus, propter quod loquimur, & fiducialiter profitemur, quia filii generatio inenarrabilis eſt, ignorabilis non eſt. Neq; enim conſequens eſt, ut quod nõ poteſt enarrari, non poſſit ſciri. Cum ipſum deum nullus ualeat enarrare, nec impune tamen alicui liceat ignorare. In tantum uero cognoſcibilis deus eſt, cum ſit inenarrabilis, ut quoſdam ob hoc inexcuſabiles pronunciet Beatus Apl̃us, qa cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.

II. Obie. Gñatio nẽ eiꝰ qs enarrabit

Rñſio, q; gñatio eiꝰ eſt qdẽ inenarrabilis, nõ tñ ignorabilis.

Nam ſi a nobis dominus nollet agnoſci, non dixiſſet. Si cognouiſſetis me, & patrem meum utiq; cognouiſſetis. Nec Philippum dicentem. Domine oſten de nobis patrem, & ſufficit nobis, hac increpatione corriperet, dicens. Tanto tempore vobiſcum ſum, & nō cognouiſtis me. Philippe, qui me vidit, vidit & patrem. Hoc enim verbo dominus voluit demonſtrare, totum in ſe inueniri quod quærebatur. Nec enim fieri poteſt, ut ſempiterno & immenſo patre mi nus aliquid filius habeat, in quo corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitat. Non eſt ergo ignorabilis deus, cum ſit inenarrabilis, ſed a fidelibus co gnoſcitur, ut ametur, quis nec humanis linguis, nec angelicis, enarret. Nam ignorationem dei non aliud eſſe, q̄ dæmonum ſeruitutem Paulus demonſtrat Apſus, dicens. Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non ſunt, de

Ntitas ergo chr̄i enarrari non pōt, cognoſci tur tn̄ a fidelibus. ſeruiebatis. Sicut ergo Chriſti diuinitatem ignorare nō debemus, licet enarrare non poſſimus, ita natiuitatis eius q̄uis nulli ſuppetat enarratio, non eſt tamen fidelibus adempta cognitio. Quis enim natum prædicet, cuius natiuitatē ignoraret? Quis filium dicat, & genitum neſciat? Quis patrem ualeat credere quem non conſyderet genuiſſe? Genuit vere pater, & uere natus eſt filius. Veram ergo filii natiuitatem, datum nobis eſt agnoſcere, licet datum non ſit, qualiter natus fuerit, enarrare. Quoniam & Propheta non dixit. Generationem autem eius quis agnouit, ſed quis enarrauit. Quocirca diuinam generationē, quantum homini fas eſt, in eo digne cognoſcimus, cum & ueram generationē dicimus, & ipſam generationem, quæ uera eſt, inenarrabilem prædicamus. Filius ergo uere de patris ſubſtātia natus agnoſcitur, dum natiuitas eius, quæ de inenarrabili deo eſt, inenarrabilis prædicatur. Inenarrabilis enim procul dubio eſt filii natiuitas uera, quia una eſt illi cum enarrabili genitore ſubſtantia.

III. Obie. q̄ Sapiā dicit, dn̄s creauit me initiū viarꝫ ſuarum. OBIECTIO. Generationem eius ita eſt recte profiteri, ut dicit ipſe dn̄s per ſcripturas. Dn̄s creauit me initium uiarum ſuarū, ante ſecula fundauit me. Et ſequitur. Et ante omnes colles genuit me. Et iterum. Ego a patre prodii, & ueni in hunc mundum. Et iterum, Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et poſtq̄ cognitus eſt in carne, profitetur de eo Euangeliſta dicens. Et vidimus gloriam eius, gloriam tanq̄ vnigeniti a patre, plenum gratia & veritate. Et Apſus ait. Qui eſt primogenitus totius creaturæ. Ecce creatū, fundatū, & genitū ꝓfitemur, ſine aliqua ambiguitate inrationabili. RESPON

Rn̄ſio, q̄ illud itelligit de humanitate nō diuinitate Chr̄i SIO. In utraq; Chriſti natiuitate non fallitur, qui in Chriſto, dei & hominis filio, & plenam ex patre diuinitatem, & plenum ex matre hoīem profitet. Atq; ita in illo utranq; ſubſtantiam ueram eſſe cognoſcit, dum quid æternitati, uel quid temporalitati congruat, fideli pietate diſtinxerit. Neq; enim ignorare debemus, ipſum in ſæculo, ſecundum carnem, creatum ex homine, qui ſine initio ſecundum diuinitatem creator eſt, generatus ex patre. In illa nanq; natiuitate, quæ initium non habet, ſempiternæ diuinitatis maieſtas agnoſcitur. In hac vero ſempiternæ diuinitatis pietas inuenitur. Qui enim non creatus, ſed creator de creatore progenitus, bonitate ſua creauerat hominem, ipſe poſtmodum eſt pietate ſua creatus ex homine. Nec ſuum opus ipſe dedignatus eſt fieri, quo poſſet per

poſſet per eum ſtatus ſui operis reparari. Huius igitur creationis uolens ſapientia pronunciare myſterium, ut incarnationis ſuæ futurum oſtenderet ſacramentum, prophetico more, quo ſolent ſub enunciatione præteriti temporis futura narrare, dixit. Dñs creauit me initium viarum ſuarum, in opera ſua. Cauſam creationis oſtendit, dum ſe initium viarum deũ in opera eius creatum eſſe non tacuit. Nam ut oſtenderet, non illius æternæ natiuitatis eſſe, ꝙ creata dicitur, ſed huius tẽporis, quo carnem ſuſcepiſſe dei filius inuenitur, qđ præmiſerit attendatur. Si nunciauero (inquit) vobis, quę quotidie fiunt, commemorabo quæ a ſæculo ſunt, enunciare. Ergo cum quotidie iſta fierent, a ſæculo facta præmonet nunciari, oſtendit, quæ dictura eſt nobis, nõ æternitatis eſſe, ſed temporis. Ob hoc ſtatim addidit. Dñs creauit me initium viarum ſuarum in opera ſua. Quod ergo ſapientia creata eſt, non ante ſæcula, ſed a ſæculo eſt. Quod aũt initium uiarum dñi creatus eſt filius, quid aliud eſt, niſi ꝙ ipſe uia nobis eſt factus, vt eo duce atq; rectore, per adoptionis, quam accipimus gratiam, diuino munere ad uirtutũ nobis ꝑfectum pateret ingreſſus. Quod ut euidentius appareat, debemus attendere ad hoc, filium creaturæ initium factum, non ut nouam rurſus creaturam cõderet, ſed ut uetuſtatem iam pridem perditam renouaret. Inuenitur enim, Apoſtolos quoq; huius feciſſe creatiõis initium, quorum officio reparauit, quod fuerat ante collapſum. Beato Iacobo dicente de deo patre. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius. Euidentiſſimis igitur demonſtratur indiciis, hoc loco creationem, non ad conditionem oĩm creaturarum, ſed ad reparationem hominum referendam. Sicut & Dauid ſanctus orauit, dum gemini fuiſſet criminis recordatione perterritus, non ſolum temerati connubii, ſed mariti etiam inſontis occiſi. Dum igitur tanti facinoris neuum, lachrymarum flumine meditaretur abluere, hoc inter gemitus, quos teſtes habuit doloris, effudit. Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Hoc eſſe ſignificãs cor mũdum in ſe creari, quod erat, ſpiritum rectum in eius uiſceribus innouari. Ad hoc ergo Chriſtus voluit creari, & huius creationis Apoſtolos ſuos initium fieri, vt per eum poſſet homo, qui uetuſtate perierat, nouari. Ante ſæculum autem ſapientiam fundatam ſe dixit, ut natiuitatem ſuam, qua de patre nata eſt, immutabilem demonſtraret. Quod enim fundatum dicitur, nulla ratione conuellitur. Quod aũt non cõuellitur, non mutatur. Vt aũt natiuitas diuinitatis eius ſine initio cognoſcatur, debet attendi quod ſequitur. Priuſq̃ terram faceret, priuſq̃ abyſſos conſtitueret, priuſq̃ procederent fontes aquarum, priuſq; montes ſtabilirentur, ante omnes autem colles genuit me. Iſtud ante, cum dicitur, omne prorſus initium pręuenitur. Quod conſyderandum eſt. Quia ubicunq; illa diuina & æterna demonſtratur filii natiuitas, non dicitur, quando natus ſit, ſed ante ſemper ponitur, ut quicquid homo infinitatis æternitatiſq; cogitare uoluerit, ante omne quod cogitatione concipiĩ, filii ſemper natiuitas cogitetur. Ac ſic, natiuitas filii dei ſine initio cognoſcatur, in qua non aliud ꝙ ante poſitum iugiter inuenitur. Vellemus autem nobis reſpon

Vera ex poſitio il lius dicti, Dñs creauit me initiũ uiarũ ſuarum.

Ad qđ filiꝰ initiũ creaturæ factus eſt

Iacob. I. C

Pſal. LB.

Añ ſæculũ fundatam ſum, & añ omes colles genuit me.

deri, vtrum hoc ſit genitum, quod creatum? quod ſi unum putatur utrūq;, dicatur ergo a deo genitus mundus, a quo generari nō poteſt, & creatus. Dicantur etiam increduli homines filii dei, qui de poteſtate tenebrarum non fuerint liberati. Dicantur hæredes futuræ beatitudinis, qui fidem non recipiunt Salvatoris. Si aūt, quod verum eſt, aliud eſt creari, aliud generari, diſcernatur in qua Chriſtus ſubſtātia creatus a deo dicatur, & in qua ex patre genitus prædicetur. Nam & ipſe ſcripturę locus, perfacile quærentibus monſtrat, in qua creatus natura dicendus eſt Chriſtus. In ea ſcilicet, in qua Dn̄m nominat, vt ueritatem in ſe formæ ſeruilis oſtendat, ſicut & in Pſalmo loquitur, dicens. O domine, ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancille tuæ. Ex ancilla ergo natus eſt ſeruus, qui ex patre gn̄atus eſt dn̄s. Propter formā igiť ſerui dixit. Dn̄s creauit me, non ſe a patre dicit creatum, ſed a dn̄o. Nam ubi ſecundum diuinitatem genitus dicitur, pater continuo nominatur. Sicut uere ipſe dixit. Ego a patre prodii, & veni. Et B. Euangeliſta de eo. Et uidimus gloriam eius, gloriā quaſi unigeniti a patre. Vides, quia non dixit hic, a dn̄o, ſed a patre. Quod aūt eum primogenitum totius creaturæ dicit Apl̄us, creatura utiq; intelligitur reparata, non condita, creatura filiorꝝ dei, qua ex ſeruis eius facti ſunt fratres eius, qui nos, ſecundū Apl̄i dictum, non confundiť fratres uocare, dicens. Narrabo nomē tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Quoniam ergo & pueri cōmunicauerunt ſanguini & carni ſimiliter, & ipſe participauit hiſdem, ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperiū, id eſt, diabolum, ut liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant ſeruituti. Nuſq; enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per oīa fratribus, ut miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deū, vt repropiciaret delicta ppl̄i. In eo enim, quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potēs eſt, his, qui tentantur, auxiliari. Audimus Chriſtum habētem fratres, audimus ſemen Abrahæ, audimus per mortem, eum, qui habebat mortis imperium, deſtruentem, audimus tentatum, audimus paſſum, & dubitamus Chriſtum primogenitum totius creaturæ, ſecundum incarnationis profiteri myſteriū? Cū denuo Beatus Apl̄us, in quo eum primogenitum debemus accipere, teſtimonio ſuæ prędicationis oſtendat. Scimus, inquiens, quoniam diligentibus deū omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum ꝓpoſitum uocati ſunt. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit, cōformes fieri imaginis filii eius, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Qui ergo ſecundum deitatem ſemper unigenitus fuit ſine fratribus, factus eſt ſecundum hoīem primogenitus in multis fratribus. Quod euidentius illo rurſus Apl̄i teſtimonio perdocetur, vbi primogenitus ex mortuis nominať. Quid enim eſt primogenitus ex mortuis, niſi primus ex peccatoribꝰ hominibus homo Chriſtus Hieſus in dei filium exaltatus? Natus autem eſt, non ſic ex peccatoribus peccator, ſicut ex hoībus homo, ſed natus eſt homo, ſuſceptus a deo ſine ullo peccato, ut peccatores hoīes reconciliaret deo, liberatos ab omni peccato. Talē quippe hoīem oportuit a deo ſuſcipi, per quem

[Margin notes:]
Chr̄s ut hō, & creatꝰ & ſeruus dicitē.
Pſal. cxv.
Chr̄s, ut deus, a patre & nō a domino prodiit
Heb. ii. C
Hucuſq; Apl̄us
Ro. viii. E
Chr̄s primogenitꝰ ex mortuis.

pi,per quem poſſent homines deo gratuita iuſtificatione coniungi. Primogenitus igitur eſt totius creaturæ,illius profecto,de qua Beatum Apſum Iacobū audiuimus,paulo ante dixiſſe. Voluntarie genuit nos uerbo veritatis,ut ſimus initium aliquod creaturæ eius. De hac creatura dicit etiam Paulus Apſus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura. De qua etiam Dauid prædixerat. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur,& renouabis faciem terræ. Alioquin,ſi ſecundū diuinā natiuitatē Chriſtus primogenitus creaturę totius accipitur, quibus teſtimoniis ante omnem creaturam,primogenitus ex mortuis oſtenditur? cum dici non poſſent mortui,qui necdum fuerant uel creati. Vnigenitum ergo Chriſtum cognoſcimus ex patre,primogenitum profiteamur ex uirgine. In illa quippe natiuitate vere eſt unigenitus,in qua ſine initio de ſolo deo ſolus natus eſt deus. In hac autem natiuitate primogenitus eſt totius creaturę,id eſt,eorum,quos in fratres ſibi per fidem dignatus eſt adoptare. Quotquot autem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius. Hęc generatio in ſecundo quoq; pſalmo cognoſcitͬ prædicata,vbi Chriſtus ex perſona ſuſcepti hominis dicit, Dn̄s dixit ad me,filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod ut ſecundum incarnationis futuræ myſterium, dictum eſſe monſtraret,adiunxit. Poſtula a me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quomodo enim ſecundum formā dei terminos terrę poſſidendos peteret,cum regnum cælorū,quod maius eſt, ſuis fidelibus promittat & donet? Ille ergo qui permanens in forma dei, pro ſalute ſeruorum factus eſt ſeruus,ſecundum ſeruilem formam ut acciperet gentes hæreditatem & poſſeſſionem,terræ terminos poſtulauit,qui ſecundum diuinam naturam,ſicut vniuerſa,quæ in cælo ſunt & in terra, viſibilia & inuiſibilia cum patre fecit, ita cum patre ſemper uniuerſa poſſedit. Hanc generationem quam Pſalmus ſecundus inſinuat,ad incarnatiōis myſterium pertinere. Liber Actuum Apſorū Paulo in Synagoga loquente teſtatur,cuius uox ad Iudæos huiuſcemodi reperitur. Et nos vobis adnunciamus eam, quæ ad Patres nr̄os repromiſſio facta eſt,quoniam hanc Deus adimpleuit filiis noſtris,reſuſcitans Hieſum,ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc igitur quod Pſalmus dixit,ſecundum id Apſus oſtendit ad filiū dictum,ſecundum quod a mortuis prędicat ſuſcitatum. Attendatur ergo,quæ a mortuis in Chriſto natura ſurrexit,& intellegetur ſecundum quid Chriſtus hodie genitus,terminos terræ poſſidendos accepit. Agnoſcatur itaq; in Chriſto proprietas vtriuſq; naturæ ut ſine errore poſſit intelligi & creatus & fundatus & genitus. Genitus quippe eſt & fundatus,ſecundum quod de domino inenarrabiliter natus eſt Dn̄s. Creatus autem ſecundum humanam generationem,qua de ancilla natus eſt ſeruus,vt quem ante omnia ſolū pater genuit, ex natura,pro noſtra ſalute generaret ex gratia. Quocirca vtranq; debemus in Chriſto domino naturam agnoſcere,ut nec aduerſus creatorem videamur ſuperbi, nec beneficii noſtri ſaluatoris exiſtamus ingrati, ne apud ſaluatorem ipſe ſibi deneget quam quærit ſalutem, qui creatoris de Deo patre ueram de-

Iacob.i.C
.ii.Corin.
v.D.
Chriſtus vnigeni tus ex patre, prio genit9 ex virgine
Actuum xiii.E
Chriſtus ut hō creatus,ut deus aūt genitus dicitur

IIII.obie. negat deitatem. OBIECTIO. Sed qui præſumunt inrationabiliter dice-
Q̃ dr̃ na re. De patris ſubſtantia natum eſſe filium, doceant per ſcripturas tamen, quo
tꝰ de p̃ris modo non ſit erroris falſa profeſſio. Qui cum dicit inenarrabilem eſſe gene-
ſubſtãtia. rationem eius, aſſerat eũ de patris eſſe natum ſubſtantia. RESPONSIO.
Aſſertionis defectus agnoſcitur, quando quis ita fidei alterius deſtruere nitit̃
Rñſio. Iõ regulam, ut credulitatis ſuæ formam nolit proferre ſententiam. Nos idcirco fi
ſic dr̃, ne lium dei de patris ſubſtantia natum, hoc eſt, de id quod pater eſt, credimus &
diuerſas fatemur. Quoniam quicquid ſubſtantia dei non eſt, non poſſumus ut deum
ſubſtãtias uel adorare uel colere. Pręceptum legis ſollicitius obſeruantes, quo dicitur. Au
tribꝰ pſo di Iſrael, dñs Deus tuus Dñs unus eſt, & dñm deum tuum adorabis, & illi ſoli
nis in deo ſeruies. Quem deum, non patrem ſolum credimus, ſed patrem & filium & ſpi-
aſſeramꝰ. ritum ſanctum. Fides enim noſtra, qua vnum deum colimus & timemus, nec
vnione perſonali contrahitur, nec ſubſtantiali diuerſitate diſiungitur. Ne aut
Deu.6.A deos gentiliter colamus, diuerſas colendo ſubſtantias, aut filium & ſpũm cum
Sabellio denegemus, non ſeruantes in Trinitate perſonas. Huius fidei rectam
credulitatem, non ſolum prophetica, ſed Apoſtolica nobis inſinuat in ueritate
Eſa.vi.A. doctrina. Nam Eſaiæ, cum dei uiſione dignus efficitur, huius fidei credulitas
intimatur, duobus ſeraphin tertio clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &
ſemel inferentibus, Dñs Deus ſabaoth. Quid eſt, ꝙ tertio ſanctus dicit̃, ſi non
trina eſt in diuinitate perſona? Cur ſemel Dñs deus dicitur, ſi nõ vna eſt in di-
Nu.vi.D uinitate ſubſtantia? Dñs quoq; per Moyſen volens benedicere populum,
hoc benedicendum tenore mãdauit, ſic (inquiens) Benedices pp̃lum meum,
& ego benedicam eos. Benedicat te Dñs, & cuſtodiat te, inluminet dñs faciem
ſuam ſuper te, & miſereatur tui, ac tollat dñs faciem ſuã ſuper te, & det tibi pa-
cem. Ter dñs dicitur, & unus ſemper dominus nominat̃, ut in Trinitate, quæ
uerus eſt deus, nec confundatur proprietas perſonarum, nec ſubſtantialis uni-
Pſal.lxvi. tas denegetur. Dauid quoq; deo per omnia placitus, ſub hac credulitate pp̃ſo
fideli, diuinæ benedictiõis gratiam, his verbis exoptat infundi. Benedicat nos
.i.Corin. deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuant eum oẽs fines terræ. Cui
viii.B. ſententiæ Beatus concordat Ap̃ſus, qui cum quodam loco dixiſſet Vnus de-
us pater, ex quo omnia, & nos in ipſo. Et vnus dñs Hieſus Chriſtus, per quem
omnia, & nos per ipſum. De ſpiritu ſancto quoq; diceret. Nolite contriſtare
ſpiritum ſanctũ dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Cum ſe dixiſſe
meminiſſet, ex patre per filium in ſpiritu ſancto, ut hanc Trinitatem, unum de
Ro.ii.D. um eſſe monſtraret, alio loco ait. Quoniã ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt
omnia. Et quod ſingulariter intulit, Ipſi gloria in ſęcula ſęculorꝫ. Ex ſubſtan
tia patris natum filium, & fides Chriſtiana recte prædicat, & ſancta ſcriptura
Heb.i.A. commemorat. Paulus Ap̃ſus de filio dei dicit, qui cum ſit ſplendor gloriæ, &
figura ſubſtantiæ eius. Dñs denuo dicit ad Hieremiam. Super montes accipe
planctum, & hoĩes non audierunt uocem ſubſtantiæ meæ, a uolatilibus cæli
Sap̃.xvi. uſq; ad pecora. Filium aũt patris eſſe ſubſtantiam, Sapientiæ liber euidenter
C oſtendit, dicens. Eſca angelorum nutriſti populum tuum, præparatum panem
de cælo præ-

de cælo præſtitiſti eis,ſine labore,omne delectamẽtum in ſe habentem,& oẽm ſuauitatis ſaporem. Subſtantiam eñ tuam & dulcedinem tuam,quã in filios habes oſtendebas. Panẽ de cælo datũ,ſubſtantiam & dulcedinẽ dei eſſe,ſcriptura teſtat. Panem uero de cælo datũ,filiũ dei eſſe,ipſius filii ꝟbis oñdit, qui ait. Ego ſum panis uiuus,qui de cælo deſcendi. De quo Dauid ait. Panẽ angelorꝝ manducauit homo. Ecce de ſubſtantia patris extitiſſe filium,non ſolũ rõnabilr credimus,uerum etiam teſtimoniis approbamus,ſcriptura dicente. Qui diligit genitorem,diligit eũ qui natus eſt ex eo,qm̃ fides uera quod credit non neſcit, etiam ſi nondum põt uidere quod ſperat & credit. Hi uero,qui filium de patris ſubſtantia natum denegant,debent utiqꝫ dicere,unde arbitrent dei filiũ extitiſſe. Vtrum de nihilo,an ex aliquo. Si de nihilo extitit,creatura dicendus eſt, non creator. Si aũt de aliquo dicat,ſic etiam id ip̃m deus fecit,unde filiũ genuit. An forte coæternum dicit aliquid habuiſſe,vnde poſſet filium gñare. Si coæternum aliquid æſtimat,unde genitus filius credit,Manichęorꝝ error hac aſſertione firmat. Si aũt non fuit aliquid,vnde gñaret filius,nec tñ de ſubſtantia patris deus natus,hoc ſupereſt,ut euidenter ex nihilo dei filium extitiſſe fateatur, qui eum in diuinitate minorem prædicare contendunt. Sed forſitan dicit, ex uoluntate patris natum eſſe filium. Dicat ergo,vtrum ex ſe an aliunde pater filium genuit. Si enim ex ſeipſo genuit,non potuit uoluntas gñationem pręcedere,quia nefas eſt credere,in deum aliquid,quod non ſemper fuit,nouiter acci diſſe. Vnde cognoſcit,qm̃ deus oẽm quidem creaturam de nihilo cõdidit uoluntate ſua,filium uero ſubſtantia genuit vel natura. Si aũt aliunde filius dicitur natus,aut ex nihilo eius origo aſſeritur,aut (ſicut ſuperius dictum eſt) excepto deo,ſemper aliquid fuiſſe contra regulam ueræ fidei prædicat. Beatus quippe Apl̃us,ſciens filium ex patris eſſentia uerum deum genitum,& ob hoc cum patre vnum dñm deum. Nec immemor præcepti dñici,quo prohibemur duobus dñis deſeruire,Dño Chriſto,ſicut uero deo, præcepit ſeruiendum, quem æqualiter cum patre nouerat honorandũ,ipſo dño dicente. Vt oẽs honorificent filium,ſicut honorificent prẽm. Quẽ uerum deũ Ioãnes Apl̃us, ipſo in ſe dño loquente teſtat dicens. Vt ſimus in ꝟo filio eius Hieſu Chriſto. Hic eſt uerus deus,& uita æterna. Quocirca veræ fidei tenenda eſt regula,qua dei filius de patris ſubſtantia,hoc eſt,de id q̃d ip̃e eſt,ineffabilr ſine initio natus credit. Et verus deus cum patre colit & tenet, quia nec Chriſtianis licitum eſt,ei, qui natura nõ eſt deus,ſicut uero deo ſeruire. Nec cuiq̃ fas eſt, Chriſto vnigenito dei filio,non ſicut uero deo ſeruire. Nam eum qui ſeruit Chriſto placere deo. Beatus Paulus,qui diis,qui natura non ſunt dii,ſeruiendũ interdixerat, euidentiſſime manifeſtat,dicẽs. Non eſt dei regnum eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpũ ſancto. Qui eñ in hoc ſeruit Chriſto,placet deo. Quo circa cognoſcentes Chriſtum uerum deum eſſe,non audeamus ab æqualitate paternæ ſubſtantiæ ſeparare. Verus enim deus eſt, qui natura deus eſt. Natura aũt deus eſt,qui deitatem ex æternitate uerę natiuitatis habuit,nõ ex gratia donatiõis poſſedit. Quod enim naſcit,connexũ eſt genere, q̃d vero adoptat ſola

[margin: i.Ioã.v.A]

[margin: Rõ iuicta qꝫ fili⁹ ex ſubſtãtia patris natus eſt.]

[margin: Filius ex ſubſtãtia prĩs,unus cũ prẽ deus & dñs.]

[margin: Ro.14.C.]

V.Obie. Cōtra ęq̄litatē pr̄is & filii

prouehitur largitate. OBIECTIO. Perturbatiões mentium, quæ ſine ratione dicuntur, cum hortantur, aduerti veritas non uidetur ab eis comprehendi, nec profiteri, ob hoc quod abſurdum ſit dicere uł credere, patrem & filium ingenitos eſſe. Qui ſibi ſuadet iſta excogitare, ipſe ſe vult fraude decipere, quā quidem exegit illis hoc dici, qui patrem & ſilium æquales aſſerunt eſſe.

Rñſio, ꝙ ęq̄les qui dē ſſ͂, non tñ ambo ingeniti, nec ambo geniti.

RESPONSIO. Perturbant quidem mentes, aut ignauas aut inſcias, qui voluerint patrem & filium ingenitos dicere. Sed non hoc faciūt, qui cognoſcunt æquales patrem & filium prædicare. In duobus enim ingenitis, diuerſa diuinitas inuenitur. In vno autem ingenito, ex uno ingenito, naturalis unitas demonſtratur. Duo quippe ingeniti, nō poſſunt vnam habere naturam, ubi nec vnus in uno ueram ex ſe generationem inuenit, nec unus ex uno uere in ſe ſubſtantiam natiuitatis agnoſcit. Nos autem patrem & filium, nec duos ingenitos dicimus, nec duos genitos appellamus, nec ꝑſonaliter cōfundimus, nec ſubſtantialiter ſeparamus. Et ideo æquales, ſine ambiguitate dicimus, quia diuerſos a ſe nullatenus inuenimus. Vnus vnum genuit, vnus de vno natus eſt. Et quia de incōmutabili patre incōmutabilis filius extitit. Et pater æternus & perfectus, coæternum perfectumq́ filium genuit. Propterea filius verā, quam habet ex uero patre ſubſtantiam, nec minorem habere potuit, nec diuerſam.

Cōtumelia dei foret, filiū nō eē æq̄lem patri

Contumelia eſt quippe diuinæ naturæ, ſi pater filium generans, non potuit eſſe in filio, quantus permanet in ſeipſo. Et genitori (quod nefas eſt) potentia naturalis adimitur, ſi filio paternæ ſubſtantiæ æqualitas abnegetur, cum hāc Aplica doctrina non taceat, Euangeliſta Ioanne dicente. Propterea uolebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuū dicebat deū, æqualem ſe faciens deo. Quam æqualitatem, non maliuola Iudęorum aduerſitas (ſicut quibuſdam videtur) obiecit, ſed Euangeliſtę veridica prorſus auctoritas declarauit. Qui ſicut uere dixit, Hieſum ſoluiſſe ſabbatū, uere etiā prēm ſuum dixiſſe deum, ita uere dixit per profeſſionem paterni nominis, æqualem ſe feciſſe diuinitati & omnipotentiæ genitoris. Hanc æqualitatem in ſe ipſe uerus filius prædicans & demonſtrans ait. Ego & pater vnum ſumus. Et alio loco. Omnia quæ pater fecit, eadem & filius fecit ſimiliter. Idem ipſe dicit. Pater clarifica filium tuum, & filius clarificet te. Et alio loco. Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Et alia multa, quæ, prolixitatem uitantes omiſimus. Aequalem ſe itaq́ deo per profeſſionem paterni nominis facere, unum cum patre eſſe. Omnia quæ pater facit, eadem ſimiliter facere. Clarificatus & ipſe clarificare, æqualitatem ſibi paterni honoris exigere, ſicut minori non competunt, ſic æqualem, remoto ſcrupulo dubitationis, oſtendunt.

Ioañ.v.C

VI.Ob. ꝙ aliud ſit pr̄ luminis, & aliud lumen.

OBIECTIO. Interea dum de lumine dicitur, non intelligunt quod ſcriptum eſt, quia alius eſt pater luminis, & alius eſt qui lumen eſt appellatus, & lucet in tenebris, & tenebræ eum non comprehenderunt. Idcirco debet aduerti, quid lex mandat vel inſtruit mentes hominum. Quia inter illum auctorem luminis, & iſtud lumen in tenebris lucens, quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Pro quod

vita factus eſt filius,& lux eſt oſtenſus hominum illo qui oſtenditur factus,nõ eſſe pater,æqualis eſſe non poſſe.. RESPONSIO. Hoc ſemper patris & filii demonſtrat æqualitas,ut quicquid fuerit derogationis uel honorificen tiæ,ſimul ſit utriq; commune.Quo fit,ut dum contra fidei normam,filius a pa tris æqualitate diſcernitur,magis patri q̃ filio detrahatur. Quod huius loci ma nifeſtius demonſtrat aſſertio,qua dum filius ſolus lumen appellari creditur, ipſi patri,qui lumen genuit,nomen luminis abnegatur. Qui autem non ſub ſtantialiter poſſidet nomen luminis non poteſt habere ſubſtantialiter uocabu lum deitatis. Beatus quippe Ioannes Apoſtolus dicit. Quoniam deus lux eſt. Si ergo qui deus eſt,lux eſt,qui lux non eſt,deus non eſt. Quare lumen ex lu mine credendus eſt filius,quia de deo natus eſt deus.Ne dum ſolus filius lumẽ dicitur,deus pater intolerabiliter blaſphemetur. Ac ne putemus patrem conie ctura magis q̃ ueritate lucem dicere,neceſſe habemus,hoc quoq; teſtimoniis approbare. In ſanctis eloquiis de ſapientia dicitur. Omnium mobilitatium mobilior eſt ſapientia.Attingit autem ubiq; propter ſuam mundiciam, vapor eſt autem virtutis dei, & manatio quędam claritatis omnipotẽtis dei ſynceris. Et ideo nihil inquinamenti in illam incurrit, candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis,& imago bonitatis illius. Candor lucis ęter næ ſapientia dicitur,quam lucem æternam patrẽ eſſe, vniuerſa Chriſtianitas profitet̃. Quod ſi forte aliqui putant,iſtã lucem ęternã,cuius ſapientia candor eſt,patrem accipi non debere.Neceſſe eſt,ut dum deum patrem lucem ęternã denegant,aliam lucem ęternam quærant,cuius eſſe candorem ſapientiam,eui denter oſtendant. Sed ipſi nouerint,quomodo poſſint,aut lucem, quæ Deus non ſit,aut alteram lucẽ,pręter ſapientiam,quę deo coæterna ſit,inuenire. Co gnoſcat̃ ergo lux eſſe pater lumis, ut ſaltim ſic filius pr̃i non dubitet̃ uel neget̃ æqualis. Vno iam teſtimonio deũ patrem lucem eſſe docuimus, melius eſt ſi id ip̃m Ap̃lica quoq; pędicatione mõſtremus. Beatus Paulus,filios dei nos eſſe teſtat̃ dicens. Quicũq; ſp̃u dei agunt̃,hi filii ſunt dei. Non accepiſtis ſp̃m ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſp̃m adoptionis filiorum, in quo cla mamus. Abba pater. Ipſe ſp̃us teſtimoniũ reddit ſp̃ui noſtro, q̃ ſimus filii dei. Ioannes etiam Euangeliſta dicit. Quotquot aũt crediderunt in eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Vt igit̃ B. Paulus deum,cuius filii ſumus,lucem eſſe monſtraret eoſdem filios,lucis quoq; filios appellauit,ita dicens. Vos aũt fr̃es non eſtis in tenebris,vt vos dies ille,tanq̃ fur,comprehendat, om̃es enim vos filii lucis eſtis,& filii diei. Et filius ad diſcipulos. Vt ſitis filii patris veſtri, qui in cælis eſt. Ip̃m vero filium lucem eſſe,nullus poterit abnegare. De quo Euan geliſta dicit. Erat lux vera,quæ inluminat oẽm hoiem venientem in hunc mun dum. Et rurſus. Et vita erat lux hoim,& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Ipſe quoq; filius,lucẽ ſe eſſe, ꝓpria voce teſtat̃. Ego ſum (inquiens) lux mũdi. Vt aũt agnoſcat̃ pater in filio,lumen in lumine eſſe,in Ioannis teſtimonio pdocet̃,qui ait. Deus lux eſt,& tenebrę in eo nõ ſunt vllæ. Atq; ſubiunxit. Si in lumine ambulemus,ſicut & ipſe eſt in lumine,ſocietatem

Rñſio, q̃ ſubſtãtia liter vnũ lumẽ ſũt pr̃ & fili9.

i.Ioañ.i.B

Sap̃.7.D.

Nos ſu m9 filii lu cis,ergo pater nr̃ lux eſt.

Matt.v.F

Ioañ.i.A

i.Ioañ.i.B

habemus ad inuicem. Quod ut ſe de patre dixiſſe monſtraret, adiunxit. Et ſan
guis Hieſu filii eius, mundat nos ab omni peccato. Patrem, quem lucem dixit,
in lumine eſſe aſſeruit. Quod ergo iſtud eſt lumen, in quo pater eſt lumen, ni
ſi lumen uerum, quod inluminat oēm hoīem venientem in hunc mundum?
Oſtenſum eſt igit̄, patrem eſſe lumē, ſicut eſt filius lumen. Demonſtrat̄ etiam
Pſa.95.A filius dies, ſicut & pater eſt dies. Propheta dicente. Euangelizate diem ex die ſa
lutare eius. Qua propter agnoſcat̄ pater eſſe in filio lumine, & filius in patre
Io.xiiii.B lumine, ipſo de ſe lumine proteſtante. Ego in patre, & pater in me. Tanꝗ dice
ret. Ego in lumine, & lumen in me. Et vbi non inuenitur diuerſitas luminis, nō
negetur æqualitas deitatis. Ne dum deus lux eſſe Apoſtolica prædicatione di
citur, ille qui lumen eſſe non dicitur, Deus etiam eſſe (quod nefas eſt) abne
VII.Ob. getur. OBIECTIO. Amiſimus ſuperfluas rationes, quæ faſtidium non
Cū aliꝰ ſit facerent auditoribus, & ad hoc reſponſum eſt, ad quod ſentētia inquirebat ex
pr̄ & aliꝰ poſitionem. Et quia inter patrem & filium diſtantia eſt, & quod dicitur, non
paclitꝰ, ꝗ eſt, eo ꝗ inter illos differentia non ſit. Ipſe Saluator dicit, qui credendus eſt.
nō ſit vna Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me. Item ipſe filius dicit de Spiritu ſan
natura in cto. Et alium paraclitum mittam vobis. Alium dixit patrem, & alium dixit eſſe
tribus. paraclitum, & tamen non aduertuntur diuina iura & ſacramenta, efficiuntur
homines paganitatis profeſſores, qui ante aduentum Saluatoris dixerunt Ho
mouſion. Quorum & Hæretici facti ſunt profeſſores, cum aſſerunt, patrem
Rn̄ſio. Eſt & filium & Spiritum ſanctum vnum eſſe Deum. RESPONSIO. Ve
aliꝰ pr̄, ali ra fides nunꝗ ſuperfluas, ſed rectas ſemper habet & habuit rationes, nec ex his
uſꝗ padi aliquod faſtidium naſcitur, ſi modo abſꝗ contentiōis ſtudio veritas audiatur,
tꝰ, ſolū p/ quæ ob hoc alium dixit patrem, ut perſonas diſcerneret, non, ut ſubſtantialem
ſonali nō diſtantiam demonſtraret. Nam cum alium dixit, oſtendit, propriam habere
ſubſtātia perſonam. Patrem vero nominans, demonſtrauit ſe vnam cum eo habere ſub
li differē ſtantiam, hoc modo. Si enim pater qui teſtimonium perhibet filio, vere alius
tia. eſt. Vtriuſꝗ perſona diſcernatur. Vere & pater eſt, ut ſubſtantialis vnitas de
monſtretur. Quod ſi vera eſt paternitas patris, vera eſt etiam natiuitas pro/
lis. Et ſi eſt filii vera natiuitas, inter patrem filiumꝗ ſubſtantialis non poteſt
Vera & eſſe diuerſitas. Vera enim & æterna ſubſtantia, de qua vera natiuitas exti/
ęterna fi tit, ſicut generando minui diuidiꝗ non potuit, ita in ſe tota permanens, totam
liintītas ſe coæternæ veritati natiuitatis indulſit, vt ſcilicet gignentis genitiꝗ non ſo/
ex eadē lum æqualitas abſꝗ diuerſitate conſiſteret, ſed etiam ſine confuſione detri/
ſubſtātia mentoꝗ naturalis vnitas permaneret. Diuinæ quippe natiuitatis & nomen
in qua pa & veritas, ſicut diſcretam monſtrat gignentis genitiꝗ perſonam, ſic diuerſam
ter eſt. non ſinit putari ſubſtantiam. Alius ergo propterea dictus eſt pater, vt gene
rationis veritas monſtraretur, non, ut putaretur aut prior aut potior. Nam ſi
Cur alius potiorem accipere debemus, quem audimus alium dici, compellimur etiā pa/
dr̄ pater. raclitū ſpm̄, pro eo quod alius dictus eſt, potiorē filio confiteri. Sicut em̄ prēm
aliū filius dixit, ita paraclitum alium nuncupauit. Si placet igit̄, & hoc fidei ve
ritas exigit, ut melior putetur, qui alius dicitur, quoniam pater alius eſt dictus,

& alius paraclitus. Ex hoc iam filius ſubiiciatur ambobus, ut ſaltim ſic paraclitus coæquetur patri, qui pro eo quod alius nuncupatus eſt, filio dicitur anteponi. Vt huius communione pronominis, in patre & paraclito demonſtretur communio deitatis. Si aũt paraclitus, licet alius dicaĩ, tamen filio non præfertur, nec pater ideo præferendus eſt filio, quia alius dicitur. Hoc enim pronomine, perſonarum oſtenditur diſcretio, non naturæ. Deniq; ne fidei ambiguitate, veritatis regulam deſerentes, per deuios circũferamur errores, ipſe Dn̄s nobis, & vnam ſe cum patre retinere ſubſtantiam, & alteram ſe demõſtrauit habere perſonam, dicens in Euangelio. Ego & pater vnum ſumus. Quod dictũ, hi qui diuinæ unitatis in patre & filio ſignificationem tenuare contendunt, non ad ſubſtantialem unitatem, ſed ad uoluntatis ſtudent referre concordiam. Quod ſi ſic dn̄s vellet intellegi, poſſet dicere. Ego & pater vnum uolumus, non, ego & pater vnum ſumus. Sed nunc eligat quiſq; quod velit, vtrum in deo aliud putet eſſe, & aliud uelle, an hoc credat eſſe quod uelle, ut ei poſſit hui9 dicti dn̄ici manifeſtius ueritas apparere. Si enim aliam dixerit in deo uoluntatem, quo uelle dicitur, & aliam eſſentiam, quę eſſe cognoſcitur, ad uoluntatem referri non poteſt, quod ſecundum eſſentiam dictum eſt. Ego & pater vnum ſumus. Eſſe em̄ ab eſſentia diciĩ. Si aũt hoc in deo (ſicut certum eſt) putatur, eſſe quod uelle, dũ uoluntatis vnitas aſſeritur, ſubſtãtialis etiam vnitas non negeĩ. Vt & in eo, q̊d dixit, ſumus, agnoſcatur non aliud eſſe q̄ pater eſt, & in eo, quod dixit, ſumus, agnoſcatur non ipſe filius eſſe qui pater eſt. Hanc Patres noſtri, per omnia Chriſti ſectati doctrinam, vnius eſſe ſubſtãtiæ patrē filiumq; dixerunt. Quod græce Homouſion dictum eſt, illa ſcilicet rōne, quoniam in Græcia, noua tũc emerſerat hæreſis, quæ vnigenitum ſuperare nitebatur a ſubſtantia genitoris. Ad hoc ut quiſquis illam doctrinam reciperet, non creatoris cultor, ſed creaturæ potius appareret. Mirum aũt eſt, quod in hoc nomine ſonus tantum a quibuſdam attenditur, nec dicti intelligentia ueſtigatur, cum pleraq; non ſint antiquitus dicta, & pro temporum cauſarumq; oportunitatibus profeſſioni fidei reperiuntur inſerta. Sicut ingenitus pater, nuſq̄ in ſcripturis Canonicis legitur & tamen ſecundum fidei ueritatem ingenitus prædicatur. Aduerſus Sabelliũ ſcilicet, qui patrem filiumq;, non cõmunione ſubſtantiæ unum intelligit, ſed ꝑſonali ſingularitate confundit. Quod ſi ſonus, non ſenſus, conſyderatur in uerbis, non cenſeatur eccleſia nomine catholico, quod nec in ueteri nec in nouo reperitur poſitum teſtamento. Si uero hæc oīa, cum in nullo ſint canonico uolumine, digne tamen tenentur in fide, Quur nobis in Homouſion putetur prohibendum, non ſonum dicti conſyderare, ſed ſenſum? Nec attendere nouitatem uerbi, ſed uirtutem intellegere ſacramenti? Mirum eſt aũt, eos qui pro unius ſubſtantiæ credulitate, uolunt nos homouſianos dici, quomodo ſe nolũt triuſianos, pro tribus & diuerſis ſubſtantiis, appellari. Quamuis & ſi tali nomīe cenſeri fugiant, cum hoc eos tamen eſſe, qualitas ſuæ credulitatis oſtendat. Digne ita q; patrem & filium & ſpiritum ſanctum, perſonarum proprietate ſeruata, vnum colimus deum, quoniam fides uera, nec tres deos recipit, q̊d faciunt

Ego & pr̄ vnum ſumus.

Ioañ.x.F

Homouſion a patrib9, non ex ſcripturis, receptum eſt.

Homouſiani.

Triuſiani

Pagani multicolæ, nec deum ſuum creatū aſſerit, quod cultores p̄dicant creaturæ.

> VIII. ob. ꝙ fiat deo iniuria ꝑ cultum filii.

OBIECTIO. Scelus & valde eſſe blaſphemum aduertant hoīes, qui ſalutaria præcepta cupiunt ſectari. Nam falſitas profeſſionis nunq̄ ꝓdeſſe eis poterit, quam quærunt iniuriando deum per blaſphemiam colere uel uenerari, ſi ab hoībus non toleratur iniuria, ab ipſo dn̄o auctore qualiter poterit tolerari? Oſtendit enim circa infideles ſuam obiurgationem, dicendo. Populus hic labiis me honorat, cor aūt eorum longe eſt a me.

> Rn̄ſio, maior eſſet iniuria, ſi filiꝰ minor pr̄e exiſtimaretur.

RESPONSIO. Apoſtolica fides deum non iniuriat, ſed honorat, quæ diuinam ſubſtantiā nec minorari potuiſſe aſſerit, nec mutari, Et ideo filium æqualem patri prædicat, quoniam una utriuſq; ſubſtantia, perfectionis ſuæ plenitudinem in utroq; cō ſeruat. Tunc ergo deo infertur iniuria, qn̄ per diuerſitatem diuinitatis cū creatore colitur creatura. Cum creationis nomen in eo ſit tantum accipiendum in filio quod pro redemptiōe hoīm, ex hoībus factus eſt homo.

> Neq; ſpiritꝰ ſctūs creatura eſt

Spiritum q̄q; ſanctum, ſi creaturā dn̄s vellet intellegi, nunq̄; præciperet ſibi & patri, in ſacramento baptiſmatis copulari, dicens. Ite, docete omnes gentes, baptizate eós in nomine patris & filii & ſpūs ſancti.

> IX. Obie. Ex utero an̄ luciferum genui te.

OBIECTIO. De generatione autem eius, quod dictum eſt. Ex utero ante luciferum genui te. Quis dubitet de carnali natiuitate fuiſſe dictum? cum ipſa anteſcriptio oſtendat tibi ad intelligendum, eum dicit Propheta. Q; in ſplendoribus ſanctorꝫ ante luciferum genitꝰ ſit. Et ſplendor ſanctorum præconium oſtenditur eſſe ꝓphetarum. Et eorum vaticinatio de eo fuiſſe adimpleta, ut cum manifeſtaret ipſam eſſe, & ꝓpheta dicendo. Ex vtero ante luciferum genui te, & ſplendidum contigit, ꝙ per virginem naſci eum os propheticum ante dixit. Quis dubitet hanc natiuitatem ita contigiſſe, ut ſcriptura memorat?

> Rn̄ſio, ꝙ id nō de carnali ſed diuīa chr̄i ntīta te debet intelligi

RESPONSIO. Multum fallitur, qui huius ſcripturæ locum, diuinæ natiuitati non credit conuenire. Et audiens deum dixiſſe. Ex vtero ante luciferum genui te, quia in deo carnalis uterus nō poteſt credi, æſtimet huius loci ſenſum ei tantummodo generatiōi, quæ ſecundum carnem eſt, coaptandum, cum præcedens verſus, diuinæ magis intellectum generationis inſinuet, quo pater dicit ad filium. Tecum principium, ut agnoſcaī, patrem & filium vnum eſſe principiū.

> Nomen uteri, hic ꝓ natura diuīa ponitur.

Nomen vero vteri tranſlato uocabulo dictum eſt, quo ipſa diuina ſignificaretur natura. Sicut corporalibus nominibus incorporalis ſubſtātia dei aſſolet nominari. Vt ſenſus hominū conſuetis naturæ ſuæ vocabulis, ad intelligentiam diuinitatis poſſit adduci. Dicuntur enim oculi dei omnia uidere. Sicut ſcriptum eſt. In oīni loco oculi dei ſpeculātur bonos & malos. Quis autem dubitet, ita deum per naturam ſuam totam uidere, ſicut eum naturæ infinitatem omnia fatemur implere. Sed & diuerſa corporalium membrorꝫ vocabula, ob hoc in deo inuenimus, ut dictum eſt, nominari, ut per harꝫ rerum efficientias, ſubſtantię ipſius incorporalis proprietas poſſit intellegi. Sic ergo & hic ſe dixit. Ex vtero filium genuiſſe, ut quē audimus ex utero genitum, a natura patris nullus æſtimet alienū.

> Ante luciferum

Quod aūt ante luciferum dixit, oſtendit filii natiuitatem perpetuam initio; temporali non eſſe ſubiectam. Lucifer enim ſtellę vocabulū eſt, & in initio mundi, cū deus lu

minaria &

minaria & ſydera condidiſſet, iuſſit ea eſſe in dies & menſes, & tempora & an
nos, quibus noīm circulis tempus omne reuoluitur. In ſplendoribus autē ſan [In ſplēdo]
ctorum, non recte intellecta ſunt vaticinia prophetarꝝ. Splendor enim ſancto [ribus ſan]
rum, non in officio prædicationis, ſed in reſurrectionis claritate conſiſtit. De [ctorum]
quo ſplendore dn̄s dicit. Tunc iuſti fulgebūt, ſicut ſol in regno patris ſui. Hūc
ſplendorem futuræ reſurrectionis, his verbis etiam Daniel ꝓpheta cōmemo [Da.xii. A]
rat. Et multi dormientium in terræ foſſura, in opertione exurgent, hi in vitam
æternam, & hi in obprobrium & confuſionem perpetuā. Et intelligētes ſplen
debunt, ut ſplendor firmamēti. Et ex iuſtis multi, ſicut ſtellæ in ſæcula. Hic aūt
ſplendor tunc ſanctis a dn̄o tribuetur, qn̄ ſecundum Apl̄i dictum, reformabit [Phi.iii.D]
corpus humilitatis noſtræ, conformæ corpori claritatis ſuæ. In hoc ergo ſplen
dore, tunc integre ſancti intelligent, patrem & filium unum principium eſſe.
Nec a ſe inuicem uel ſubſtantia uel maieſtate diſtare. Licet ergo confiteamur
filium ſecundum carnem ex utero uirginis procreatū, non tamen ambigimus
de vtero patris, id eſt, de patris ſubſtantia genitum. Immo ſic confitemur filiū
de utero dei uerum deum natum eſſe, ſicut de uirginis utero uerum non dubi
tamus hominem ꝓceſſiſſe, ne (quod abſit) ſi de matris ſubſtātia uerus homo
natus credatur, & uerus deus de patris ſubſtātia denegetur, potior æſtimetur
humana natura, quæ id quod eſt, procreare potuit, quā diuina ſubſtantia, quæ
uerum deum generare nō ualuit. OBIECTIO. Non eſt nimium dede [X.Obie.]
cus, ut fraudibus propriis decipiat̃ male intellegens animus, ut aliquando duo [ꝙ nō re]
dicantur eſſe vnus, aliquando tres unus? Nunquid non occurrit beneficii mu [cte duo]
nus, quando unus nō eſt cum duobus deſignatus? Ludibrium eſt credere, ex [an tres di]
tribus partibus deum unum conſtare, cum adhuc quod peius eſt dicitur de eis [cāt unus]
ꝙ ſic credendus eſt unus deus, cum non ſit ipſe pater qui filius, non ipſe filius
qui ſpūs ſanctus. De quibus profitentur differentias inter ſe habere, honorē
uero vnuſquiſꝗ ſuum nō poſſe habere, niſi malignum pectus eos in vno deo
inueniat̃ copulare. RESPONSIO. Nullis fraudibus aut ꝓpriis aut alie [Rn̄ſio. re]
nis decipitur, qui deum vnum ſic colit, ut in Trinitate nouerit, nec perſonas cō [ctiſſime]
fundere, nec ſubſtantiam ſeparare. Et illam unam naturam unum deum intel [tres pſo]
legit, in qua æternitatem ueræ diuinitatis agnoſcit. Dicitur enim nobis. Audi [nę dicūt]
Iſrael, dn̄s deus tuus, dn̄s vnus eſt. Item, dn̄m deum tuum adorabis, & illi ſoli [vnꝰ deus]
ſeruies. Quod ſi dn̄m deum, ſolum patrē accipere debemus, filio ergo nec
ut deo ſeruiamus, nec eum adoremus. Quicquid enim ad naturam dn̄i dei ſo- [Nō ſolū]
lius non pertinet, ut deus a nobis adorari non debet. Quid aūt dicturi ſumus [pr̄ deꝰ eſt]
de filio, quem in cælis omneſꝗ virtutes adorant ſemper & laudant in tantū, ut [ſed & filiꝰ]
etiam in forma ſerui poſitum, & propter paſſionē mortis, paulo minus ab an [& ſpūs ſ.]
gelis minoratum, adorare angeli iubeantur, Moyſe dicente. Lętamini cæli ſi-
mul cum eo, & adorent eum omnes angeli dei. Hoīes quoꝗ adorationē Da-
uid diuinitus inſpiratus, adiungens ait. Adorabunt eum omnes reges terræ. [Pſal. lxxi.]
Omnes gentes ſeruient ei. Quō ergo & ab hoībus & ab angelis adorat̃, ſi ab
vnius Dei ſubſtantia ſeparatur? Quomodo illi ſeruitutem, quæ Deo tantum

debetur, audemus exhibere, ſi vna non eſt illi natura cum patre? Nam quia
Eſa.45.D vnus eſt deus, ita nobis dicitur per prophetam. Ego deus, & non eſt alius pter me, iuſtus & ſaluans non eſt alius præter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis, quia ab extremo terræ ego ſum deus, & nõ eſt alius. Per meipm iuro, quoniam exiuit ex ore meo iuſtitia, & uerba mea non auertentur. Mihi enim inclinauit vniuerſitas genu, & iurauit omis lingua per deum. Ecce deus, qui in hoc loco ſe tm dicens deum, præter ſe alium non eſſe teſtat. Quod ſi quiſq omnẽ hic noluerit Trinitatem accipere, cogeť hanc uocẽ ſoli filio deputare. Quis em
IbidemC deus, præter quem alius nõ eſt, niſi ille, cui Eſaias dicit. Laborauit Aegyptus, & mercatus æthiopum & Saba uiri excelſi ad te tranſibunt, & tui erũt ſerui, & poſt te ſequenť alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur, quoniam in te eſt deus, & nõ eſt deus præter te. Tu enim es deus, & neſciebamus deus Iſrael ſaluator. Erubeſcent & pudebunt oẽs qui aduerſanť ei, & ibunt cum confuſione. Ecce in ipſo eſt deus, & præter ipm non eſt deus, & ipſe eſt Deus
Pſal.44.C Iſrael ſaluator. Superius aũt is qui dixit. Ego Deus, & nõ eſt alius prẹter me, adiunxit. Iuſtus & ſaluans non eſt alius prẹter me. Quis aũt iuſtus eſt? niſi cui Dauid dicit. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniqtatẽ. Quis vo eſt ſaluãs? niſi de q̃ an
Matt.i.C. gelus in ſomnis ad Ioſeph locutꝰ eſt dicẽs. Ioſeph fili Dauid, Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam, q̃d enim in ea natũ eſt, de Spũ ſancto eſt, pariet autem filium, & uocabis nomen eius Hieſum. ipſe enim ſaluum faciet pplm ſuum a peccatis eorum. Cui vero conuenit dicere? Conuertimini ad me & ſalui
Pſal.21.F eritis, quia ab extremo terræ ego ſum deus, & non eſt alius, niſi filio. De quo Dauid dicit. Reminiſcenť & conuertenť ad dñm vniuerſi fines terræ, & adora
Per me ipm iuro bunt in conſpectu eius oẽs patriæ gentium. Quod ergo ſequiť. Per me ipm iuro. Quis hoc credendus eſt dicere? Niſi qui hoc modo inueniť Abrahæ añ iuraſſe. Hunc aũt non patrẽ ſed filiũ aſſerunt, qui filiũ a patre ſecundũ diuinã naturã, minorẽ pdicare contendũt. Iſte aũt deus, qui p ſemetipm iurat, vtrum
Heb.6.C. maiorẽ ſe habeat. Paulus nobis Beatus oñdit, q ad Hebrẹos ſcribẽs, ait. Abrahẹ nanq pmittens deus, qm neminẽ habuit, p quẽ iuraret, maiorẽ, iurauit per ſemetipm, dicens. Niſi bñdicens bñdicam te, & multiplicans multiplicabo te. Iſte ergo deus, qui p ſemetipm iurat, qm neminẽ habet, p quẽ iuraret, maiorẽ.
Exibit ex ore meo iuſtitia. Quid ſequiť videamus. Qm exibit, inquit, ex ore meo iuſtitia, & vba mea nõ auertenť. Mihi em inclinauit vniuerſitas genu, & iurauit oĩs lingua p deũ. De cuius ore ergo exiit iuſtitia? niſi eius, de q̃ dixit Eſaias. Egrediet virga de radice
Eſa.ii.A Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſup eũ ſpũs dñi. Et poſt paululum. Iudicauit in iuſtitia paupes, & arguet in æquitate pmanſuetis terrã. Sequiť deinde. Iſte deus pter quẽ non eſt alius, & dicit. Verba mea nõ auertenť.
Matthei. xxiiii.C. Cuius aũt hẹc uox eſt, niſi illius, qui in Euãgelio dicit. Celũ & terra tranſibũt, verba aũt mea non tranſibunt. Item adiungit deus iſte, pter quẽ non eſt alius, & dicit, Mihi em inclinauit vniuerſitas genu, & iurauit oĩs lingua p deũ. Hoc
Ro.14.B. aũt de quo intellegi debeat, Paulus nobis, magiſterio Chri doctus, oñdat, qui ſcribens ad Rom. ſic ait. Nemo em nrm ſibi viuit, & nemo ſibi moriť, ſiue em

viuimus, ⁊ no

viuimus,dño viuimus,ſiue morimur,dño morimur,ſiue ergo viuim⁹ ſiue mo rimur,dñi ſumus. Et ut ſe de Chriſto dixiſſe mõſtraret,adiunxit. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt & reſurrexit,ut & mortuoꝝ & uiuoꝝ dñet. Tu autẽ quid iudicas fratrem tuum,aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei,ſtatimq; hoc propheticum ſubiicit teſtimonium di cens. Scriptum eſt enim. Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu,& omnis lingua cõfitebitur deo. Ante tribunal vero Chriſti, nos adſtaturos ipſe denuo teſtatur dicens. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,ut recipiat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſi ue bonum ſiue malum. Ipſi quoq; omne genu flectendum,idem docet Apſus dicens. Vt in noĩe Hieſu omne genu flectat,cæleſtium,terreſtrium,& inferno rum. Et oĩs lingua confiteat,quia dñs Hieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris? Iam nũc omnia quę ſuperius dicta ſunt,denuo conſyderemus. Dicit deus.Ego deus,& non eſt alius præter me. Et in perſona filii dicit Eſaias. Quoniam in te eſt deus,& præter te nõ eſt deus. Tu enim es deus,& neſciebamus. Deus Iſra el ſaluator. Deus aũt Iſrael deus vnus eſt. Sequitur aũt. Cætera quæ teſtimo niis ſupradictis ad filium oſtendimus pertinere. Ipſe enim per ſemet ipſum iu rat,neminem habens maiorem. Ipſe populum ſuum ſaluat. Ipſe iuſte iudicat. Ipſi flectitur omne genu cæleſtium,terreſtrium,& infernorum. Ipſi omnis lin gua confitetur,a quo eſt retributio reddenda factorum. Ipſe ergo,de quo hęc omnia dicuntur,per prophetam dicit. Ego deus,& non eſt alius præter me. Nunquid nam deum iſtum, præter quem alius non eſt,ita ſolum filium accipi mus,ut ab eo patrem & ſpiritum ſanctum ſeparemus? Abſit.Hoc eñ impoſſi bile eſt. Nam præter deum patrem deus filius non eſt,quia de patre eſt,& in patre eſt. Pręter patrem & filium Spũs ſanctus non eſt,quia patris & filii ſpũs eſt,& in patre & in filio eſt. Vnde cognoſcitur,quoniã iſta Trinitas vnus dñs deus eſt,de quo dicit. Audi Iſrael,Dñs deus tuus,dñs unus eſt,& dñm deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. Huic dño etiam Eſaias propheta dicit. Do mine præter te alium non nouimus,nomen tuum nominamus. Hoc aũt nomẽ Saluator noſter oſtendit,dicens diſcipulis ſuis, Ite,docete omnes gentes,bapti zantes eos in noĩe patris & filii & ſpũs ſancti. Iſtud eſt nomen dñi,præter quẽ alium non nouimus,& cuius noĩe noĩato,a morte liberamur,de poteſtate tene brarum eruimur,ut in regnum filii transferamur. In patre ergo & filio & ſpũ ſancto vnitatẽ ſubſtantiæ accipimus,perſonas cõfundere nõ audemus. Beatus enim Ioannes Apſus teſtatur dicens. Tres ſunt,qui teſtimonium perhibent in cælo,Pater Verbum & Spũs. Et tres vnũ ſunt. Quod etiam Beatiſſimus mar tyr Cyprianus,in Epſa de vnitate Eccleſiæ confitetur,dicens. Qui pacem Chri ſti & concordiam rumpit,aduerſus Chriſtum facit,qui alibi præter eccleſiam colligit,Chriſti eccleſiam ſpargit. Atq; ut vnam eccleſiam vnius dei eſſe mon ſtraret, hæc confeſtim teſtimonia de ſcripturis inſeruit, dicit dñs. Ego,& pa ter vnum ſumus. Et iterum. De patre & filio & ſpũ ſancto ſcriptum eſt,& tres vnum ſunt. Nam & in libro de Oratione dñica,ut oſtenderet Trinitatẽ vnius

Eſa.45.D

Phil.ii.B

Epilogus h⁹ rõſio nis decię.

Deu.6.A

Matth.ei. xxviii.D.

Ioañ.x.F

deitatis eſſe, nec inter ſe aliquam diuerſitatem habere, Danielem & tres pueros, ternarum horarum circulis reuolutis, orationem fundere ſolitos memorauit. Vbi & in trium horarum curriculo, & in vnius orationis officio, vnum deum eſſe trinitatem euidenter oſtendit. Non ergo ex tribus partibus vnum colimus deum, ſed Apoſtolicæ fidei regulam retinentes. Perfectum & conſempiternum filium, de perfecto & ſempiterno patre, ſine initio genitum, & poteſtate non imparem, & natura fatemur æqualem. Sanctum quoq; ſpiritum nõ aliud fatemur eſſe ꝙ deum, nec a filio nec a patre diuerſum, nec in filio nec in patre confuſum. Vnus eſt enim, atq; idem patris & filii ſpiritus, totus de patre procedẽs, totus in vtroq; conſiſtens, nec eſt diuiſus in ſingulis, quia inſeparabiliter eſt vtriſq; communis.

B. FVLGENTII AD TRASIMVNDVM REGEM VANDALORVM, IN APHRICA, LIBER PRIMVS, DE MYSTERIO MEDIATORIS Chriſti, duas naturas in vna perſona retinentis.

Liber a Rege deſtinatus Fulgẽtio.

TRIVMPHALIBVS TVIS SENSIBVS, PIISſime Rex, nequaꝗ crediderim obliuione ſubtractũ, quod nuper mihi quoddam volumen, baiulo Fęlice, præceperis deſtinari, iubens me illico reſpondere. Cuius, quia tãta fuit prolixitas, ut egeret aliquanto diutius receẽſeri, & diurni finis aderat, nocte propinquante, curriculi, vix eiuſdem voluminis principia citatæ delibans lectionis excurſu, popoſceram, ut ad cuncta plenæ recenſitionis ordine perlegenda, noctis vnius nobis ſpacium fuiſſet indultum. Quod veſtræ manſuetudinis voluntas omnino ſtatuit abnegandum, ita, ut nec ſaltim ad reſidua perlegẽda ſcripturæ nobis præcepiſſes adtribui. Ego uero, cum ſpacio quorundam dierum ordinationem tui culminis præſtolarer, ac deinceps interrogationis illius tenore ſubtracto, ſola fuiſſet a nobis flagitata reſponſio. Pauca, quibus, dño adiuuante, noſtri paruitas ſufficit ingenii. De eadẽ interrogatione, quam ex principio tenuiter cognoui, veſtræ recenſendam manſuetudini deſtinaui. Ne forſitan, aut faſtidio putarer tumidus, aut taciturnitatis culpa iudicarer obſtrictus, quem veſtra celſitudo ſuſpicaretur, aut ſuperbia reſponſionẽ non reddere, aut

Reſpõſio Fulgentii ex iuſſu regio.

veræ fidei

vere fidei diffidentia tacuiſſe. Nam ſtudio veſtro, clementiſſime Rex, com pertũ eſſe nõ ambigo, apud eos, qui Chriſtianæ gratię participatione redempti ſunt, penè id eſſe, fidem nolle aſſerere, quod negare. Quippe cũ ipſe vnigenitus deus, humani generis conditor & redemptor, ſicut ſe confeſſurum cõfitentem, ſe negaturũ negantem, certa prorſus denunciatione teſtatur dicens. Fidẽ nolle aſſerere, eſt ſidẽ negare.
Qui me confitebitur coram hoĩbus, confitebor & ego eum coram patre meo qui eſt in cęlis. Qui aũt negauerit me coram hoĩbus, negabo & ego eum corã patre meo, qui eſt in cælis. Ita denuo erubeſcentẽ ſe ſuoſq́ꝫ ſermones, ipſe q́ꝫ in ſua maieſtate veniens erubeſcet. Cuius dicti normam, tali Lucas ſententia cognoſcitur poſuiſſe, vbi huius cõfuſionis ſic exitiale firmat taciturus ſilentiũ, ut erubeſcentem perditioni non ſileat mancipandum. Inter alia dñm hæc dixiſſe cõmemorans. Quid enim proficit homini, ſi lucreť vniuerſum mundum, ſe aũt ipm perdat, & detrimentum ſui faciat. Cauſamq́ꝫ huius perditionis inſinuans adiecit. Nam qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hoĩs erubeſcet, cum uenerit in maieſtate ſua, & patris & ſanctorũ angelorũ. Nec immerito talis ſeruus & abiiciť & punitur, quoniam vno eodemq́ꝫ ſilentio firmat errorem, qui terrore ſeu tepore poſſeſſus, ſilendo non adſtruit ueritatem. Dominicam quoq́ꝫ gloriam qui non firmarit, euacuat, & diuinam contumeliam qui non refutarit adcumulat. Plærũq́ꝫ miles ignauus, regia caſtra, ſomnolento corpore depreſſus, oppugnantibus tradit, dum competentibus excubiis non defendit. Hæc idcirco q̃ maxime præmittenda, ne ſuperbæ reſponſionis aliquatenus notare tua pietas uelit, cui ipſa reſpondendi neceſſitas officium liberę reſponſionis imponit. Nam cum de deo res agiť, non leuis reatus eſt, ſi quod ad ſalutem pertinet, taceatur. Ita nanq́ꝫ nos oportet corde ad iuſtitiam credere ut oris confeſſio fiat pariter ad ſalutem, quoniam uerbum dei non eſt uinctum. Huc accedit, quod illud diuinæ pręceptionis oraculum, om̃is eccleſiaſtici prædicatoris perſonam, non tm̃ fidei, ſed etiam ſeruitii quadam cõmunione pſtringit, dicente dño. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Quod Eſaiæ cum dicitur, in uno pluribus imperať. Ipſo vnigenito deo diſcipulis loquente. Quod vni ueſtrum dico, omnibus dico. Propterea nos etiam Beatus Petrus ad reſpondendum paratos eſſe debere, paternę iubet dilectionis inſtinctu. Parati, inquiens, ſemper ad reſpondendum omni poſcenti vos rationem de fide & ſpe, quæ in vobis eſt. Cum omni poſcenti rationem fidei ſpeiq́ꝫ noſtræ præcipimur reddere, ceſſat prorſus vniuerſæ tam dignitatis exceptio q̃ perſonæ. Cui enim veritatis inſinuatio deneganda putabitur, cum ſe loquutum ſine confuſione coram regibus propheta teſtať dicens. Loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Quo circa cum pro noſtra fide, in quantum facultatem diuinitus accepimus, libere reſpondemus, nulla contumatiæ ſeu contumeliæ debemus ſuſpicatione notari, cum nec noſtræ humilitatis nec regiæ ſimus dignitatis immemores, ſciamuſq́ꝫ deo timorem, honorem regibus exhibendum, Apoſtolica ita nos præmoniente doctrina. Reddite oĩbus debita. & paulo poſt. Cui timorẽ, timorem. Cui honorem, honorem. Huius ti

Luc. ix. C

Rñdendi neceſſitas ẽt ex pcẽpto diuĩo

Eſa. 58. A.

i. Pet. 3. C

In rñdendo hñda eſt rõ regię dignitatis.

i

moris honoriſcꝫ manifeſta nobis Beatus Petrus aperuit diſcretione notitiam
dicens. Sicut ſerui dei omnes honorate,fraternitatem diligite,deum timete,re
gem aũt honorificate. Non autẽ parum clementiæ tuæ dilectionis exhibet &
honoris,quiſquis interroganti tibi hoc reſpondet,quod ad fidem pertinet ve-
ritatis. Competens igiť manſuctudini tuæ deferimus honoris obſequium, cui
De9 plus regalis apicem culminis diuina cernimus largitate conlatum. Nec tñ quencꝫ
timẽd9 & ſapientem fugit,quanto ſempiternus ille rex regum,& dñs dominantium timo
honoran re debeat ſuſpici,qui temporales etiam reges præcipit honorari. Hunc ſiquis
dus ꝗ rex parum metuit,ualde contemnit. Huius qui memorat honorificentiam, auget
tp̄alis. iniuriam. Nec ingrati refugit culpam,qui creatoris immenſitatem perpetuam
& perpetuitatem immenſam,creaturarum putauerit qualitatibus æſtimandã.
Laus Bar Hoc benigna manſuetudo tua procul dubio perſpicit. Hoc ingenii ſtudiiꝗ tui
bari regis ſagacitas recognoſcit,quam uere mirandam,quiſquis nouit conſyderare,pro-
ſtudio ſa nunciat,non ꝙ inſolitum ſit, hoĩem ſcripturarum ſtudiis inſiſtere,ſed ꝙ rarũ
pientiæ hactenus habeatur,Barbari regis animum numeroſis regni curis iugiter occu
patum,tam feruenti cognoſcendæ ſapientię delectatione flãmari, cum huiuſce
modi ſemper infatigabiles niſus,nõ niſi uel ocioſus quis habere ſoleat, uel Ro
manus,per te clementiſſime rex,per te,inꝗ,diſciplinæ ſtudia moliuntur iura
Barbaricæ gentis inuadere,quæ ſibi velut vernacula ꝓprietate ſolet inſcitiam
vendicare. Inuentus es,qui te ipſo potior extitiſſes. Dum ſic Aphricano prę ſi
des moderando regimini, ut magis deſyderes animæ ſpacia dilatare ꝗ regni,
hoſti venerabilis rex,& (ut non ambigo) firma tenes ſententia comprobatum
quanto melioribus inhęreat commodis,qui veritatem deſyderat noſſe,ꝗ qui
Studiũ re ſubactis gentibus,temporalis fines regni cupit latius ꝓpagare. Magnũ bo-
gis erro num confert inquiſitio ueritatis,quę tñ tũc deſyderato non fruſtratur effectu,
neum in ſi rectis ad ueri cognitionem lineis animus innitatur. Tũc etiam veloci prode
Arriana rit ingenio cucurriſſe,ſi tendentis ad ueritatem greſſus,nullo prauitatis teneať
ꝑfidia errore. Qualiter autem ſalubris eſt credulitas ęſtimanda,quæ putat in eo cul
tum religionis diuinę conſiſtere,ut uel naturali veritate ſit priuanda diuinitas.
Dum negatur in ea,quod non negať in hoĩe. Vel cum redemptionis noſtræ
peruertitur incerta confuſione myſterium,ut dñm Chriſtum,dei & hoĩs filiũ,
uel deum de patre naturaliter verum, uł hoĩem quis audeat negare perfectũ,
aut ſi ſubiacuiſſe diuinitas æſtimetur paſſionibus hoĩs, uel non totus homo ſu
iſſe credatur in uirtutibus deitatis. Ac ſic,non diſſimili ueritas euacuatur erro
re,ſi uel in una perſona ueri dei veriꝗ hoĩs Chriſti,quod diuerſum ſubſtantia
liter conſtat eſſe,confunditur,vel in diuinitate patris & filii & ſpũs ſancti,ſub-
ſtantiali diuerſitate credita,quod vnum atꝗ indiuiſibile Trinitatis eſt,ſeparať,
cum nec diuina ſimplicitas particularem ſibi diuerſitatẽ adſcribi permittat, vñ
non immerito compoſitioni ſubiaceat, nec rationalis intelligentia cultu diuer
ſitatis ullatenus egeat,quæ vnius tm̃ ſimplicis ſempiternæꝗ naturæ fidem,ad
Deu.6.A ſalutis ſuæ plenitudinem ſat eſſe cognoſcat. Vtpote,quæ non ignoret, ipſum
deum ſibi cæleſtibus oraculis intonare. Audi Iſrael, Dñs deus tuus, dñs vnus

eſt. Et Dñm deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies,& non erunt tibi dii abſq;
me. Sed nec illud eſt humanis mentibus ignorandum,quanto ſalutis mutetur
æternę diſpendio,quiſquis veri dei proprio vnigenitoq; filio,quantum ad di
uinitatis attinet immenſam ſempiternamq; ſubſtantiã,uel localis motionis uel
cuiuſq; mutabilitatis non metuat impiis mortiferiſq; contumeliam cogitatio
nibus uel ſermonibus inrogare. Vnde non immerito Dauidici carminis illos
ita condemnat eloquium. Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt deus, quia reue
ra,ſi localis,non ĩmenſus,ſi mutabilis non eſt deus. Certum eſt aũt,penè oẽs Errores
hęreticæ prauitatis errores hinc quibuſdam multipliciter ſubrepſiſſe,dum ma Hęretico
gnum pietatis ſacramentum,quod manifeſtum eſt in carne,iuſtificatum eſt in rũ ex ma
ſpiritu,apparuit angelis,prędicatum eſt gentibus,creditum eſt in hoc mundo, lo intelle-
aſſumptum eſt in gloria. Nonnulli,aut non ſicut eſt credunt,aut omnino non ctu circa
credunt. Et ille lapis,qui ab ædificantibus reprobatus,in caput factus eſt angu myſteriũ
li, quibuſdam prauæ credulitatis cæcitate poſſeſſis, lapis offenſionis & petra incarna
ſcandali efficitur. Vnde non immerito,cum Simeon infantem Chriſtum tem tionis.
pli dñm,ad templum ſuũ præcepto ſuæ legis allatum,gaudens ulnis meruiſſet
geſtare ſenilibus,& figuram gerens pręſentis æui,carnali ſenio iam defeſſi,no Luc.ii.D
uum vetulus hominem ſumeret,eum ſcilicet,qui ſolus poſſet ex peccatoribus
longæuo dicenti. Tu es Deus ſaluator meus,& te expectaui toto die,non ſo- Pſal.24.B
lum inolitam vetuſtatem demere,quin etiam iuuentutem,ſicut aquilæ,renoua
re. Vtpote cui etiam Apoſtolica tuba foret veraciter canitura. Sicut eſt ueri- Ad Ephe
tas in Hieſu,deponere uos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem ho ſios.iiii.C
minem,qui corrumpitur ſecundum deſyderia erroris, renouámini aũt ſpiritu
mentis veſtræ,& induite nouum hominem, eum qui ſecundum deum creatus
eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Ille igit̃ Simeon,mundanæ cernens adeſſe Ioã.iii.D.
ſaluationis ac renouationis effectum (non enim miſit deus filium ſuum,ut iudi
cet mundum,ſed ut ſaluetur mundus per ipſum) cum primum ſe uitæ præſen-
tis angoribus præcaretur abſolui,dicens. Nunc dimittis ſeruum tuum Dñe ſe Luc.ii.D
cundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod
paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium,
& gloriam plebis tuæ Iſrael. Paulo poſt hoc de ipſo teſtatur. Ecce poſitus eſt
hic in ruinam,& reſurrectionem multorum. Ibi ergo male credentibus rui-
nam perfidia generat, ubi recta credulitas fideles exaltat. In vno eodemq;
Chriſto,vero dei ueroq; hominis filio,minus perſpicientium tenebratur ha-
ctenus lippitudo, in quo inluminatis veri luminis claret manifeſta cognitio.
Inde eſt, ꝙ Iudæus hominem Chriſtum cæcus uidit, & cecidit. Cui iam pri- Cæcitas
dem Eſaias non deſtitit prædicare. Aure audietis, & non intelligetis, & uiden Iudęorũ.
tes videbitis,& non uidebitis. Quid uero eſſent non uiſuri uidentes,ſubſequu
tus oſtendit,dum deum ex virgine naſciturum euidenti uaticinatione teſtatur.
Ecce inquiens,virgo in utero concipiet, & pariet filium,& vocabitis nomen Eſa.vii.B.
eius Emanuel,quod interpretatur Euangeliſta, dicens. Nobiſcum deus. Au-
diens ergo Iudęus,remanſit ſurdus.& uidẽs,magis factus eſt cęcus, a quo nec

veri patris ſempiternus atq; unigenitus filius creditur,& incorruptæ virginita-
Error manichæi circa carnẽ christi. tis fœcunditas abnegatur. Hinc etiam Manichæus in Deo vero ueram car-
nem formidat credere,cum humanam carnem, non uitio culpæ, ſed naturali
credens proprietate pollutam,naturæ malignam ſibi mendaciter fingit. Tan-
tam virtutem cæcus attribuit,ut ſi crediderit,uerum deum ueram carnis aſſum-
pſiſſe naturam. Diuinitatem,quam fallaci profeſſione dicit inquinabilem, car-
nis non credat pollutionis expertem. Et ideo in Chriſto carnis phantaſiam cre-
dere maluit q̃ naturam. Et dum infirmitatem humanam, ab illa ſuſceptam,
Ex libro Sapiẽtiæ. refutatur error manichæi. medicinali uirtute,non uidit,ſemetipſum miſer a remedio ſalutis excluſit. Sed
hæc impuræ dementia falſitatis,ſancti ſpiritus præſcientia reſiſtente, prius eſt
extincta q̃ genita. Incoinquinabilem ſapientiæ ſtatum his uerbis inſtrumenti
ueteris ſerie commendante. Omnium mobilitatum mobilior eſt ſapientia, at-
tingit autem vbiq; propter ſuam mundiciam. Vapor eſt enim uirtutis Dei, &
Sa.vii.C. manatio quædam claritatis omnipotentis dei ſynceris, & ideo nihil inquina-
menti in illam incurrit. Splendor eſt enim lucis æternæ,& ſpeculum ſine macu-
la dei maieſtatis,& imago bonitatis illius,& cum ſit vna, omnia poteſt, & per-
Cõuincit̃ ex ep̃la b. Ioannis. manens in ſe,omnia innouat. De qua ſapientiæ incoinquinabilitate, atq; in-
carnationis veritate ſecurus ille,qui de pectore ipſius ſapientiæ myſteriorum
cæleſtium meruit intelligentiam inluminatus haurire,fiducialiter dicit. Omnis
i.Ioã.4. A ſpiritus,qui confitetur Hieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. Omnis
ſpiritus,qui non confitetur Hieſum Chriſtum in carne ueniſſe,ex deo non eſt.
Et hic eſt Antichriſtus,fetulentæ quippe carnis inquinamenta non ſenſit, qui
ad ſuſcipiendam veram ſubſtantiam carnis, & eandem mundandam carnis fe-
tulentiam uenit. Quoniam ideo carnem immaculatam dignatus eſt ſumere,ut
carnem ſaluans,omnem poſſet carnis maculam ſubmouere. Memorato rur-
Ibid.iii.A ſus Ioanne teſtante. Scimus,quia ille apparuit,ut peccata tolleret, & peccatum
in eo non eſt. Iterum. In hoc apparuit filius Dei,ut ſoluat opera diaboli. Nam
quia Dei opus,uinculo tenebatur diabolici operis, apparuit filius Dei, ut illud
i.Thimo. .iii.D ſolueret,hoc ſaluaret. Ignorat etiam Fotinus magnum pietatis, quod Apo-
ſtolus memorat,ſacramentum, qui Chriſti ex virgine fatetur exordium, igno-
rans in vno Chriſto ſic eſſe credendam ueritatem carnis ex tempore, ut ne-
ganda non ſit naturalis veritas ſempiternæ diuinitatis ex patre. Et propterea
non credit ſine initio ſubſtantialiter Deum natum ex Deo patre, in quo carnis
Ex initio Ioãnis mł̃ti cõfutãt̃ errores. veritatem confitetur ex uirgine. Non intelligens de patre Deo ſubſtantia-
liter natum illud verbum, quod in plenitudine temporum caro factum, ha-
bitat in nobis. Quod ſecundum diuinam, quam habet ex patre ſubſtantiam,
in principio erat, & apud deum erat, & Deus erat. Quibus tribus Euange-
liſtæ ſententiis, & ſempiterna verbi natiuitas, & perſonalis inconfuſa pro-
prietas. Et indiſcreta ſubſtantialis vnitas patris filiiq; monſtratur. Vt in
verbo caro facto, & habitante in nobis, quod in principio erat, ſempiterni-
tatis agnitio,ſuſpitionem cœptæ natiuitatis auferret. Quod apud Deum erat,

perſonæ utriuſq; incõfuſa proprietas, vnionem Sabelliani erroris excluderet. Quod autem deus erat, eſſentialis nominis ueritas, vnitatem ſubſtantiæ genitoris genitiq; monſtraret. Non enim dixit Ioannes. Deus dictus eſt uerbum, ſed deus erat verbum. Vt dñ in deo, ỽbo eſſentiæ diuinæ ueritas naturalis agnoſcitur, conſequenter non nuncupatiui, ſed naturalis nominis ueritas probaret. Veritas enim naturæ nunq; priuat nominis veritate. Ac ſic illa uerbi non prolatiui, ſed ſubſtantialis uera incarnatio tunc ſalubriter creditur, ſi æternum verbum, quod carnem ſuſcepit ex tempore, nõ initio exiſtendi ſubditum, non perſona cũ patre confuſum, non aliud natura credamus eſſe q; deũ. Sunt etiam quidam in eo q̃plurimum gratiæ ſaluatoris ingrati, quod in Chriſto, deo ſcilicet vero homineq; perfecto, ſic ſe aſſerunt accipere dei hominiſq; naturam, ut vnam falſam, alteram ſemiplenam non dubitent in dei filio prædicare ſubſtantiam. Nam ueram Chriſti deitatem nolunt credere, cuius ex deo patre ueram natiuitatem negant ſubſtantialiter extitiſſe. Volentes deo filio naturam ueri nominis adimere, cui nequeunt nomen naturalis ueritatis auferre. Dicunt enim in vnigeniti dei nomine, non naturalem ex patris generatiõe ſubſtantiam, ſed nuncupationem ſolius eſſe vocabuli, donatione conceſſam. Humanam quoq; naturam ſic in Chriſto credunt, ut quod eſt melius hominis adimant, quod eſt inferius, hoc relinquant. Et minus conſyderantes magnum pietatis, quod Apoſtolus memorat, ſacramentum, ab illa Mediatoris mirabili ſuſceptione, rationalem nituntur animam ſeparare, quã in mediatore dei & hominum penitus aſſerunt non fuiſſe. Aliud quoq; ab iſtis adiicitur, memorato errori piaculum, quo confuſionis admittũt teterrime cauponatum. Nam in vnitate perſonæ, in qua deus & homo vnus Chriſtus, inconfuſibilem atq; inſeparabilem utriuſq; ueritatem naturæ cõmendans, uerum ſe deum diuinis operibus, uerũq; hominem humanis paſſionibus demonſtrauit, in paſſibili habens, per quod homo creatus eſt ſanus, paſſibile ſuſcipiens, per q̃d ſanaretur infirmus. Sic iſti neſcio qua deceptione falluntur, ut quicquid dñs, veram formæ ſeruilis ſuſceptionẽ monſtrans, humiliter geſſit aut dixit, totum ad contumeliam diuinitatis deriuare nõ metuant, quam paſſioni mutabilitatis ſubiiciunt, dum utriuſq; naturæ ueritatẽ tam dictorum q̃ operum manifeſtatione clariſſima reſplendentem, nulla conſyderatione diſtinguũt, non attendentes, ubi demonſtretur infirmitas, ab inuicta & impaſſibili uirtute ſuſcepta, vbi per infirmitatem reſplendeant inuictæ virtutis inſignia. Atq; ita diuini myſterii fruſtrare conantur effectum. Quia re uera homo ſaluari non potuit, ſi uel ſuſceptor hoĩs naturaliter uerus deus non fuit, uel in dei ueri ſuſceptione aliquid hominis defuit. Et ut omne ſubmoueat dubitatiõis ambiguum, in una Mediatoris dei & hominum, hominis Chriſti perſona, perfectio diuinæ humaneq; ſubſtantiæ, ꝓpheticis eſt Apoſtoliciſq; teſtimoniis demonſtranda. Eſaias, ſicut ſupra memorauimus, dicit. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel, butyrum & mel manducabit, priuſq̃ ſciat aut proferat maligna, mutabit bonum, quoniã

Deꝰ erat ỽbũ naturalr̃ nõ nuncupatiue ſolũ.

Error aliꝰ negantiũ veram in chrõ deitatẽ ſimul & humanitatem.

Error aliꝰ eorꝫ q hu manitatis opa ĩ deitatẽ male referunt.

Mediatoris duplex natura ex ſcripturis demõſtranda.

priuſq́ ſciat puer bonum aut malũ, non credit malitiæ, ut eligat quod bonum eſt, & relinquetur terra deſolata, quoniam priuſq́ ſciat puer uocare patrem

Ex ẏbis Eſaię tria i chriſto ꝓbant, caro, aia, & diuitas

aut matrem, accipiet uirtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ. In hoc teſtimonio tota continetur ſalutaris myſterii plenitudo. Nam ueritas carnis in uirginali cõceptu cognoſcitur, & in electione boni anima intellectualis oſtenditur, & in Emanuel nomine vera deitatis natura monſtratur. Ac ſic in uero deo nec falſa fuit hominis, nec ſemiplena ſuſceptio. Dignum etenim fuit, ut in ſacramẽto redemptionis humanæ, nec ueritas defuiſſet perfectioni, nec perfectio ueritati. Nam ſi uera caro in Chriſto non fuit, quid in vtero uirgo concepit? Et ſi anima uel intellectus naturę in Chriſto defuiſſe credetur humanæ, quid in infante bonum malumq́ dicitur ignoraſſe? An illam diuinã filii dei naturam, ignorantiæ boni maliq́ ſubiicimus, ut humanam in Chriſto animam denegemus? Ita ne credendus eſt homo ſuſceptus a deo, quæ dei ſunt, aliquatenus potuiſſe ſapere, in quo ipſa ſapientia cognitione boni maliq́ dicit̃ caruiſſe? Anima igit̃ humana, quæ rationis capax naturaliter facta eſt, bonum malumq́ in infante Chriſto ñeſciſſe dicitur, quæ ſecundum euangelicam veritatem, in puero Hieſu ſapientia & gratia profeciſſe narratur. Sicut Lucas ponit & dicit. Puer autẽ creſcebat & confortabatur, plenus ſapientiæ, & gratia dei erat in illo. Et paulo poſt. Hieſus proficiebat ſapientia ætate & gratia, apud deũ & homines. Nam ſicut carnis eſt, ætate proficere, ſic eſt animæ, ſapiẽtia & gratia profeciſſe. Quę tamen in ſapientia nullatenus proficeret, ſi naturalem intelligentiam (quæ hominibus rõnis cauſa conceſſa eſt) non haberet. Non quia hoc ſuſceptor deus eguit, ſed quia hoc pro remedio noſtrę ſalutis effectus pię ſuſceptionis exegit, ut dum caro & anima rationalis a deo ſuſcipitur, vtraq́ pariter ſaluaret̃. Nam nec caro ipſa fuit a dei filio ſuſcipienda, niſi diuina fuiſſet ſuſceptione ſaluanda. Quod ſi deus carne nõ eguit, ſed ut eam ſaluaret accepit, ita nec anima rationali deus eguit, ſed eam ſaluandam cum carne ſuſcepit. Cuius animæ humanę ſuſceptionem, prophetico more Dauid ſanctus intimat dicens. Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Adiuuit utiq́ quam ſuſcepit, quam procul dubio, niſi ſuſciperet, non iuuiſſet. Neceſſarium autem reor, perfectam hominis in Chriſto ſuſceptionem, Euangelicæ quoq́ parabolæ recenſitione monſtrandam, ouis ſcilicet erraticæ, quam propriis humeris ſubuectam Dominus reportauit ad domum, cuius quærendæ Dauid iam pridem flagitabat lachrymabili poſtulatione ſubſidium dicens. Errauiſicut ouis quæ perierat, require ſeruum tuum. Cum ergo murmurarent Phariſei & ſcribæ dicentes. Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Refert Euangeliſta, ꝙ hanc eis Dominus parabolam dixerit. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponet in humeros ſuos gaudens. Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini

Vera in chrõ aia.

Luc.ii.F.

Pſal.liii.

Lu.xv.B.

Luc.ibi.

mihi, quia inueni ouē meam quę perierat. Hanc ouem, in qua peccatoris ho minis natura ſignatur, quali errore dicemus erraſſe? cordis an corporis? erro re pedum an errore morum? Non opinor quenq̄ ſic humanę cogitationis ex ortem, qui putet hoīem quomodolibet a deo longinquitatem habitationis, & non peruerſitate cogitationis errare. In uia dei, nō greſſu corporis, ſed mentis ambulatur inceſſu. Via dei fides eſt recta, quę in tantum uia prorſus oſtendi tur, ut in ea nos Apl̄us ambulare teſtet. Per fidem, inquiens, ambulamus, non per ſpeciem. Via dn̄i iuſtitia eſt, per quam ſe Beatus Dauid deductū eſſe com memorat dicens. Super aquam refectiōis educauit me, aiam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum. Viæ etiam dn̄i miſe ricordia & veritas, per quas vtiq̄ nō corporis greſſu, ſed animæ magis ambu latur affectu. Hanc nobis ambulandi doctrinam Beatus Ioannes intimat dicēs. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, quemadmodum ille ambulauit, & ipſe ambulare, qua via ſe præcipit Chriſtus ipſe ſequendum dicēs. Si uis perfectus eſſe, vade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cęlo, & veni, ſequere me. Non ergo corporali greſſu ſolo quiſq̄ ſequit̄ Chri ſtum, aut errat a Chriſto. Equidem erroris huius qualitatem dn̄s ipſe Salua torq̄ noſter, dum Saducæos increparet, oſtendit, dicens. Erratis, neſciētes ſcri pturas, neq̄ uirtutem dei. Propterea utiq̄ miſerabiliter errabant, quia illū qui dei uirtus eſt, neſciebant. Sicut ergo virtutis dei ſcientia tenax eſt cęleſtis itine ris, ſic eſt inſcitia mater erroris, quod etiam Beatus Dauid oſtendit, dicens de quibuſdam. Neſcierunt neq̄ intellexerunt, in tenebris ambulant. His atq̄ huiuſmodi teſtimoniis euidentiſſime demonſtrat̄, ouis illius errorem, non ſo lum corpori ſed etiam animæ deputandum, illa ſcilicet ratione, q̄m & ſi ab ho mine corporaliter videatur aliq̄d admitti peccatum, ex corde ſumit exordium nec extrinſecus quicq̄ perficitur, niſi hoc intrinſecus cogitationis iudicio por rigatur. Cuius rei ueritatē veritas nobis ipſa monſtrauit, ita diſcipulis loquens. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hoīem. In hoc igitur unuſquiſq̄ errat, in quo ſemetipm̄ malæ cogitationis aſſenſione cōma culat. Qua propter cum error iſte animæ ſimul intelligat̄ & corporis, ſi Dei filius abſq̄ anima rationali ſolam accepit hominis carnem, inferiorem partem illius ouis domum retulit, meliorem uero (quod abſit) errori perpetuo dereli quit. Nam manifeſtum eſt, q̄m hoc reuocauit, quod propriis humeris repor tauit. Si aūt ipſe totam ſe profitet̄ ouē propriis humeris impoſitam reportaſſe totus homo cognoſcatur in Chriſto. Q̄m tunc eſt hoīs credenda redemptio, ſi in filio dei ſuſceptionis humanæ, id eſt, ouis illius reportatæ, non defuit pleni tudo. Hoc enim deus in nobis ſaluauit, quod pro nobis accepit. Et illam Deus dei filius naturam fecit participem ſalutis æternæ, quam ſibi coniunxit in vni tate perſonæ. Illam in cęleſte palatium introduxit, cum qua ſponſus de thala mo uteri uirginalis exiuit. Ipſe enim tanq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit ut gygas ad currēdam uiā. Quis aūt moliat̄ dicere, ubi dei ſponſam

Quis errās pctōr eſt, a deo aberrans.

Viæ dn̄i, fides, iuſti tia, mīa, et veritas.

Errāt, neſcientes ſcriptu ras & uir tutē dei.

Pſal. 81.

Matthæi xv. C.

Ex pabo la ouis re portatæ, pbat̄ tot⁹ hō a chr̄o ſuſceptus

carnem fuiſſe,non aiam: cui animæ iam pridem dictum eſt,ab ipſo dño ꝑ pro

Oſe.ii.D. phetam. Et deſponſabo te mihi in æternum,& ſpõſabo te mihi ad iuſtitiam,& in iudicio,& in miſericordia & pietate. Cuius myſterii Eſaias quoq; teſtis fide

Eſa.lxi.C lis exiſtit,qui ex perſona Chriſti loquentis hæc dicit. Gaudens gaudebo in do mino,& exultauit anima mea in deo,qui induit me ueſtimentum ſalutis,& in dumentum iuſtitiæ circundedit me,quaſi ſponſum decoratum corona,& qua ſi ſponſam decoratam monilibus ſuis. Ecce vnus eſt ſponſus,eſt & ſponſa,qui ſe etiam aĩam habere teſtat̃. Quam ut oſtenderet,non ſine intellectu ſuſcepiã, cor(quod proprium eſt animę humanæ) ſimul cum carne in deo exultaſſe,ex perſona hominis ſuſcepti monſtrauit dicens. Cor meum & caro mea exultaue

Chriſtus ꝑ aniam ſuã eccleſiã in cõiugiũ recepit. runt in deum uiuum. Quia uero naturæ primitias ſucipiens dñs, ſicut in ſuo corpore cunctoꝝ fidelium corpus,ſic in ſua anima vniuerſorum fidelium ani mas per naturæ vnitatem & gratiam iuſtificationis accepit. Per hanc, oẽm ec cleſiam in coniugium ſibi perpetuæ incorruptibilitatis aſciuit, cuius deſponſio nis mirabile ſacramentum, ſic fidelis ſponſi ſeruus ipſi ſponſæ commendat, ut mentis intellegatur magis eſſe ꝗ corporis, dicens. Deſpondi enim uos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo aũt,ne,ſicut ſerpens Euam ſe duxit aſtutia ſua,ita corrumpant̃ ſenſus ueſtri, & excidant a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. Ibi ergo ſpiritalis adulter corrumpere quærit caſtitatem uirgi nalis matrimonii,ubi cernit cęleſti ſponſo fidem connubii debere ſeruari. Ina niter aũt animæ charitatem cuſtodiri mandat Apſus,ſi huius primitias coniun

Chrs caput, eccleſia corps recte dr. ctionis in ſe nõ habuit homo a deo ſuſceptus. Prgſertim cum caput & corpus Chriſtum eccleſiamq; doctor idem gentium prædicare non ceſſet,dicens. Se cundum operationem potentiæ virtutis eius,quã operatus eſt in Chriſto Hie ſu,ſuſcitans illum a mortuis, & conſtituens ad dextram ſuam in cæleſtibus,ſu pra omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationẽ, & omne nomen quod nominat̃,non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & oĩa ſubiecit ſub pedibus eius,& ipm̃ dedit caput ſupra oẽm eccleſiam,quæ eſt cor

Ephe.i.D pus ipſius plenitudo eius,qui oĩa in oĩbus adimplet. Alio quoq; loco dicitur Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe Saluator corpo ris. Quomodo ergo anima eccleſiæ poterit ſaluari,ſi defuit aĩa ſaluatori: vel qualis effectus liberationis credetur ſequuturus in corpore, qui nõ præceſſit in corpore: Nam ſicut ſuis fidelibus dicit. Si uos filius liberauerit, tunc uere li

Io.viii.D. beri eritis. Ita de ſe quoq; pronũciat. Quia factus eſt ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Quod ergo caput liberum fecit in ſe,hoc etiam liberauit in corpore. Quia intrans in domum fortis,atq; alligans fortem,hoc ibi a ſerui tio liberauit,quod primitus in ſe pro ſeruo ſuſcepit,nec aliud eſt in corpore re

Alia rõ ex Paulo gnantium,ꝗ quod in capite proceſſit ad cælum. Cuius rei credulitatem fi deliter ac fiducialiter gerens Paulus exultat & dicit. Noſtra aũt cõuerſatio in cælis eſt. Ibi itaq; ſuam animam conuerſari non ambigit,ubi humanam animã in Chriſto regnare cõfidit. Propter quod etiã Colloſſenſes huiuſcemodi præ dicationis hortatur eloquio dicens. Si conreſurrexiſtis cum Chriſto,q̃ ſurſum

ſunt quęrite,

ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt, in dextera dei ſedens. Nec illud eſt aliquate-nus omittendum, quod cum magno prędicationis miraculo Petrus cōmendat in Chriſto. Quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sic em̄ dicit. Chriſtus pro nobis mortuus eſt, uobis relinquens exēplum, ut ſequamini ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nam ſi dei filius aīam humanam in carnis ſuſceptione non habuit, & hoc Beatus Petrus de eius creditur diuinitate dixiſſe, quid eſt, quod pro magno in laudem dicitur Chriſti? quia diuinitas eius īmunis eſſe potuit a labe peccati, cū dei ſit proprium, non ſolum non peccare, ſed etiam a peccato ſaluare. Qui propterea ſolus poteſt donare indulgentiam, quia ſolus admittere non poteſt culpā. Ideo ſolus eſt vulneratorꝝ medicus, quia diuina natura nūq̄ in ſe recipit vulnus. Si aūt hoc ad Chriſti carnem creditur referendum, quomodo ab aīabus noſtris ſeruari iuſtitia poterit? quibus exemplum Aplīce memoratum ſuſceptio Chriſti non dedit. Sed ut oſtenderet Beatus Petrus, & in aīa ſimul & in carne Chriſti ꝓceſſiſſe iuſtitiam, quam nobis imperat imitandam, ſequutus, adiunxit. Qui cum malediceretur, non remaledicebat. Quod proprie ad animæ patientiam pertinet. Propter quod & alio loco dicit. Non reddētes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, ſed econtrario, benedicentes. Quia in hoc uocati eſtis, ut benedictionem hęreditatis poſſideatis. Cuius benedictionis Saluator noſter ex corde prodire cōmendat exordium, dicens. Homo bonus de bono theſauro cordis ſui proferet bona. Conſtat ergo in anima beneuolentiam eſſe vnde benedictionem poſſimus maledicentibus rędhabere. Vt aūt Beatus Petrus, & animæ nobis & carnis in Chriſto demonſtraret exemplū, cum dixiſſet. Qui cum malediceretur, non remaledicebat. Sequutus adiunxit. Cum pateretur non cōminabatur. Cōmendabat aūt iudicanti iuſte, qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo, ſuper lignum, ut a peccatis noſtris ſeparati, cum iuſtitia viuamus, cuius liuore ſanati eſtis, qui ſicut oues errabatis. Sed nunc cōuertimini ad paſtorem & viſitatorem animarꝝ veſtrarum. Eſt igiť dei filius animarꝝ noſtrarum uiſitator & paſtor, quia fieri dignatus eſt aīæ humanæ ſuſceptor. Cui ex perſona futuræ ſuſceptionis humanæ diciť in Pſalmo. Suſcipe me ſecundū uerbum tuum & uiuam. Chriſtus ergo paſtor noſter eſt, cuius nos oues eſſe, Aplīca teſtať authoritas, qui tñ, ut plene ſuſceptorem ſe noſtræ naturæ dignaretur oſtendere, nō ſolum paſtorem, ſed & ouem ſe non dedignatus eſt appellare, vtpote de quo, ſancto ſpiritu actus propheta, teſtatur. Sicut ouis ad victimam adductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine uoce, ſic non aperuit os ſuum. Et ipſe per Hieremiam. Ego ſicut agnus innocens adductus ſum, ut immolarer & neſciui. In me cogitauerunt cogitationem malam dicentes. Venite mittamus lignum in panem eius. De quo etiam Ioannes Baptiſta ꝓclamat. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pctā mundi. Non diſſimilia de Chriſto Petrus quoq; ponit Aplus dicens. Scientes, q̄ non corruptibilibus argento uel auro redempti eſtis, de uana ueſtra cōuerſatione paternæ traditionis, ſed præcioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati & immaculati Hieſu Chriſti. Vnus igiť idemq;

Melior adhuc rō ex Petro, de anima Chriſti

i. Pe. iii. C

Chrſ̄s recte & paſtor & ouis ac agn9 dr̄.

Ioan̄. i. B

mediator dei & hoim,homo Chriſtus Hieſus ipſe paſtor & ouis. Ipſe ſponſus
& ſponſa,ipſe ſacerdos & uictima,vnus idemq́ & oblator muneris & munus
factus eſt oblatoris,ut nec oblator a muneris qualitate deſciſceret, nec munus

Alia rõ ex Leuitico, Quia Chr̃s cũ eſſet pontifex, integer ut eſſet hõ, ex lege tenebatur.

oblatoris merito diſcreparet. Qui ſi minus aliquid habuit humanæ naturæ,
nec perſonam ſumere pontificis,nec offerri potuit pro peccatis. In lege enim
ſacerdotio fungi non poterat,ſiquis homo minus aliquid habuiſſet in ſe. Nec
vitioſum uel imperfectum pecus ad ſacrificium cuiq̃ licebat offerre. Pontificẽ
vero noſtrum Hieſum Chriſtum eſſe quis ambigat? Quem ſub hac Paulus
euidenter appellatione cõmendat. Habentes aũt, inquiẽs, pontificem magnũ
qui penetrauit cælos, Hieſum filium dei teneamus confeſſionem. Non enim
habemus pontificem,qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris. Tentatum
aũt per omnia pro ſimilitudine abſq́ peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad
thronum gratię,ut miſericordiam conſequamur,& gratiam inueniamus in au
xilio oportuno. Vt aũt humanæ naturæ hoc pontificatus officium demõſtra

Heb.v.A

ret,adiecit. Omnis nãq́ Pontifex ex hoĩbus aſſũptus, pro hoĩbus conſtituiẗ
in his quæ ſunt ad deum,ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis,qui condole
re poſſit his,qui ignorãt & errant,qm̃ & ipẽ circũdatus eſt infirmitate. Et pro-
pterea debet,quẽadmodum pro populo,ita etiã pro ſemetipſo offerre ꝓ pec-
catis,nec quiſq́ ſumit ſibi honorem,ſed qui uocatur a deo,tanq̃ Aaron. Sic &
Chriſtus non ſemetipm̃ clarificauit, ut pontifex fieret, ſed qui loquutus eſt ad
eum,filius meus es tu,ego hodie genui te. Quem tamen pontificem dicit ꝑ oĩa
pro ſimilitudine abſq́ peccato tentatum. Per quæ aũt oĩa tentatus fuerit,ſu-

Ibid.ii.D.

perius euidenter oſtendit dicens. Nuſq́ enim angelos apprehendit,ſed ſemen
Abrahæ apprehẽdit,vnde debuit per oĩa fratribus ſimulare,ut miſericors fie
ret,& fidelis pontifex ad deũ, ut repropiciaret delicta populi. In eo enim quo

Alia rõ ex Paulo q̃a chriſtꝰ & in carne & in anĩa tentatꝰ ẽ.

paſſus eſt ipſe,& tentatus,potens eſt,his qui tentanẗ auxiliari. Si ergo in eo
q̄ tentatus eſt,tentatis auxilium donat profecto in quo tentatus non eſt,tenta
tis auxilium nõ miniſtrat. Quo conficiẗ,ut hi qui Chriſto ſolam carnem huma
nam aſſignant,& aĩam denegant,in ſola carne quęrant auxilium Chriſti,in ani
ma uero remaneant deſtituti,filius dei nanq́ hoc adiuuat in hoĩe, quod ſuſce-
pit pro hoĩe. Quod ſi & in anima & in carne ꝓmereri Chriſti delectanẗ auxi
lium,fateanẗ neceſſe eſt (ſicut veritas habet) & in anima pariter & in carne ten
tatum. Et anima igiẗ humana & caro ſimul eſt in Chriſto tẽtata. Quod ſi ſimul
eſt in Chriſto & aĩa & caro tentata,ſimul eſt ab eo vtraq́ ſuſcepta. Et ſi utrãq́
dignatus eſt ſuſcipere,utranq́ dignatus eſt ſine dubitatione ſaluare. Dignum
nanq́ fuit,noſtręq́ ſaluti cõueniens, ut deus uerꝰ ex uero patre ſolus ſubſtan
tialiter natus,ueram hoĩs,quam ipſe fecit,animã carnemq́ ſuſciperet, in utraq́
cum tentatore pugnaret,in utraq́ vinceret, ac deinceps in utraq́ tentatis ſub-
miniſtraret auxilium,cum in utraq́ infirmis ac morituris victoriæ præberet
exemplum. Illa quoq́ ſententia ſacramentum Mediatoris manifeſto demon

Lu.xix.B

ſtrat indicio,quam ipſa veritas ꝓtulit, dicens. Venit enim filius hoĩs ſaluum fa
cere,& q̃rere,q̃d perierat. Adtendamus igiẗ,quid perierit terræ in hoĩs lapſu,

& agnoſcamus

& agnoſcamus quid quęſitũ fuerit hominis cæleſtis aduentu. Conſyderemus quid in ſe peccato uendiderit ſeruus, & apparebit, quid ſuſcipiendo redemerit Dominus. Adtendamus, quid latro in hominis ſeductione vulnerauerit, ut dareat, quid medicus in hominis ſuſceptione ſanauerit. Nonne ex carne ſimul animaq́; compoſitus, præceptum dei homo primus accepit? Quod ſi in vtraq́; præceptum dei cognoſcitur accepiſſe, in utraq́; debuit obedientiam p̃cepti ſeruare. Si autem in vtraq́; fuit parendum pręcepto, ab utraq́; ammiſſa eſt tranſgreſſio. Quoniam ſicut eſt inchoatum animę cupiditate peccatum, ſic eſt carnali comeſtione perfectum. Et ideo q́ totus homo reatum tranſgreſſionis admiſit, totum ſibi diabolus captiuauit. Quod ſi totus tenebatur captiuitatis vinculo, totus eguit liberatoris auxilio. Si autem totum debuit liberare pietas, totum debuit ſuſcipere diuina maieſtas. Totius ergo fuit hominis a deo ſuſcipienda natura, quoniam in toto fuit captiuitas captiuanda, ut tota ſimul acquireretur de captiuata captiuitate victoria. Et ſecundum prædicationis Apoſtolicę ſententiam, captiuam ducens captiuitatem, Principatus & poteſtates traduceret confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Ad extremum dicatur. Cur ab illa ineffabili diuinitate non fuerit animę natura ſuſcepta cum carne? Vtrum a deo non fuerit facta? an peccato non fuerit uiciata? an carne uiliorem vniuerſalis medicina deſpexit? an peccati vulnere ſauciatam omnipotens curare nequiuit? Sed horum primum poſtremumq́ qui ſentiunt, & aduerſus virtutem creatoris, & contra potentiam ſaluatoris rebelles exiſtunt, ſi uel aliquam creaturam putant a deo non factam, vel ad ſalutem animæ conferendam poteſtatem dicunt omnipotentis inualidam. Duobus uero mediis, nec peccatum conſyderant rationalis creaturæ, nec meritum, non intelligentes, carne ſua viliorem eſſe non poſſe, quæ uitam tribuit carni, & illam grauius vulneratam, quæ per intelligentiam magis potuit reſiſtere tentatori. Illa igitur omnipotens uirtus, & pia ſapientia, nec deſpexit uelut extraneam, quam a ſe nouerat factam, nec ſpreuit ſanandam, quam ſciebat grauius vulneratam. Nec eam quam carne potiorem fecit, a remedio ſalutis excluſit. Sed ſicut totum hominem diabolus decipiendo percuſſit, ita deus totũ ſuſcipiendo ſaluauit, ut agnoſceretur idem creaturæ totius conditor & redemptor, qui potuit & quod non erat facere, & quod dilapſum fuerat, reparare. Cunctos præterea qui ſalutis eſſe cupiunt æternæ participes, oportet agnoſcere pariter & tenere, non incaſſum hominem Hieſum chriſtum mediatorem dei & hominum nuncupatum, niſi quia idem Deus totam in ſe naturam ſuſcepit hominis, & idem homo totam in ſe habet ſubſtantiam deitatis. Nam quia per peccatum homo fuit ſeparatus a deo, inter deum iraſcentem, hominemq́; peccantem, talis utiq́; mediatoris debuit interuenire perſona, quę ad propitiandum deum homini, totum uerumq́; in ſe deum de deo natum haberet, & ad reconciliandum hominem deo totum uerumq́; in ſe de homine natum hoĩem contineret. Atq́; ita ex utroq́; in utroq́; vnus Chriſtus eſſet, ut plenitudo deitatis ſuſceptã nõ cõſumeret, ſed

Alia rõ a diuiſione ꝑ quatuor mẽbra

Alia rõ ex nomĩe mediatoris, ut habeat in ſe totam naturam.

proueheret hominem. Et plenitudo humanitatis, nec minoraret immenſum, nec mutaret impaſſibilem deitatem. Ac ſic hominis natura, quæ mutata fuerat in deterius, per illum tota redintegraretur, quo nihil eſt melius. Propterea ſe Mediator dei & hominum, plenum deũ plenumq́ꝫ dignatus eſt hominem demonſtrare.

Aliæ q́ꝫ rõnes, ex diuerſis ſcripturæ locis.

Quod ſi quis ambigit, aut omnino non credit, eligat, vtrum ſi bi nomine an opere uelit, quod aſſerimus, demonſtrari. Neqꝫ enim ſcriptura ſancta in vno eodemq́ꝫ Chriſto, aut Dei vocabulum prætermiſit, aut hominis, Euangeliſta dicente. In principio erat verbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et paulo poſt. Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis. Illud utiqꝫ verbum carnem factum aſſerit, quod Deum eſſe, ſuperius memorauit, vt oſtenderet eũdem verum deum ex patre, qui eſt homo verus ex homine. Oſtendit præterea, in quo naturaliter ſempiternum credamus ex deo patre, & in quo temporaliter ex homine factum hominem debeamus accipere. Aliud in exordio, aliud in ſubſequentibus monſtrans. Aeternitas igitur filii dei aſſeritur, dum uerbum deus in principio prædicatur. Ibi verbum non dicit factum, quod ex patre nouerat genitum. Ibi non eſt tem poris nomẽ, vbi ſempiternitas nec initium poteſt habere nec finem. Cum aũt uenitur ad carnis vocabulum, tunc uerbum caro dicitur factum, ut agnoſcamus, eum, qui factus nõ erat ſed natus de patre ſemper erat, tunc fieri uoluiſſe.

Gal.4.A. Quando quod fecerat factus opus ſuum dignatus eſt reparare. In hoc facto Beatus quoqꝫ Paulus, ſicut veritatem hominis, ſic veritatem curauit temporis profiteri, dicens. Cum autem venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, ut ado ptionem filiorum reciperemus. Hoc ipſum ubiqꝫ prophetis congruens Apo ſtolica ſeruat auctoritas, ut factum prædicans Chriſtum, & quid factus ſit, & vnde factus ſit, euidenter oſtendat, vt agnoſcatur, rerum omnium dominum, ſic formam ſuſcepiſſe ſeruilem, ut non aliunde, ſed ex homine veram ſuſceperit

Pſal.86. carnem. Dicit igitur Dauid. Mater Syon dicet homo, & homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. Ecce in vno Chriſto, ſicut vna perſona indu bitanter aſſeritur, ſic ueritas dei atqꝫ hominis inconfuſa monſtratur. Qui enim homo factus eſt in ea, ipſe fundauit eam altiſſimus. Huic dicto illud Apoſtoli-

Ro.ix.A cum prorſus eſt comparandum, Quorũ patres, ex quibus Chriſtus ſecũdum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Quod Dauid dicit. Et homo factus eſt in ea. Hoc Paulus firmat, dicens. Quorumꝗ patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem. Quod autem Dauid aſſerit. Ipſe fundauit eam altiſſimus. Hoc Paulus ſequitur dicens. Qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula. Teſtamentum vetus concinit nouo. Dauid Ioanni cõcordat & Paulo. Quem verum hominem dicit Dauid. Quia mater Syon dicet homo, & homo factus eſt in ea, eundem verum deum credit & prædicat. Quia ipſe fundauit eam altiſſimus. Quem verum hoĩem nouit Ioãnes, audiens eum dicentem.

Quæritis me

Queritis me occidere hominem,qui ueritatem loquutus ſum vobis. Eundem verum deum monſtrat,dicens. Hic eſt verus deus & vita æterna. Verum hominem Chriſtum recognoſcit, quia verbum caro factum eſt,& habitabit in nobis. Eundemq́ uerbum deum oſtendit,quia in principio erat verbum, & uerbum erat apud Deum,& Deus erat verbum. Quem verum ſciebat hominem Paulus,quia voluntarie pietate factus eſt ex muliere Dominus hominis, & factus eſt ſub lege dominus legis. Sicut ipſe teſtatur. Quia miſit deus filium ſuum,factum ex muliere,factum ſub lege. Et quia factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Et quorum patres,ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, eundem uerum deum confiteri non ceſſat,dicens. Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Neq́ uero illud ex aduerſo neſcimus opponi. Quod cum verbum caro factum dicitur,& factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem,& quorum patres ex quibus Chriſtus ſecundum carnem. In ſupra dictis locis ita quorundam carnalis ſenſus carnis nomine teneatur,vt ſuſcepta carne non credatur Chriſtus etiam rationalem animam ſuſcepiſſe. Sed qui ſic ſentiunt,minus attendunt, id eſſe locutionis humanæ, qua nonnunquam totum ſignificatur a parte. Nouerint igitur in ſcripturis ſanctis,aliquando carnis tantummodo nomine,nonnunquam animæ ſolius uocabulo,totum hominem demonſtrari. Cuius rei veritatem,non ſolum ex vetere teſtamento,verum etiam ex nouo,facile perdocebo. Dauid carnis nomine totum ſignificat hominem, dicens. Exaudi Deus orationem meam,ad te omnis caro ueniet. Quid eſt aũt omnis caro, niſi omnis homo? Similiter ab eodem in alio pſalmo dicitur. In Deo ſperabo,non timebo,quid faciat mihi caro. Et ut oſtenderet,q́ carnis nomine totum hominem deſignaret. Paulo poſt identidem dicit. In deo laudabo uerbum,in Deo laudabo ſermonem,in Deo ſperabo, non timebo, quid faciat mihi homo. His dictis Eſaiæ quoq́ dicta concordant,cum Saluatoris noſtri aduentum in carne prænuncians dicit. Erunt praua in directa,& aſpera in uias planas,& uidebit omnis caro ſalutare Dei. Quid eſt autem omnis caro,niſi oĩs homo? An forſitan exanimem ſic leuabimus carnem,ut illi non dubitemus diuinã tribuere uiſionem? In nouo quoq́ Teſtamento,ipſe humani generis creator & dominus,carnis nomine totum reperitur hominem nũcupaſſe, dum tribulationis extremæ prænuncians qualitatem,hæc diſcipulis loquitur. Erit eñ tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mundi uſq́ modo,neq́ fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi,non fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Animæ quoq́ uocabulo totum ſignificari hominem veteris ita demonſtrat ſeries teſtamenti,cum dicitur. Erãt autem vniuerſæ animæ de Iacob quinq́ & ſeptuaginta. Rurſus in eodem teſtamento. Anima quæcunq́ deliquerit,ante Dñm,nolens in omnibus præceptis dñi,quæ non oportet facere,& fecerit vnum de his,ſiquidem princeps ſacerdos qui unctus eſt deliquerit,nec ſic plebs faciat,offerat pro delicto ſuo,in quo deliquit,uitulum ex bubus imaculatum Dño. Ecce anima dicitur,& ſacerdos vnctus deinceps nuncupatur,ut cum animam audimus,totũ ſimul hominem cognoſcamus. Nec in

Idẽ ſentit Paulus

Rom.i.A

Ibid.ix.A

Caro pro toto hoĩe

Pſal.lv.C

Eſai.xl.A

Matthei. xxiiii.C.

Aĩa pro toto hoĩe.

Leuitici. iiii.A.

nouo teſtamento huius ſignificationis potuit deeſſe locutio,ſiquidem cum ſan cti ſpūs aduentu firmati diſcipuli,reiecta formidine,publicæ prædicationis au ſpicarentur officium,conſummato Petri ſermone, Liber Actuum Apoſtolo‑
Act.ii.D. rum,Luca narrante,ſic continet. Qui ergo receperunt ſermonem eius, bapti‑ zati ſunt,& appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia. Quiſquis hic ani‑ marum nomine ſignificatos homines nititur denegare, oſtendat neceſſe eſt, qualiter ab Apoſtolis ſine corporibus aïæ credantur ſacramentum baptiſma
i.Pe.3.D. tis accepiſſe. Simile huic loco quiddam Beatus quoq; Petrus ſic in ſua ponit epiſtola. In diebus Noę,inquiens,cum fabricaretur archa,in qua pauci,id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Cum ſit igitur manifeſtum,ſcriptura rum more,totum hominem aliquando carnis, aliquando ſolius animæ uoca‑ bulo deſignari,profecto monſtratur,cum Euangeliſta dicit. Verbum caro fa‑ ctum eſt. Propterea utiq;,Mediator dei & hominum homo Chriſtus Hie ſus ab Apoſtolo prædicatur. Nam quia deus erat uerbum,in eo quod Deus totum hominem ſuſcepit pro nobis. Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis. Verbum utiq; caro factũ eſt,in eo,ꝙ eſt vna in Chriſto dei hominiſq; perſona. Habitauit autem in nobis,quia in Chriſto uera totaq; permanet di‑ uina humanaq; ſubſtantia. Verbum enim habitans in homine, non eſt muta‑ tum in hominem. Vbi autem maxime verbum potuit habitare: ꝙ in illa ſub ſtantia,quam ad ſuam imaginem fecit,hoc eſt, in anima illius hominis quem ſuſcepit. Quod prophetice per Salomonem ſpiritali gratia cernimus intima‑ tum,cum dicitur. Anima iuſti,ſedes eſſe ſapientiæ. Nam ut oſtendatur Chri‑

Mediator igitur Chriſtus totũ hominẽ ſuſcepit.

Eph.3.C. ſtus in animæ ſubſtantia ſpecialiter habitare. Paulus nobis porrigat ſuæ adte‑ ſtationis in veritate ſubſidium,qui dicit. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Dñi noſtri Hieſu Chriſti,ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur,ut det uobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ uirtute corroborati per ſpiritum eius in interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. Ecce & animam nominat & cor appellat,ubi Chriſtum habitare confir mat. Vnde liquido cognoſcitur, verbum deum totum hominem ſuſcepiſſe, cum probet habitationẽ filii dei in anima magis ꝙ in carne monſtrari. Huius inſeparabilis veritas ſacramenti,quo totum hominem ſuſcipere dignatus eſt deus,& totus in deo monſtratur homo manere ſuſceptus. Et id quod de homi ne naturaliter eſt,filium dei,& id quod de deo patre naturaliter eſt, filium fe‑ cit hominis appellari. Dicente angelo ad Mariam. Spūs ſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideo quod naſcetur ex te ſanctum, uoca bitur filius dei. Marci quoq; non diſcordat aſſertio, tale ſcilicet Euangelio ſuo ponentis exordium. Euangelium Hieſu Chriſti filii Dei. Nathanael quoq;, de quo dixerat. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Non cunctatur Dei fi‑

Propt duas i Chr̃o naturas & hõ filiꝰ dei,et deꝰ filiꝰ hoīs appellat̃

Ioañ.i.G. lium appellare. Rabbi, inquiens, tu es filius dei, tu es rex Iſrael. Vbi Hieſus,ut plenum pietatis ſuæ myſterium demõſtraret,non ſolum id, quod de patre na turaliter ſemper eſt libenter audiuit,ſed etiam quod ex muliere miſericorditer factus eſt,euidentiſſime prædicauit dicens. Amen amen dico vobis,vid ebitis

cælum apertum & angelos dei aſcendentes & deſcendẽtes ſuper filium hoīs.

Propter hanc in Chriſto vnitatem perſonæ,& inconfuſam veritatem diuiæ Eſai.ix.B.
humanæq́ʒ ſubſtantiæ,vnus idemq́ʒ Chriſtus & puer ab Eſaia dicitur,& filius
ac deus pariter prædicatur. Sicut, inquit,puer natus eſt nobis, filius datus eſt
nobis,cuius principium ſub humeros eius,& uocabitur nomen eius admirabi-
lis,conſiliarius,Deus fortis. In vno Chriſto non ſunt duæ perſonæ,ut alius pu
er & alius deus fuerit nuncupatus. Sed in una perſona eſt deus plenus, & ho-
mo perfectus,quia ſubſtantialiter aliud puer & aliud deus, cum tamen perſo-
naliter non ſit alius puer & alius deus. Vnus enim filius & puer & Deus, quia
puer,qui natus eſt nobis,& idem filius qui datus eſt nobis,uocatur nomẽ eius
admirabilis,conſiliarius,deus fortis. Hic tamen puer ſicut ueram carnem,ſic In Chr̃o
& ueram habuit animam,vt illa uera diuinitas totam hominis & renouandam ỹa caro
ſuſciperet,& ſuſceptam poſſet renouare naturam,ſicut ſuperi⁹ eſt,Luca teſtan & ỹa aĩa.
te,monſtratum. Quia puer,id eſt,Hieſus,proficiebat ætate & ſapientia & gra
tia apud deum & homines. Propterea in ſe nec carnis nomen nec animæ,do
minus ipſe prætermiſit oſtendere. Carnem quidem ſe habere ueriſſimã mon
ſtrans,cum dicit. Quod naſcitur de carne,caro eſt. Cuius plena ueritas operũ Ioã.iii.B
quoq́ʒ manifeſtatione reſplenduit,cum infans natus,non ſolum cunis inuoluit
& anguſto preſepe concluditur,ſed etiam circũciſionem ſuſcipiens,carnem ue
ram habere monſtratur. Præterea etiam poſt reſurrectionem diſcipulos cun
ctantes informat dicens. Palpate & videte,quia ſpiritus carnem & oſſa nõ ha Luc.vl.F
bet,ſicut me videtis habere. Animam quoq́ʒ ſe ſuſcepiſſe cum carne,nec nomi
ne ceſſauit intimare,nec opere, dum dicit. Animam meam pono pro ouibus
meis. Et anima mea turbata eſt. Et cætera,quæ inferius oſtẽdentur. Hanc ani Ioã.x.C.
mam non ſine intellectu rationali ſuſceptam a Chriſto,per Eſaiam ſic diuinum Ibi.xii.B.
demonſtrat oraculum. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur & magnifica-
bitur uehementer. Et quanq̃ multa ſuperſint,quibus noſtra firmetur aſſer Vltia rõ,
tio,tamẽ, quoniam ad finem libelli ſeries orationis noſtræ feſtinat,de Actibus ex actib⁹
quoq́ʒ Apoſtolorum euidentiſſimum huius ſacramenti indicem beati pone- Apl'orũ,
mus Apoſtoli Petri ſermonem,quem de illa mirabili muſti ſpiritalis ebrietate de ỹa car
ructauit. Hinc etenim,cum ex authoritate diuina Iudæos informans,Dauidis ne & aĩa
tñ poſuiſſet eloquium,quod diuinitus edoctus,e Chriſti perſona cecinerat,di- Chriſti.
cens. Prouidebam dominum coram me ſemper,quoniam a dextris eſt mihi ne
commouear. Præterea iocundatum eſt cor meum,& exultauit lingua mea.In- Pſal.xv.
ſuper & caro mea requieſcit in ſpe,quoniam non derelinques animam meam
in inferno,nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi feciſti
uias vitæ. Adimplebis me iocũditate cum facie tua. Quod teſtimoniũ Pſalmi
cum Beatus Petrus cõmemoraret,ut hoc de Chriſto manifeſte dictum oſten-
deret,ſequutus adiecit. Viri fratres,liceat audenter dicere ad uos, de Patriar- Act.ii.C.
cha Dauid, quoniã & defunctus eſt & ſepultus eſt, & ſepulchrũ eius eſt apud
nos uſq́ʒ in hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia iureiu
rando iuraſſet illi Deus,de fructu lumbi eius ſedere ſup ſedem eius, puidens lo

quutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neq; derelicta eſt anima eius in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem. Hoc equidem teſtimonium propterea præſenti loco duximus inferendum, ut euidens nominum rerumq; diſtinctio carnem ſimul & animam doceret in Chriſto. Cæterum oportunior ei ſuus exhibebitur locus, cum de myſterio loquemur dominicæ paſſionis, vbi etiam illud quod dixit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Et nunc anima mea turbata eſt. Et maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ ut aîam ſuã ponat qs pro amicis ſuis. Speramus ita, Domino adiuuante, tractanda, ut appareat, ueram in Chriſto carnis animæq; ſubſtantiam, non ſolum uocabulis, uerũ etiam manifeſtis naturalium officiorum indiciis demonſtratam.

Hęc lati⁹ in tertio libro tractabunť

Proinde, ſi ueritas noſtræ ſalutis in ſaluatore crediť, conſequenter in uno eodemq; mediatore Dei & hoĩum homine Chriſto Hieſu, diuinæ humanæq; ſubſtantiæ indiuiſa & inconfuſa perfectio non negetur, quoniam Dei filius, de patris ſubſtãtia genitus, nec ſempiternitatem diuinæ naturæ perdidit, dum hoc, quod erat temporale, pro temporalium æterna ſalute ſuſcepit. Nec dominio naturalis ac ueræ diuinitatis caruit, qui ueritatem formæ ſeruilis acceptam interminabili & inamiſſibili dominio ſublimauit. Nec uera uirtus, cum noſtram infirmitatem ſuſciperet, infirmari potuit, quæ uitium infirmitatis ab infirmo ſubmouit. Nec imperfectus eſſe potuit, qui perfectionem imperfecto conceſſit. Nec localiter ad infernum diuinitas Chriſti deſcendit, quæ ſine mole ſic vbiq; tota conſiſtit, ut licet ea carere nullus locus poſſit, localiter tamen eam locus ullus continere non poſſit. Eſt enim illa dei vera infinitaq; ſubſtantia ineffabiliter in ſingulis creaturis tota, & in omnibus tota, non minoratur in minimis, nec augetur in magnis, nõ concluditur tẽpore, non circũſcribitur quantitate, nõ initio cœpta, non termino finiẽda. A qua totus homo, & creatus eſt ad iuſtitiam, & ſine peccato ſuſceptus eſt poſt ruinam. Nunc igitur, quoniam de ſacramento Mediatoris (quantum ipſe, qui Verbum patris eſt, gratiæ ſuæ dona conceſſit) diſputationis ueritas nihil dereliquit ambiguum, quo vnus idemq; Chriſtus totam naturaliter habere deitatem ex patre, & totam hominis naturam habere monſtraretur in homine.

Epilogus primi libri de diuia & humana natura Mediatoris ĩ una perſona.

Illud eſt deinceps prouidendum, q̧ nonnullos carnaliter quæ diuina ſunt, cogitantes, eo grauius conceptæ falſitatis error cõfundit, quo diuinitatem Chriſti, aut localiter de cælo ueniſſe, aut ad infernum deſcendiſſe localiter fateantur. quiq; etiam Chr̃m in carne paſſum firmare non dubitant etiam diuinitate compaſſum. Harum ergo rerum demonſtrandæ (quantum ſat erit) veritati, ſingulos deputaui curare libellos, ut alter immenſam filii Dei diuinitatem oſtendat. Tertius vero myſterium dominicæ paſſionis maniſeſtiſſima rerum claritate contineat. Hunc itaq; primum libellum, ſeruata diſputandi temperies claudat, ut ad ea, quæ ſunt deinceps diſputanda, Deus nobis oſtium ſermonis aperiat.

Argumẽtũ ſubſequentiũ duorꝝ librorum

B. FVLGENTII AD TRASIMVNDVM REGEM, LIBER SECVNDVS, DE IMMENSITATE DIVINITATIS FILII DEI.

QVOTIENS HVMANÆ CONDITIONIS INFIRMI
tas ſemetipſam protinus cognitura, fines molitur aliquatenus Incōphē
ſuæ paruitatis excedere, atq; cæleſtis inluminationis pregna ſibilitas
ta cōceptu. Conditoris ſui ac redemptoris inquiſitionem cœ trinitatis
perit parturire, ſola, quantum arbitror, immutabilis illa ſempi diuinæ
ternitas Trinitatis, reperietur incōprehenſibilitatis digna mi-
raculo. Quę ſic excedit omne quod cogitare uel ſapere poſſumus, ſicut ſuperat
omne quod ſumus. Hoc nobis diuinorum ſeries uoluminum ueridica proteſta
tur, Eſaia dicente. Non enim cogitationes meæ, cogitationes ueſtræ, neq; viæ Eſa.lv.C
meæ, viæ veſtræ, dicit Dn̄s. Quia ſicut exaltantur cæli a terra, ſic exaltatæ ſunt
viæ meæ a viis ueſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus ueſtris. Quæ Eſſentia
ergo humanæ diſciplinæ peritia? quæ viuacitas animi? quæ cordis ſagacitas, infinita.
illius eſſentiæ (id eſt Trinitatis, quę vnus verus & ſolus eſt Deus) cōtingeret
arcanum? Quæ nec cœpit eſſe nec deſinit. In cuius ſubſtātiæ nihil eſt quod nō
fuit, nihil poteſt nō eſſe quod fuit, cuius nihil loco concluditur, quia totum im
menſum. Nihil initio præuenitur, quia totum eſt ſempiternum. Quæ ſe hoc
præſertim inditio ſempiternam, increatam, immutabilemq; mōſtrauit, cum ex
nihilo, id eſt, ex eo quod non eſſet, creare potuit quod fuiſſet. Quæcunq; ra-
tionalem creaturæ ſuæ partem, hoc prę cęteris gratiæ priuilegio ſublimauit, ut
munere ſibi æternitatis & rationis indulto, hinc liquido ſui creatoris ac repara
toris eſſentiam, ſine initio prorſus eſſe non ambigeret, cum ſe, q̄uis nō ſine ini
tio factam, nunq̄ tamen omnimoda conſumendam abilitione deinceps cogno
uiſſet. Hinc etiam protinus moneretur, quanto infinitatis atq; incomprehen Hō, cum
ſibilitatis culmine, creatrix omnium uirtus & ſapientia, modum creaturæ intel- plene q̄d
lectualis excederet. Cum ipſam rationalem creaturam plena ſuæ comprehen- in ſe ē nō
ſibilitatis agnitio, creatori quidem comprehenſibilis & finita. Sibi tamen incō cogno
prehenſibilis atq; infinita, laſſaret, vt cum naturæ ſuę inueſtigationem, quę ex ſcat, Deū
tra ſe non eſt, & intimam ſibi cerneret & occultam, ita ut tn̄ ſupra ſe nō ſit, atq; ſup̄ ſe m̄l
in ſe ſit; totum ſe, ſicut eſt, ueſtigare non poſſit. Eo magis paueſcens ammirāſq; to minus
ſupernæ infinitatis magnitudinem, omnes intelligentiæ terminos excedentem, cognoſce
cuius pax (ſicut Paulus dicit) ſuperat omnem intellectum. Cuius etiam iudicia re pōt.
abyſſus multa, ſolo ſe ad cognitionem altiſſimi, humilitatis aſcenſu reſipiſceret
prouehi, a quo ſuperbæ cogitationis caſu quondā meruit ſegregari. Sed hoc
nunq̄ prorſus adgredi poſſet, ſi uel exemplo uel auxilio caruiſſet. Inquiren-
dus ergo fuit vnus, cuius eſſet reformanda munere, informanda lumine, cōfir

manda uirtute,ut æqualitas æterna iuſtificaret impiam, inſtrueret inſciam ve ritas,virtus firmaret inualidam. Sed hoc nunquid poſſet homo per ſolum ho minem? aut in ſolo quolibet homine reperire? Nullo modo. Quis enim ho mo poſſet exiſtere medicus humani vulneris,cum om̃es in radice vniata com munio circumplecteretur vicii naturalis? vel qualiter poſſet per ſe ſolum me delam vulneratis afferre,cuius ortus teneretur in vulnere? quoue modo bene ficentiæ largitor vniuerſalis exiſteret,quem alienæ opis indignum natura mõ ſtraret. Verę igit̃ ſalutis exhauſtus homo diuitiis,perenni bonorum poſſeſſio ne priuatus,forſan angelico fuit iuuamine ſubleuãdus,ut ille,qui domus luteæ feculentus ergaſtulo,ad facultatem purioris vitæ nequiuiſſet aliquatenus aſpi rare,gratia iuuaretur opitulationis angelicæ. Qua priſtinæ offenſionis depo ſuiſſet inluuiem,& amiſſę dudũ puritatis reſumeret dignitatem. Veruntamen nec angelico poterat hoc reparatiõis munus adipiſci ſubſidio. Angelica quip pe natura tunc homini reparando aliquatenus eſſet idonea,ſi cadendi mobili tate nunquam naturaliter fuiſſet obſtricta. Cum vero ſe iuuaminis egenam,cõſub ſtantialis ruinę documento teſtetur,profecto cognoſcitur multo minus ad hu manæ poſſe redintegrationis efficaciam redundare, quæ proprię nequeat ſta bilitati efficere. Suis autem ad cuſtodiam ſibi ſat eſſe uiribus non incongrue crederetur,ſi nulla pars eius in deterius laberetur. Vnitas eñ naturalis vniuer ſitatem circumplexa naturæ angelicæ,tota procul dubio maneret impaſſibilita tis firmamento ſubnixa,ſi paſſioni non eſſe poſſet obnoxia,nec unquam pateretur in reliquo,quod perpeti non poſſet in toto. Cum uero quædam pars eius, de cæleſti beatitudinis culmine,in imam perpetuamque cernitur deuoluta miſeri am,Beato Petro dicente. Quia Deus angelis peccantibus non pepercit,ſed car ceribus caliginis inferni tradidit, in iudicio puniendos reſeruari, profecto co gnoſcitur,vniformi cunctos opprimi potuiſſe ruinæ conſortio,niſi quos uellet a caſu prauitatis virtus illa defenderet,quæ ſola naturaliter mutari deprauariue non poſſet. Ipſa igitur etiam homini reparando fuit neceſſaria,quia non alia ſtantem angelum a ruina potuit cuſtodire,niſi illa, quę lapſum hominem poſt ruinam potuit reparare. Vna eſt in utroque gratia operata,in hoc, ut ſurgeret, in illo,ne caderet. In illo ne vulneraretur,in iſto,ut ſanaretur. Ab hoc infirmi tatem repulit,illum infirmari non ſinit. Illius eſca,iſtius medicina. Hũc autem quiſquis ſanum ſapit,filium dei eſſe non ambigit,qui eſt virtus & ſapientia pa tris. Sapientia,quæ cuncta diſpoſuit,virtus,quæ omnia creauit. Sapiẽtia,quæ inluminat,virtus,quæ adiutorium pręſtat. Sapientia,quia immutabilis,virtus, quia inſuperabilis. Qui omni creaturæ ſuæ, per infinitam potentiam natura lem ſemper adeſt,& immẽſus nunquam deeſt,qui hoc in ſe naturaliter habet eſſe quod pater eſt. Et ideo potuit & angelum in ſuperioribus ſtabilire, & pro re paratione lapſi hominis ad inferiora deſcendere. Sicut ipſe teſtatur dicens. De ſcendi de cælis, non ut faciam uoluntatem meam,ſed uoluntatem eius,qui me miſit, patris. Hunc quidam,cum audiunt deſcendiſſe,deſcenſionem eius affir mare nituntur localem,quia neſciunt Dei,ſicut oportet,conſyderare virtutem,

[Margin notes: Nõ potuiſſet angelica natura hoĩem reparare, qa & ipſa cecidit. — ii.Pe.ii.B. — Chrs virtus & ſapientia patris. — Ioã.vi.D.]

nec ualent agnoſcere,ſic pro homine Deum hominem factum, ut accepta ho-
minis forma maneret immutabilis diuina ſubſtantia. Nec ſic intelligunt, tem-
poraliter natum,ut ſemper fuiſſe teneant ſempiternum. Hi ſunt qui etiam con
ſyderare contemnũt,qualiter deſcenderis, cum perſeueraret imenſus, uel qua
liter humiliatus ſit,qui maneret altiſſimus. Si enim eius natura quæratur, eſt
eſſentialiter Deus. Quia in principio erat verbum,& verbum erat apud De-
um, & Deus erat verbum. Eſt etiam ſempiternus, quia ſempiterna Dei vir-
tus eſt,atq; diuinitas. Eſt immenſus,quia de ipſo Hieremias dicit. Magnus eſt Bar.iii.C.
& non habet finem. Excelſus & immenſus. Et paulo poſt,ut hæc de filio ſe di-
xiſſe demonſtraret,adiecit. Hic Deus noſter,& nõ æſtimabitur alius ad eum.
Adinuenit omnem uiam diſciplinę,& dedit eam Iacob puero ſuo,& Iſrahel di
lecto ſuo. Poſt hac in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Al-
tiſſimum uero quis audeat Dei filium denegare? De quo Dauid dicit. Mater Pſal.86.
Syon dicet homo,& homo factus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſſimus. De
quo etiam Zacharias,naſcente Ioanne,ſic prædicat. Et tu puer propheta altiſſi Luc.i.G
mi vocaberis,præibis enim ante faciem Domini,parare uias eius. Si ergo do
cetur eſſe naturaliter Deus,ſi immenſus,ſi altiſſimus,ſi eſt etiam ſempiternus. Chrs eſt
Dicatur,quid melius Deo,quid maius immenſo,quid ſuperius altiſſimo,quid naturalr
anterius ſempiterno? Deus igitur non diſcrepat a patre,immenſus nõ caret pa de9,imen
tris æqualitate,nec celſitudie priuatur altiſſimus,nec eſt origine poſterior ſem ſus, altiſſi
piternus. Nam quia in Deo patre nihil poteſt eſſe mutabile, ex Deo natus eſt mus, ſem
Deus,quia nihil locale,ex immenſo proceſſit immenſus, quia in Deo humile piternus
aliquid non eſt,altiſſimum generauit altiſſimus. Et quia initiatum nihil in Deo
poterit reperiri, ſempiternus protulit ſempiternum. Generatio illa, non ali-
quam ſeparationem patris filiiq; monſtrauit, ſed errorem confuſionis exclu-
ſit,ne eum,quem cum patre vnũ audiremus, natum minime crederemus. De
Deo Deus potuit naſci,ſed immenſus ab immenſo non potuit ſegregari. Na
tus enim extitit,non abſceſſit. Talis eſt enim illa diuina inenarrabiliſq; natiui-
tas,ut quem pater genuit ex ſe,haberet in ſe. Hanc fidei regulam, per Eſaiam Eſa.45.C.
nobis vnitas ipſius ueræ diuinitatis oſtendit,memorato propheta dicẽte. Quo
niam in te eſt Deus,& non eſt Deus præter te. Tu enim es Deus, & neſcieba
mus, Deus Iſrahel ſaluator. Erubeſcent & pudebunt omnes, qui aduerſantur
ei,& ibunt cum confuſione. Qui autem filio dei aduerſantur,niſi qui patrem in
ipſo,& ipſum in patre per unitatem naturalem denegant eſſe? Atq; patrem &
filium per naturalem diuerſitatem audent perfidæ infidelitatis uitio ſeparare.

Sic eſt enim pater in filio,ſicut eſt filius in patre. Vnitas ibi naturalis ſic æqua
lem demonſtrat vtrunq;,ut immenſus immenſum gigneret, & immenſus ex Sicut fili9
immenſo genitus,immenſitatis paternæ nihil minus haberet. Quæſo, Regna eſt in pr̃e
tor inclyte, ne iſta,quæ de Deo loquimur,corporaliter exiſtimes cogitanda,ſu ita pater
perat qui fecit cuncta quæ fecit. Cuius eſt ſubſtantialiter ſine initio eſſe, ſolius in filio.
eſt ſubſtantialiter ſine initio genuiſſe,cuius eſt,per ineffabilem immenſitatem

totum implere quod fecit. Eius eſt,per vnitatem naturæ totum filio ineſſe,&
Prͣ ꝑ filiū totum filium in ſe ſemper habere quem genuit. Si non omnia filius cum pa-
oīa fecit tre diſpoſuit,non eſt ſapientia, quæ dicit. Cum pararet cælum,aderam illi,&
cum ſegregabat ſedem ſuam ſuper ventos. Quando fortes faciebat ſurſum nu
bes,& cum ſtabiles ponebat fontes ſub cælo,& inferius,quando fortia facie-
bat fundamenta terræ,eram apud eum diſponens. Quod ſi ſapientia patri co-
æterna non creditur,neceſſe eſt,ut etiam Deus in diſpoſitione cœpta mutabi-
lis prædicetur. Si non cūcta fecit filius,nec uirtus debeat appellari, nec manus.
Eſa.vi. A Et vbi eſt,quod per prophetam dicitur? Cælum mihi ſedes eſt,terra autem ſca
bellum pedum meorum, quam domum ædificabitis mihi? dicit dominus,aut
quis eſt locus requietionis meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia? Nam
Ioañ.i.A & Euangeliſta dicit. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil.
Si alicui deeſt,filius immenſus non eſt, ſi non eum pater corde ructauit, ver-
bum non debet dici. Si de vtero patris,hoc eſt de ſubſtantia patris,non eſt ge
nitus,falſo (quod abſit) nomine uerus deus dicitur. De quo teſtatur Ioannes,
quia hic eſt verus deus,& uita æterna. In principio quoq; erat verbum,& uer
bum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hic ſempiternitas oſtenditur,
hic immenſitas inuenitur,hic eſſentialis natura monſtratur. Nam quod in prin
cipio erat,nunquam non erat,quia ſemper erat. Quod vero apud deum erat,
locale non erat, ſed immenſum erat, quia cum Deus localis non ſit, verbum,
quod apud Deum erat,in loco non erat. Quod autem uerbum Deus erat, in
vnitate naturæ & nominis veritate,hoc vtiq; erat quod ille Deus erat. Apud
Obiectio quem verbum Deus erat. An forte,quia in principio erat,audiuimus dictum,
de eo, q̊d aliquid filio exiſtendi audebimus aſſignare principium? Et ideo ſine initio na
dicitur,In tus eſſe non creditur,quia Ioannes non eum ante principium,ſed in principio
principio fuiſſe teſtatur? Abſit,ut hæc inſulſa cogitatio,cuiuſquam mentem ſapientis at
& nō,añ tingat. Abſit,ut hæc in quolibet læthalis perfidiæ contagio, puritatem Chri-
principiū ſtianæ religionis inficiat. Quis enim non conſyderet, illud digne principium
erat v̾bū. dici,quod nullo potuit principio præueniri? Nam quicquid ante quodlibet
principium cogitare uolueris, hoc neceſſe eſt verum principium fatearis. Et
quoniam ſemper cogitando principium,nullus inuenit terminum, propterea
illud eſt dicendum uere principium,quod eſt eſſentialiter ſempiternum. Hinc
eſt profecto,ꝙ ipſe filius, volens Iudæis immēſitatem ſempiternitatis ſuæ cer
Io.viii.D. ta prorſus manifeſtatione monſtrare,interrogātibus quis eſſet,reſpōdit. Prin-
ꝗ als. qui cipium,ꝗ quod & loquor vobis. Sed forſitan eo,ꝙ eſt principium dictus, ma
gis putabitur initio exiſtendi ſubiectus. Quod ſi ex hoc uocabulo quiſq; mo
litur prȩiudicium ſtruere veritati,ut quem principii cognoſcit uocari nomine,
quoddam principium natiuitatis exiſtimet habuiſſe. Dabit profecto etiam pa
tri (quod nephas eſt) aliquod exiſtendi principium, quem cum filio principi-
um cognoſcimus nominatum. Sicut ipſe dicit. Tecum principium in die uirtu
tis tuæ,in ſplendoribus ſanctorum,ex utero ante luciferum genui te. Quid aūt
reſpondebit

reſpõdebit,qui de principii nomine aſſerit filiũ natiuitatis habere principium
Quod ſiquis pro eo quod principium dicitur,natiuitatem filii habere credit Chriſtus
initium,conſequens eſſe, ut ipſum filium, pro eo ꝙ finis dicitur, finem quocꝫ & princi
aſſerat habiturum. Nam ipſe Dominus,interrogantibus Iudæis, principium piũ & fi
ſe eſſe firmauit,dicens. Principium quod & loquor vobis. Paulus uero Chri nis in ſcri
ſtum finem nominat,dicens. Finis em̃ legis Chriſtus ad iuſtitiam omni creden pturis di-
ti.Ipſe quocꝫ de ſe Dñs.Ego ſum Alpha & O,initium & finis. Quod ſi pro eo citur.
ꝙ principium dicit̃,aſſerit̃ cœptus,etiam pro eo,ꝙ finis dicit̃, putet̃ etiã finien
dus. Et vbi erit Ioãnis illa ructatio,quã de pectore uiui fontis bibebat? Scimus
quia filius dei uenit,& dedit nobis intellectũ,ut cognoſcamus verum, & ſimus
in uero filio eius Hieſu Chriſto. Hic eſt uerus Deus,& uita ęterna. Quã vitã Vita ęter
neceſſe eſt neget æternam, quiſquis aſſerit defuturam . At ipſe qui eſt uerus na Chri
Deus & uita æterna,iuſtos dicit ituros in uitam æternam,quõ ergo iuſtoꝝ ui ſtus.
ta æterna erit,ſi uita ipſa æterna qñcꝫ nõ erit? Aut ut quid hic labor ſanctę cõ
uerſatiõis, & cõtinui aduerſus tentamenta certaminis tolerat̃,ſi p̃mium uictori
bus qñcꝫ tollet̃? Hęc ineſt laudabilis in ſanctis totius curſus intẽtio.Propterea i.Corin.
corpus ſuum caſtigãt,& ſeruituti ſubiiciunt. Ob hoc ſe nõ in incertũ ꝑſumunt ix.D.
currere,& pugnantes ſciunt,ſe non aerẽ uerberare.Ideo ſibi nouerũt non eſſe
cõluctationem aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduerſus principatus & ptãtes,
aduerſus mundi rectores tenebraꝝ haꝝ,cõtra ſpiritalia nequitiæ in cęleſtibus.
Idcirco leoni rugienti,& in defeſſo circuitu quęrẽti quẽ deuoret,reſiſtunt for- i.Pet.v.C
titer in fide, ut poſtcꝫ hic in tribulatione patientes vixerint, conſumpta qñcꝫ
diuinæ promiſſionis ſeductoria magis retributione ꝙ̃ uera,aut miſere uiuant,
aut oĩno non uiuant? Vita nancꝫ Chriſtus dicit̃,ſicut ait. Ego ſum via veritas
& uita,Initiũ & finis Chriſtus dicit̃,quia ſimiliter ipſe dixit. Ego ſum Alpha & Apo.i.B.
O,initium & finis. Hæc aũt uita, ſi eo quod initiũ dicit̃, initio natiuitatis putat̃
ſubdita , conſequens eſt,ut eo ꝙ finis dicit̃, qñcꝫ putetur finaliter abolenda.
Qualiter uero ſine fine uicturi ſunt,quibus vita æterna dabit̃,ſi uitæ ipſius ęter
nitas finietur? Quod ſi hæc omnino abſurda ſunt,conſequenter veritas eſt Quõ vi-
Catholicæ atcꝫ Apoſtolicæ fidei retinenda,quæ ſicut Chriſtum propterea fi- tas catho
nem nominat,quia non ſolum in illa ſubſtantia,qua natus eſt naturaliter ſempi lica Chri
ternus ex patre,ſed etiam in ea,quam in tempore ſumpſit ex matre, credit ſine ſtũ,prin
fine perpetuum. Sic eum ideo iuſte prędicat,ueracitercꝫ principium,qm̃ in di cipiũ & fi
uina,quam habet,ſubſtãtia,genitoris ſemper aſſerit coæternum. Non aũt am nem ĩtel-
bigitur, uero principio,nihil anterius. Vero fine,nihil poſterius inueniri. Prin ligit.
cipium igitur Chriſtus,quia ſempiternus om̃ia præcedit. Finis Chriſtus quia
perpetuus uniuerſa concludit. Principium Chriſtus, quia ipſe inchoauit perfi
ciẽda. Finis Chriſtus, quia ipſe ꝑficit inchoata. Principiũ Chriſtus,qm̃ ab ipſo
hñt,q̃ nõ fuerũt,ut ſint. Finis chr̃s,qm̃ ab ip̃o hñt q̃dã q̃ eſſe cęperũt,ut ſp̃ ſint.
Quid aũt hinc dubitatiõis credit̃ derelictũ,cũ in Melchiſedech (qa chr̃i futuri
pontificis typũ geſſit) unius eiuſdẽcꝫ dei & hoĩs Chriſti ꝑſonam ſignificatam

demonſtraret Apoſtolus,oſtendens eam,& ſecundum diuinam ſubſtantiam ſine initio ſempiternam,& ſecundum ſeruilem formam,quam in tempore accepit,ſine fine perpetuum. Sic idem igitur gentium Doctor loquitur ad Hebræos. Hic etenim Melchiſedech,rex Salem,ſacerdos dei ſummi,qui obuiauit Abrahæ regreſſo a cęde regum,& benedixit ei,cui decimas omnium diuiſit Abraham. Primum quidem,qui interpretatur rex iuſtitiæ,deinde autem & rex Salem,quod eſt rex pacis,ſine patre,ſine matre,ſine genealogia, neq; initium dierum,neq; finem vitæ habens,aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. Poſſet utcunq; in hoc forſan teſtimonio quicquam contradictio renitentum,ſuper huius Melchiſedech perſona, tanto lumini veritatis opponere. Si eſſet credendum,quamlibet creaturam ſine initio naturaliter extitiſſe. At cum clareat,omnem omnimodis creaturam,vtpote prorſus ex nihilo factam, initio non carere,cuius origo ſola Creatoris voluntate & poteſtate,quando faciendam iudicauit,qui mutabilium operum diſpoſitionem ſemper immutabilem habuit,ſubſtituta cognoſcatur ex nihilo,quæ tamen nunquam fuerit, priuſq; initio creationis extiterit,nullatenus accipitur,q; Melchiſedech aut ex patre fuerit matreq; non genitus (quod eſt hominis primi) aut initio exiſtendi naturaliter careat,quod ſolius eſt Dei. Ille itaq; figuræ huius retinet naturaliter ueritatem,qui in vtraq; natiuitate mirabilis,nec uſpiam veritate naturalis caruit originis,& in utroq; mirabiliter natus eſt ſingularis. Quis eſt enim rex iuſtitię,niſi rex noſter Chriſtus? qui factus eſt pro nobis peccatum,ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Quis eſt etiam rex pacis? nonne ille, qui ait. Pacem meam do uobis,pacem meam dimitto vobis? Ipſe eſt enim pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum. Ad ipſum Propheta clamat. Domine Deus noſter,pacem tuam da nobis. Omnia enim dediſti nobis. Domine deus noſter,poſſide nos. Domine,præter te alium non nouimus,nomen tuum nominamus. Matrem quoq; non habuit Chriſtus dei filius in dei ſubſtantia,quam ſemper habet ex patre. Rurſus idem patrem in hominis natura non habuit,quam ex ſola matre ſuſcepit. In veritate nanq; utriuſq; natiuitatis,ſingularitatem ſeruauit,& parentis & prolis,vt q̃uis prius de ſolo patre, poſtmodum de ſola uirgine naſceretur. Vnus tamen idemq; fuerit, qui & prius de patre, & poſtmodum ſit natus ex virgine,vt in vnius veri dei veriq; hominis Chriſti,miro atq; ineffabili ſacramento,nec naturalis genito defuiſſet ex gignente ſubſtantia,nec geminaretur in gignente genitoue perſona,licet in vno Chriſto veritatem Dei & hominis naturæ virtus inconfuſa ſeruaret. Vnam tamen in Chriſto perſonam vtriuſq; naturę indiuiſa veritas exhiberet,ut nec gemina natiuitas vnius Chriſti uideretur geminare perſonam,nec perſonę vnitas,aut Dei in homine, aut hominis in deo,veram poſſet abolere ſubſtantiam. Et licet,vtraq; vera in vno Chriſto ſubſtantia,naturalem in ſe teſtetur & originis natiuitatem,& natiuitatis originem,myſterii tamen pietas mirabilis permanens,quandam diuinę illius & ineffabilis g̃nationis,quæ initium nõ habet,in hoc q̃q; humana g̃natione certam nobis intel-

Heb.7.A

Obiectio de Melchiſedech q; dr̃ ſine prẽ & ſine mr̃e.

Chriſtus rex iuſtitiæ & rex pacis recte dicit̃

Chriſt9 ſine matre ut deus,ſine patre, ut homo.

In vna Chriſti pſona gemina natiuitas.

nobis intelligentię lineam demonſtrauit. Nam qui ſemper deus ex deo,idem temporaliter ex homine deus & homo. Et in quo naturalem paternæ ſubſtan tiæ plenitudinem natiuitas ſempiterna poſſedit. In eodem plenam hoīs natu ram ueritas naturalis exhibuit,filius enim dei,ut noſtrum ex uiſibilibus ad inui ſibilia proueheret intellectum,ueritatem in ſe demonſtrauit humanæ naturæ, ut cōſequenter crederetur,ex ueri Dei natura Deus uerus naturaliter extitiſſe quem uerum hoīem naturaliter natum conſtaret ex hoīe. Initium quoq́; nati uitatis in natura hoīs Chriſtus habuit,in qua ſine initio non potuit mater eſſe quæ genuit,ut agnoſceret, naturæ ueritate recognita,nullum diuinæ natiuita tis habuiſſe,vbi ſempiterno patri,ſicut initium exiſtendi nullū fuit,ſic nulla nati uitas iniciatæ gn̄ationis acceſſit. Ita nanq; utriuſq; in ſe Chriſtus Hieſus demō ſtrauit ſubſtantiæ ueritatem,ut ſicut in hoīs Chriſti ſubſtantia,ſalua prerogati ua ſingularis illius dignitatis,hoc ſubſtantialiter inueniť,quod naturaliter con ſtat in hoīe. Sic in eodem Deo Chriſto,hoc ſubſtantialiter eſſe credať,q̄d na turaliter ſubſiſtit in patre. Vt cum in hoīe chriſto uideť ueritas hoīs, in eodem deo Chriſto cognoſcať paternæ ueritas deitatis. Et cū iſta natiuitas inueniť ini tio ſubdita,quæ ex tp̄ali hoīe ſubſtantialis tp̄aliter extitit, Illa quoq; ſine initio credať eſſe natiuitas,q̄ de ſempiterno Deo ſubſtātialis ac ſempiterna ſubſiſtit. Ipſe igiť ſine matre in diuina ſubſtantia.quę eſt ex ſolo patre,naturaliter geni tus. Ipſe ſine patre,fructus inuiolatę uirginis,quam cōplexus nō contigit mari talis. Ip̄e ſine genealogia,de quo ſcriptum eſt. Gn̄ationem eius quis enarrauit? .Vt cum in gn̄atione uera filii Dei fides nobis cognitionem præſtat. Sermonē uero ſempiternitas ſuperat in eo,quod fidei cōſtantia credulitatis firmamēto nutriť. Sermonis vero audacia,fideli timore comprimiť. Diuinæ gn̄ationis ve ra naturalis ſempiternitas agnoſcať. Nam quia diuina,utiq; naturaliter v̄a eſt, quia in Deo vero nihil eſt falſum. Quia v̄o nec cœpta eſt nec creata,ſicut oēm cœptæ createq; naturæ ſup̄at cogitationis indaginem,ſic oēm ſupergrediť elo loquii facultatem. An forſitan,q; de dei pace ap̄licæ auctoritatis ueritate p̄ce pimus,de eius gn̄atione prorſus accipere dubitamus? cum nobis Paulus Bea tiſſimus dicat. Pax dei,quę exuperat oēm intellectum, cuſtodiat corda ueſtra, & intelligentias ueſtras in chriſto Hieſu. Cuius ergo Pax,licet oēm ſuperet in tellectum,uera tn̄ ſempiterna naturaliſq; crediť,cur eius gn̄ationis,quę ſuperat omne prorſus eloquiū,naturalis ueritas & infinita ſempiternitas abnegeť? Vbi ergo ſempiterna pax eſt,credať etiam ſempiterna natiuitas. Et cuius eſt cre denda ſempiterna natiuitas,non negeť immenſa maieſtas. Nullo quippe natu rali fine concludiť,quod natiuitatis initio non teneť. Et ideo immenſa prorſus agnoſciť illa ſubſtantia,cuius eſt natiuitas non cœpta,ſed uera. Nam quod ali quo circūſcribitur fine,neceſſe eſt,ut loco teneať,aut tp̄e. Quō aūt feciſſe tem pus & locum crediť,ſi loco ip̄e tp̄iue ſubdať? Nam per ip̄m om̄is factus eſt lo cus,quia oīa per ip̄m facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Per ip̄m quoq; fa ctum tp̄s agnoſciť. De quo Paulus dicit. Multifarie multiſq; modis olim deus loquens patribus in p̄phetis,nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio,

Tp̄alis Chriſti nt̄itas du cit in co gnitionē æternæ

Eſa.liii.B.

Phil.4.B

Immenſa Chriſti maieſtas, q̄a ſempi terna na tiuitas

Heb.i.A

quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula. Nõ eſt ergo localis, per quem factus eſt locus. Nec tpalis, per quem factum eſt tps. Nam ſi localis ipſe, locum fecit, & certum eſt omne locale in loco eſſe, conſequenter intellegit, quod prius in loco fuerit. Et ſic locum creare potuerit. Sed hic locus, in quo

Non fuit loc9 añ filiũ dei, in quo naſceretur.

fuiſſe Dei filius dicit, quæro, vtrum filio anterior, æquæuuſue credat. Sed ſi aliqui anteriorem filio exiſtimant locum, uideant, in quod Barathrũ nefariæ aſſertionis incurrunt, cum rerum oĩm opatori materiam cuiuſlibet opis antepõnũt. Cunque Ioannes oĩa per ipm facta cõmemoraret, nullam (quod abſit) in ſe habuiſſe dicendus eſt veritatem, ſi quodlibet opus præceſſit opificem. Quõ em locum facere potuit, ante quem eſſe, uel ſine quo eſſe, ſi ita eſt factus, ipſe non potuit. Tunc deinde ſolicita cõſyderatione perpendat. Quoniam ſempiternitatis infinitatem, loco uident dare, quam filio dei conant adimere. Nam ſi propterea filium dei non ſine initio natum aſſerunt, quia dicit Euãgeliſta. In principio erat verbum, & non dicit, ante principium erat verbum. Iſti, qui locum ante uerbum fuiſſe aſſerunt, ante principium quoque fuiſſe neceſſe eſt fateant. Quoniam id, quod fuiſſe putant ante verbũ, hoc exiſtimant nõ habuiſſe principium. Si aũt principium nõ habuit locus, ipſe eſt ſempiterno patri ſine dubio coæternus. Et qm̃ ſempiternum diſtare nõ poteſt ſempiterno, talis hanc impietatem, pfecto conſequit abſurditas, ut aut localis putet Deus, aut locus hoc credatur eſſe quod deus, aut ipm locum aliquod exiſtiment eſſe ſine Deo principium, quod ſempiternitate ſui naturaliter perſeueret infectũ. Sed qm̃ hæc non

Nec fuit ull9 locus ỽbo coæquæuus

ſine impietate credunt, idcirco nõ ſolum filio anterior, ſed nec æquæuus dicendus eſt locus, per quem em̃ oĩa facta ſunt, huic facta quælibet anteferri cõferri ue non poſſunt. Qm̃, qui oĩa in numero & pondere & menſura diſpoſuit, ſicut tempore numerari, ſic loco menſurari non potuit. Proinde Pſalmus veraciter canit. Magnus dñs Deus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Atque ut huius immirabilis ſempiternitatis infinita monſtraret imenſitas, alio loco dicit. Magnus Dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Quia reuera neceſſe eſt, naturaliter pronuncietur imenſum, quod eſt naturaliter ſempiternum, quia quod ſemp eſt, nõ capit numero, & q̃d ubique totum eſt nõ concludit loco. Idcirco denique alio ſcripturæ teſtimonio de ſapientia dicit. Attingit aũt vbique, pp̃ter ſuã mundiciã. Et paulo poſt. Attingit aũt a fine uſque ad finẽ fortiter, & diſponit oĩa ſuauiter. Hic utique cũ a fine uſque ad finem ſapientiam audimus attingere, intelligendũ eſt, quia cũ a fine uſque ad finẽ attingit, utrunque finẽ imenſitate ſuæ infinitatis excedit. Ille em̃ oẽm põt creaturam attingere, quẽ oĩs nõ põt creatura cõcludere. Nam ſicut implens cælum perſeuerat imenſus, ſic a fine uſque ad finem attingens, permanet infinitus. Tale nanque eſt. Attingit a fine uſque ad finẽ fortiter, quale eſt & illud, q̃d per Hieremiam dicitur. Ego Deus proximans, & non Deus de longinquo. Si abſconditus fuerit homo in occulto, ego ergo non videbo eum? Nonne cælum & terram ego impleo? Qui implet omnia, videt omnia. Et in eo demonſtrauit, quid ſit, videbo eum, quod adiunxit dicens. Cælum & terram ego impleo.

Pſalmus. cxliiii. A

Sapiã attigit a fine uſque ad finem.

Hie. 23. E

Neque enim

Necꝫ enim more corporali uidere credendus eſt deus,tanꝙ alibi ſit ipſe cum
uidet,& alibi quod uidet. Quicquid enim uidet, non extra ſe videt, quia ipſe
implet uniuerſa quæ uidet. Nam ſcriptum eſt. Quoniam in omni loco oculi
dei ſpeculantur bonos & malos. Et alio loco.Oculi domini ſuper iuſtos, & au Pſal.33.
res eius ad preces eorum, vultus autem domini ſuper facientes mala. Vbi non
prætereundæ locus naſcitur quęſtionis,in eo,quod Salomon dicit. In omni lo Aba.i.D.
co oculi dei ſpeculantur bonos & malos. Et rurſus Propheta dicit ad Domi-
num. Mundus eſt oculus tuus,ne uideat malum. Metuendus eſt enim ne hic,
qui dicitur ea videre quæ dicitur implere,putetur alicui non eſſe,cum dicitur
aliquid non uidere,quoniã non vbicꝫ ſubſtantialiter eſt,ſi uel in malis non eſt.
Sed in diuinis ſermonibus,ſi teneatur humilitas cordis, nulla reperietur repu-
gnantia ueritatis. Quodãmodo ergo uidet omnia Deus,& quodãmodo quæ-
dam non uidet deus,ſicut quodammõ ubicꝫ totus eſt. & quodãmodo alicubi
non eſt,non quia ſubſtantialiter alicubi deeſt, de quo ſcriptum eſt. Om̃ia per Colo.i.C
ip̃m & in ipſo creata ſunt,& ipſe eſt ante oẽs,& oĩa in ipſo conſtant,quicꝫ ſe-
cundum propheticum dictum. Menſus eſt manu aquam, & cælum palmo,& Eſai.xl.C.
uniuerſam terrã clauſa manu. Sed quia non oĩbus æqualiter adeſt. Vbicꝫ em̃
adeſt per potentiam,non ubicꝫ per gratiam. Per potentiam,qua cuncta Deus
implet & continet,per ipſam uidet oĩa. Per gratiam uero illud uidere dicit̃, q̊d
ipſe largitur,& quod in ſuis fidelibus operat̃. Vidit em̃ Deus oĩa quæ fecit,& Geñ.i.i.fi.
ecce bona ualde. Ac per hoc & ubi quædam nõ uidet,ut tribuat,videt,ut retri
buat. Sic etiam uidet malum,& non uidet malum,quia quod non uidet ut pro
bet,uidet ut iudicet. Et quod nõ uidet per gratiam ſuam donatum,uidet a pec
cante per iuſtitiam exigendum. Quoniã & ubi non adeſt iuſtificandi largitas,
non deeſt iudicandi ſeueritas,Beato Paulo dicente. Vide ergo bonitatem & ſe Ro.ii.C.
ueritatem Dei,in eos quidem,qui ceciderunt,ſeueritatẽ,in te aũt bonitatẽ,ſi ꝑ
manſeris in bonitate. Quæ cum ita ſint,quõ põt ſubſtantialr̃ alicubi deeſſe? Ioañ.i. A.
Cum lux etiam in tenebris luceat,licet tenebræ eam nõ comprehendant. Aut
quomõ põt aliquid ſubſtantialr̃ nõ uidere? De quo B. Paulus euidẽtiſſime ꝓ
teſtatur,dicens. Viuus eſt em̃ Dei ſermo,& efficax,& penetrabilior omni gla Heb.4.C
dio ancipiti,& pertingẽs uſcꝫ ad diuiſionem aĩæ ac ſpũs. Compagũ q̊cꝫ & me
dullarꝫ,& diſcretor cogitationum & intentionum cordis, & nõ eſt ulla creatu
ra inuiſibilis in cõſpectu eius. Om̃ia aũt nuda & aperta ſunt oculis eius. Nec hic
ſicut ſuperius diximus,ulla debet corporeæ uiſiõis ſubintrare ſuſpicio, tãq̃ dei
filius in cælo ſit,& exinde cũcta uideat,ubi nõ ſit. Hoc eſt em̃ Deo uidere, q̊d
eſſe,& quãtam inſinuat uiſionẽ ſuam,tantam vult credi ſubſtãtiam ſuam, ut cũ
audimus,oĩa nuda & aperta eſſe oculis eius,nullum terminũ putemus ſubſtan
tiæ eius. Vt aũt vnius infinitatis cum patre filius mõſtraretur,ſctã ſcriptura Sap̃.7. D
curauit de ſapientia dicere. Splẽdor eſt em̃ lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macu
la dei maieſtatis,& imago bonitatis illius. In hoc teſtimonio & naturalis unitas
& perſonarꝫ ꝓprietas,& æqualitatis immẽſitas patris filiicꝫ mõſtratur. Pa Heb.i.A
trem nãcꝫ lucem,filium uero ſplẽdorem hoc in loco nullus ambigit appellari.

De quo etiam apſtica dicit auctoritas. Qui cum ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſub ſtantiæ eius, gerens quoq; oĩa verbo uirtutis ſuæ. Ecce & ſplendor eſſe filius, & omnia gerere perhibet. Si quis ergo patrem putat immenſum, filium uero quantitate credit aliqua terminatum, demõſtret nobis qualiter lux & ſplẽdor, diuerſæ poſſint eſſe ſubſtantiæ, cum nec confundant noĩe, nec ſegregent gene re, nec alterum altero differat quantitate. Nam lucis & ſplẽdoris nõ ſunt cõfu ſa noĩa, ſed lucis & ſplẽdoris nõ eſt diſcreta natura. Rurſus luci ſplẽdor ſit indi uiduus vnit, ut ab ea nullatenus ſeparet, tantumq; lux in ſe habet ſplendorem, quantam in ſe ſplendor cõtinet lucem, nec lux, ut luceat, ſplẽdore poteſt priua ri, nec ſplendor, ut ſplendeat, luce poteſt aliqñ deſtitui. Sed quæcunq; lux com plet, æqualis in ſplendore permanẽs, eadem & ſplendor cõplet, in luce pariter æqualis exiſtens. Quo circa ſi etiam lux illa æterna, nec ſine ſuo potuit ſplendo re eſſe, nec eodem poteſt carere. Cõſequenter aut patri filioq; vnus dabit qua litatis quantitatiſq; terminus, aut æqualiter uterq; neceſſe eſt prædicetur im menſus. Quantus eſt enim ſplendor illius lucis, tantam neceſſe eſt lucem ſplen doris illius fatearis, quoniam lucem ſic ęquat ſuus in omĩbus ſplendor, ut nec maior ibi poſſit eſſe nec minor. Multum uero miramur iſtos, qui in cõtume liam filii Dei cõſpirant, æſtimantes eum ſecundum deitatis ſubſtantiam, aut ad locum de loco motu locali tranſire, aut nõ poſſe ſimul omnia, deitatis ſuæ im menſitate complere, in tantum, ut cum eum audiũt ad terram deſcendere, cre dant eum in cælo uel apud inferos nõ fuiſſe, & ad infernum ſecũdum deitatis ſubſtantiam ita deſcendiſſe confirmẽt, ut eum cęlo defuiſſe tũc & terris exiſti ment. Quomodo nõ cõſyderant ſecũdum ſcripturarum morem, quo paruu lorum intellectui cęleſtia ſolent eloquia coaptari. Nonnũq; in perſona quoq; patris ſimilia reperiri. Vt em̃ illa legalium voluminum loca prætercam, qui bus dicitur. Et deſcendit dominus uidere ciuitatem & turrem, tanq; ſi non de ſcenderet, non uideret. Cum ſuperius demonſtrauerimus, ſcripturam dixiſſe. in omni loco oculi Dei ſpeculantur bonos & malos. Et ipſe dominus ad pro phetam. Ego ſum Dñs deus vniuerſę carnis, nunquid a me abſcondit aliquid. Sed & illud, quod paulo poſt dicitur. Venite, deſcendamus & cõfundamus in illis linguas eorum. Vt ergo hæc ſilentio nunc interim deputentur, quoniam ſolẽt hęc aliquanti, nõ totius Trinitatis, ſed ſolius filii deputare perſonæ. Quid de illo loco Euangelii dicturi ſunt, in quo filius ipſe diſcipulos, priuſq; pateret, informans ait. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Cũq; Iudas diſcipulus non traditor reſpondiſſet dicens. Dñe quid factũ eſt, quia nobis manifeſtaturus es teipm̃, & non mundo. Vt oſtenderet manifeſtationis gratiam aduentus noĩe demonſtrari. Reſpondit Hieſus & di xit ei. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Simul diligunt, ſimul veniunt & apud ſuum dilectorem ſimul vnam faciunt manſionem, ſimul ſe ma nifeſtant, qa uno aduentus ſui lumine cor dilectoris inluminãt. Et qm̃ reuelan do ſe mani

[Margin notes: Non deſcedit filiꝰ de cęlo localiter — Pr̃ q̃q; in ſcripturis deſcendere & uenire dr̃, ſed nõ localr̃ — Gen̄.ii.B. — Io.xiiii.E.]

do ſe manifeſtant, non ſe ſine ſancto ſpiritu reuelant, quia non ſe ſine ſancto ſpiritu manifeſtant. Sic em̄ ſine ſancto ſpiritu cognoſci non poſſunt, ſicut ſine ſuo ſpū eſſe non poſſunt. Et ob hoc, ſicut vna eſt manifeſtatio, ſic una eſt reuelatio Trinitatis. Et ubi vnum eſt diuinæ reuelatiõis munus, ibi unus eſt indiuiduæ Trinitatis aduentus. Nam ſicut pater reuelare monſtratur, ip̃o filio dicente. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cælis. Ita filius patrem reuelare ſuo ſermone monſtratur, dicit em̄. Nemo nouit filium, niſi pater, neq; patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Non eſt etiam ſancti ſpūs diſſimilis ęſtimanda reuelatio, in quo eſt ipſius Dei naturalis agnitio, dicente Apſo. Quis em̄ ſcit hoīm quæ ſunt hoīs, niſi ſpūs hoīs qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpūs Dei. De ipſo dicit idem gentium doctor. Nobis enim reuelauit Deus p̄ Spūm ſuum. De hoc denuo ad Epheſios ita ſcribit. Vt Deus Dñi noſtri Hieſu Chriſti pater glorię, det nobis ſpūm ſapientiæ & reuelationis. Et ut oſtenderet, agnitionem dei in nobis reuelationem ſpūs operari, cum dixiſſet. Det vobis ſpūm ſapientiæ & reuelationis, adiecit. In agnitiõe eius. Sola uero ſe poteſt Trinitas reuelare, quia ſola ſe plene poteſt ipſa Trinitas noſſe. Et quantum ſe dederit agnoſcendam, tantum ſe condonat reuelandam. Ibi aūt eſt plena ſui cognitio, vbi non eſt naturalis ulla diſcretio. Immenſus nanq; ab immenſo plenè cognoſcitur, & ſcientiæ infinitas manet, vbi ſubſtantia finem non habet. Nec ſcientiæ terminus ab aliqua creatura contingit, vbi quod im̄enſum eſt nullatenus terminat. Sola eſt ergo una Trinitas, quæ cum ſe manifeſtat, ineffabiliter venit. Et cum ſe indignis occultat, ineffabiliter omnino diſcedit. Veniunt atq; abeunt proprio & incõprehenſibili modo pater & filius & ſpūs ſanctus. Nec tamen localiter aut pater aut filius mouetur aut ſpūs. Nouerūt ſic uenire atq; abire, ut nec ad locum localiter ueniant, nec localiter de loco diſcedant. Hic aduentus patris & filii & ſpūs ſancti, non mobilitatem, ſed pietatem Dei ueniētis oſtendit. Vna enim Deitas Trinitatis, quæ omnia implet, omnia continet, illi uenire dicitur, cui ſe manifeſtare dignatur. Et ab illo diſcedit, a quo lumen ſuæ dilectionis abſcondit. Nec tamen localiter abſens efficitur, cum iuſte relinquit indignum. Nec loco pręſens efficit, cum miſericorditer uiſitat quem fecerit dignum. Propterea, licet Deus dicat. Cælum & terram ego impleo, tñ de quodam dicitur. Non eſt Deus in conſpectu eius. Et licet totum impleat pater, dicitur tamen in libro ſapientiæ. Peruerſæ enim cogitantes ſeparant a deo. Et cū de filio, id eſt de ſapiētia Dei dicatur. Attingit a fine uſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Eadem tñ de ſe dicit. Quærunt me mali, & non inuenient. Et rurſus dicitur. In maliuolam animam nõ introibit ſapientia, nec inhabitat in corpore ſubdito peccatis. Spūs quoq; ſanctus, cum imm̄eſus omnimodis prædicetur, quia ſpūs dñi repleuit orbem terrarum. De eodem tamen dicitur. Sanctus enim ſpūs effugiet fictū, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Quantum ergo ad ſubſtantiam & potentiam ſuam, vbiq; eſt Trinitas, vnus deus, totus, totū cõplens ỽtute, nõ mole, totus in ſingulis tot⁹ ſi-

Mat. xvi.

Ibid. ii. G.

i. cor. ii. C

Ibidē pau lo ſupra.

De ſ aduenit hoīb⁹ nõ mobilitate uel loco, ſed pietate

Pſal. ix. E.

Sap. 8. A

Sap. i. A

Ibidē pau lo poſt.

mul in oĩbus creaturis. Quantum uero ad cogitationes attinet noſtras, deſcen dere ad nos Deus dicitur, cum ſermonem ſuum ita nobis diuinitas temperat, ut humano nobiſcum more loquens, agnitionem & dilectionem ſuam nobis intimare dignetur. Aſcendit aũt in nobis, quando nos aſcendimus per charita tem & ſcientiam deitatis, ut diſcamus, nec in imẽſo quicq̃ locale ſapere, nec de altiſſimo humile aliquid æſtimare, nec aliquid in deo credere mutabile, nec in ſempiterno temporale aliquid cogitare. Talis eſt patris & filii & ſpũs ſancti credendus aduentus, quoniam ſicut mundana operatione primordialiter con ſummata, requieuiſſe dicitur Deus, qui tamen nõ laborauit in opere, quia cun cta, ſola operatus eſt uoluntate. Huic eẽ dicit̃. Subeſt eẽ tibi cum uoles, poſſe. Sicut & in Pſalmo audimus. Oia quęcũq; uoluit fecit, in cęlo & in terra, & in mari & in oĩbus abyſſis. Cuius uolũtatis oĩpotentiam Euangelicus ille leproſus diuina inluminatione cognoſcens, hanc ad ſuæ mundationis ſufficere teſtatur effectum, dicens. Dñe ſi uis, potes me mundare. Cum dicit, ſi uis potes, oſtẽdit diuinam uoluntatem ĩpam eſſe pleniſſimam ptãtem. Deniq; etia Dñs hoc mi ſericorditer effectu curationis oſtẽdit, quod crediderat fideliter qui popoſcit. Ait eẽ, uolo mundare. Et cõfeſtim mundata eſt lepra eius. Sicut faciens ergo mundum, non cuiuſq̃ ſenſit laboris incõmodum, ut uires labore operationis ex hauſtas, quietis poſſet inſtaurare ſucceſſu. Sed cũ ſe requieuiſſe dicit, nos poſt bona opera requieturos oſtendit. Ita cum ueniſſe uel deſcendiſſe dicit̃, diuinæ reuelationis erga nos gratia cõmendatur. Et cum non deſcendere, ſed aſcende re dicit̃, profectus noſtrę inluminationis agnitioniſq; monſtrat̃. Talem Dñs Hieſus aſcenſum ſignificauit, quando tangendi ſe facultatem Mariæ Magdale næ prohibuit. Poſt reſurrectionem nãq;, cum flenti miſericorditer appareret, Ioannes eum dixiſſe cõmemorat. Noli me tangere, nõdum eẽ aſcendi ad pa trem meum. Hic tactus, de quo dñs loquitur, credulitatis probat̃ eſſe, non cor poris. Alioquin repugnans Euangeliſtarũ reperiet̃ aſſertio. Nam cum Ioãnes tangendi dñm Mariæ facultatem præreptam, ipſius dñi teſtet̃ imperio, dicen tis. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. Et Dñm in cæ lum ſecundum hoĩem aſcendiſſe quadrageſimo reſurrectiõis die ſcriptura cõ firmet, quod non ſolum Eccleſię ſanctę Catholicæ fides intemerata retinet, ſed etiam uariarum hæreſum, earũ duntaxat, quę uerę carnis in Dei filio non abnu unt ſacramentum, diuerſa multiformiſq; credulitas, uniuoco prorſus concele bret aſſenſu. Si priuſq̃ Dñs aſcendiſſet ad patrẽ, uoluit corporali aſcenſu Ma riæ contingi, quõ Matthæus, ipſo reſurrectionis die, Mariam Magdalenæ, & aliam Mariam, pedes Hieſu memorat tenuiſſe. Quod ut manifeſtius agnoſca tur, totum eiuſdem loci capitulum, ſicut Matthæus poſuit, huic operi duximus inſerendum. Ait igitur. Veſpere autem Sabathi, quæ luceſcit in prima ſabathi, uenit Maria Magdalenę, & altera Maria, uidere ſepulchrum. Et ecce, terrę mo tus factus eſt magnus. Angelus aũt Dñi deſcẽdit de cęlo, & accedẽs reuoluit la pidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autẽ aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimen tum eius ſicut nix. Prę timore aũt eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut

Quõ de⁹ requieuit et opat⁹ eſt, uolũtate & non labore

Mat.8.A

Noli me tãgere nõ dũ enim aſcẽdi ad patrem.

Actu.i.A

Matthęi. xxviii. A.

mortui. Reſpondens aũt angelus dixit mulieribus. Nolite timere uos,ſcio eñ
ꝙ Hieſum,qui crucifixus eſt,quęritis,non eſt hic,ſurrexit enim ſicut dixit. Ve
nite,uidete locum,ubi poſitus erat Dñs,& cito euntes,dicite diſcipulis eius, qa
ſurrexit,& ecce pręcedit uos in Galilęam, ibi eum uidebitis. Ecce dixi uobis.
Et exierunt cito de monumento,cum timore & gaudio magno, currentes nun
ciare diſcipulis eius. Et ecce Hieſus occurrit illis dicens. Auete. Ille autẽ acceſſe
runt,& tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum. Quomodo ergo ſe,eo ꝙ nondum aſcendiſſet ad patrem,a Maria Magdalenę tangi uetuit,a qua ſibi eo- dem die pedes teneri permiſit? An ita quiſꝗ peruerſo ſenſu raptatur, ut mo- mentaneis putet Chriſti ſententias motibus uariatas? tanꝗ qui poſtmodum melius recogitans Mariæ tribuerit,quod antea denegarit? Sed tali cogitatiõi protinus Vas electionis obſiſtit,qui in dei filio, ſecundum imutabilitatem diui nitatis æternæ,nulla nos mutabilitatis ſuſpicione ꝑmittit errare, Corinthiis ita ſcribens. Dei enim filius Hieſus Chriſtus,qui in uobis per nos prędicatus eſt, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in illo, eſt & non,ſed,eſt, in illo fuit. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt,in illo eſt.Ideo & per ipſum dici- mus. Amen Deo ad gloriam ueſtram. Non ergo hic Euangeliſtarum diſcre- pat intellectus,nec Chriſtus aut inaniter ſe tangi,nõdum aſcendens ad patrem prohibuit,aut incaſſum ſibi pedes teneri permiſit. In vno enim demonſtrauit ueritatem carnis. In altero inſinuauit gloriam deitatis. Illic permiſit manum,hic amouit intellectum. Vt in homine Chriſto reſuſcitatæ carnis tangeretur ueri tas,& in eodem Deo Chriſto paternæ diuinitatis crederetur æqualitas. Ideo igitur dicit. Noli me tangere,quia nondum aſcendi ad patrẽ meum, quia Ma ria Magdalenę nondum patri æqualem credebat, quem uelut extinctum fœ minea pietate plangebat. Quid eſt enim,Noli me tangere,nõdum enim aſcen di ad patrẽ meum? Niſi,noli hoc in me tm̃ credere quod putas,noli hoc in cor de firmare quod ęſtimas,quia ꝗdiu in me illa tantum quę ſunt carnis attendis, æqualitatem meam cum patre non ſentis. Et reuera nondũ illis Chriſtus aſcen dit ad patrem,qui patri filium non cõfitentur ęqualem. Feſtinandum itaꝗ eſt, ut unuſquiſꝗ perfectionem & ueritatem humanæ naturæ in Deo filio credẽs tanꝗ pedes Chriſti teneat,eiuſdemꝗ filii de patre natam ſubſtantiam fateať, ut illi Chriſtus ad patrem per æqualitatem naturalis diuinitatis aſcendat. Quid eſt enim, Nondum aſcẽdi ad patrem meum, niſi infra patrem exiſtimas, quem mortuum ploras? Et quid eſt,Noli me tãgere,noli in eo fidei tuæ motum ſta tuere. Quotienſcunꝗ enim uolumus quolibet membro aliquid tangere, niſi eiuſdem membri finierimus motum, non dicimus tactum. Tamdiu aũt mem brum illud neceſſe eſt moueamus,donec ad rem,quam uolumus tangere, ve- niamus. Vlterius autem motum membri non porrigimus, poſtꝗ ad tactum integrum uenerimus. Sic & animi noſtri motum illic ſtatuimus, quod in cor- de noſtro credulitate firmamus. Proinde ſi quæ digna & congrua ſunt creda mus de Chriſto,tunc tangimus Chriſtum. Quiſquis aũt dei filium, ſecundum diuinã naturam,æqualẽ patri non credit,nondũ illi ad prẽm Chriſtus aſcendit.

Diſſolutio quæ uidetur Euangeliorum

ii.cor.i.D

Noli me tangere

Et cui filius non aſcendit ad patrem, tangendi Chriſtum nõ accipit facultatem
Illi autem uere filius aſcendit ad patrem, qui filium patri æqualem, ſempiterni-
tatis & ĩmenſitatis parilitate non ambigit, ut filium Deum de deo patre natura
liter genitum, nec poſteriorem æſtimet, nec minorem, quia non æqualis, ſi mi
nor imenſo, nec coæternus, ſi poſterior ſempiterno. Vterq; aũt ſenſus a Chri-
ſti tactu ſeparat, quia non exęquat patri filium, ſed minorat. Huiuſmodi aũt di
gne audit a Chriſto. Noli me tangere, nõdum enim aſcẽdi ad patrem meum.
Quiſquis em̃ tangere Chriſtum non ſinitur, ab eius utiq; corpore ſeparatur.
Quod eſt aũt corpus Chriſti, niſi eccleſia Chriſti? Vnde intelligitur, quia do-
nec aliquis filium Dei ſecundum diuinam ſubſtantiam ęqualem non credit pa
tri, membris Chriſti per tactum fidei non poteſt copulari. Ille aũt Dñici cor-
poris tenet profecto compagem, cui filius aſcendit ad patrem. Illi autem filius
aſcendit ad patrem, qui Deitatem filii Deo patri fatetur æqualem. Manifeſte
itaq; claret, per illum ad patrem aſcenſum filii, noſtræ potius profectum fidei
demonſtrari, nos enim eum quodammõ in noſtris cordibus exaltamus, qñ ſic
in eius intelligentia creſcimus, ut de illo, tanq̃ de Deo uero, quæ diuinæ celſitu
Exaltate dñm deũ noſtrũ. dini digna ſunt, cogitemus. Ad hanc nos Dei exaltationem Dauid ſanctus
hortatur, dicens. Exaltate dñm Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum
eius, qm̃ ſanctum eſt. Et paulo poſt. Exaltate Dñm Deum noſtrum, & adora
te in monte ſancto eius, qm̃ ſanctus dñs Deus noſter. Quid eſt autẽ. Exaltare
dñm, niſi quæ altiſſima ſunt de altiſſimo credere? Hoc eſt utiq; in monte ado
rare, ut cum de Deo cogitamus, nihil de illo humile ſapiamus. Sic in nobis ve-
ro exaltatur, qñ eũ exaltamus, cum ſit ipſe ſemper altiſſimus, ſicut in nobis ſan-
ctificatur, qñ eum ſanctificamus, cum ſemp ipſe maneat ſanctus. Nam Beatus
i.Pet.3.C Petrus ammonet nos, dicẽs. Dñm uero Chriſtum ſanctificate in cordibus ve
ſtris. Quid eſt aũt Chriſtum ſanctificare, niſi de Chriſto quę ſancta ſunt cogi-
tare? quæ cogitatio non illum, ſed nos ſanctificat, & ſanctificando conſeruat.
Sanctifi cet̃ nomẽ tuum Sicut Salomon dicit. Cogitatio ſancta ſeruabit te. Ipſe quoq; dñs iubet, ut in
oratione dicamus. Sanctificetur nomen tuum. Et m̃ hunc orõnis locum ſic be
atus intellexiſſe cognoſcitur Cyprianus, vt in hac diuini nois ſanctificatiõe, nõ
Deum diceret ſanctificari, ſed nobis donum ſanctificationis diuinæ conferri.
In Epl̃a nanq; de Dñica orõne, quibuſdam præmiſſis, ita loquitur. Poſt hoc
dicimus. Sanctificetur nomen tuum, non q optemus Deo, ut ſanctificet̃ orõni
bus noſtris, ſed q petimus ab eo, ut nomen eius ſanctificetur in nobis. Cæterũ
a quo Deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed quia ip̃e dixit. Sancti eſtote,
quia & ego ſanctus ſum. Id petimus & rogamus, ut qui in baptiſmo ſanctificati
ſumus, in eo quod eſſe cæpimus, perſeueremus, & hoc quotidie deprecamur.
Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatione, ut qui quotidie delinquimus,
delicta noſtra ſanctificatione aſſidua repurgemus. Si ergo ſanctificantes Chri-
ſtum nos ſanctificamur, & nomen Dei ſanctificari poſcentes, nos donum ſan-
ctificationis accipimus. Cur exaltantes Deum, non potius nos per intelligentię
profectum exaltari credamus? Quod ſi Deũ exaltantes, nos potius exaltamus.

Similiter cum nobis venire dicitur, noſtrum ,pfectum debemus credere, in eõ quod ſe diuina maieſtas noſtris dignaẽ cordibus reuelare. Nam ſi filius Dei ad nos locali motu deſcẽdit, localiter de illo virtus exiuit. Cũ ẽm q̃dam mulier, in ,pfluuio ſanguis cõſtituta, facultatibus uiribuſq; cõſumptis, oĩa quæ habuit ,ppter infirmitatẽ finiret, & ſolã infirmitatem, quã hr̃e nollet, finire nõ poſſet, atq; cęleſti medico gratis curari deſyderans, occulte fimbriam tangẽs, fideli raptu, ſanitatis ſibi furareẽ effectũ. Ille credulitatis conſcius, & ſalutis, ait. Tetigit me aliquis. Nam ego noui, uirtutẽ de me exiſſe. Quid igiẽ hęc uirtus, q̃ de dñó exiuit? Nunquid exeundo diſceſſit? An ad ſanandã ſic exiẽs potuit puenire, ut a ſaluatore localiter non poſſet exire? Quod ſi localiter ab eo, qui uirtus diciẽ, uirtus exiuit, dicaẽ. Qualiter uirtus a uirtute diſceſſit? Si uero talis credulitas, fidei chriſtianæ uideẽ incongrua, non aliũ putemus illũ de Chriſto virtutis exitum, niſi diuinæ curationis effectũ. Tunc enim ad mulierem virtus ſaluatoris exiuit, qñ in ſe uirtutẽ diuinæ curationis agnouit. Sic ergo dei filius, qui eſt virtus & ſapientia dei, locoꝝ creator & temporꝝ, queadmodum tp̃s oĩne ſempiternus p̃cedit, ſic oẽm locum imẽſus excedit.

Quõ ã chřo yt9 exiit, muliere fim briã eius tangẽte

Qui nobis tunc uenire diciẽ, cum nos inluminare dignaẽ. De ipõ nanq; dicit Euangeliſta. In mundo erat, & mundus p ip̃m factus eſt, & mundus eum nõ cognouit. In ,ppria uenit, & ſui eum nõ receperunt. Quõ igiẽ & in mundo fuiſſe diciẽ, & in mundũ ueniſſe firmaẽ? An illud eſt potentię, iſtud gratię deputandũ? ita plane. Secundũ diuinitatẽ nanq; ſuã nec cęlo unq; defuit, nec inferno, nec mũdo. Oĩa ẽm p ip̃m & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante oẽs, & oĩa in ipſo cõſtant. Secundũ gratiã uero tunc in mundũ uenit, qñ peunti mundo mira pietate ſubuenit. Quod etiã ipſe teſtaẽ dicens. Nõ ẽm miſit Deus filiũ ſuũ, ut iudicet mundũ, ſed ut ſalueẽ mundus p ip̃m. Eſt igiẽ imẽſus Dei filius, ſicut pater & ſp̃us. Qm̃ de ipſo dictum eſt. Magnus eſt & nõ hẽt finẽ, excelſus & imẽſus. De q̃ paulo poſt diciẽ. Poſt hęc in terris uiſus eſt, & cũ hoĩbus cõuerſatus eſt.

Quomõ chriſt9 nobis uenire diciẽ, aut ĩ ,ppria

Ioã. iii. B

Immenſus eſt etiã ſp̃us ſanctus. Quod ſciens ,ppheta, dicebat ad Deũ. Quo ibo a ſp̃u tuo, & a facie tua q̃ fugiã? Quẽ ſp̃um Dei, ut ip̃m ſanctũ ſp̃um ,ppheta memoratus oñderet, dicit Deo. Ne ,piicias me a facie tua, & ſp̃um ſanctũ tuũ ne auferas a me. Quẽ ſp̃m Dei ip̃m eſſe ſp̃um ſctm̃ Ap̃lus q̃q; hac atteſtatiõe ſignificat. Nolite cõtriſtare ſp̃um ſctm̃ dei, in q̃ ſignati eſtis, in die redẽptionis. Et alio loco. Qui aũt hæc ſpernit, nõ hoĩem ſpernit, ſed deũ, qui etiã dedit ſp̃um ſuũ ſctm̃ in nobis. Hunc ſp̃um Dei ſanctũ ſic imenſum Dauid ,pnunciat, ut deo, ſicut ſupius memorauimus, dicaẽ. Quo ibo a ſp̃u tuo, & a facie tua q̃ fugiã? Si aſcendero in cęlũ, tu illic es. Et ſi deſcẽdero in infernũ, ades. Et ſi aſſumpſero pẽnas meas in directione, ſiue (ſicut alia tranſlatio hẽt) ante lucẽ, & habitauero in nouiſſimo maris. Etẽm illuc man9 tua deducet me, & cõtinebit me dexterã tua. Manũ p̃ris filiũ nullus ambigit noĩari, de q̃ ipſe Deus dicit. Nõne manus mea fecit hæc oĩa? Attñ ,ppheta, ut Trinitatẽ æqualiter p̃dicaret imenſam, & p̃rẽm ſignificauit, cui dixit. Quo ibo a ſp̃u tuo. Et ip̃m ſp̃um, a q̃ ſe ire uel fugere, nullo mõ poſſe teſtaẽ. Et filiũ demõſtrauit, ubi ſe a dei manu etiã i nouiſſimo maris p̃dicat deducẽdũ,

Spũs ſanctus q̃q; imẽſus ẽ.

Epheſios iiii. D.

Pſal. 138.

Tota trínitas immenſa.

vt agnoſcat̃ patris & filii & ſpũs ſancti vna eſſe imẽſitas,& vna præſentia in oĩbus creaturis. Hęc eſt Trinitas vn⁹ Deus,qui ſicut potuit ſolus vniuerſa condere,ſic põt oĩa ſolus implere. Nec localis in loco,nec tp̃alis in tp̃e,nec terminabilis termino creaturæ.

Deus eſt vbiqꝫ,iõ & ĩ ſecreto p̄ces audit.

Nam imẽſitatem diuinitatis filii Dei,manifeſta p̄dicatione,& eloquiorꝝ diuinorꝝ atteſtatione. Beatus martyr Cyprianus affirmat in ep̃la de orõne dñica,dicens. Deniqꝫ magiſterio ſuo dñs ſecreto nos orare p̄cepit,in abditis & ſecretis locis,in cubiculis ipſis,quod magis cõuenit fidei, ut ſciamus,Deũ ubiqꝫ eſſe p̃ntem,audire oẽs & uidere,& maieſtatis ſuę plenitudine in abdita q̊qꝫ & occulta penetrare,ſicut ſcriptum eſt. Ego Deus approximans,& nõ deus de longinquo. Si abſconditus fuerit hõ in abſconditis, ego ergo nõ uidebo eũ? Nõne cęlũ & terrã ego impleo? Et iterꝝ. In oĩ loco oculi Dei ſpeculant̃ bonos & malos. Et q̃n in vnũ cũ fratribus cõuenimus,& ſacrificia diuina cum dei ſacerdote celebramus, uerecundię & diſciplinę memores eſſe debemus,nõ paſſim uentilare p̄ces noſtras inconditis uocibus,nec petitionem cõmendandam Deo cum vultuoſa loquacitate iactare,quia Deus nõ vocis,ſed cordis auditor eſt,nec ammonendus eſt clamoribus,qui cogitatiões videt. Probante dño & dicente.Quid cogitatis nequam in cordibus ueſtris? Et alio loco. Scient oẽs ecc̃liæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis.

Hie.23.E

Prouer. xv.A.

Ex dictis q̊qꝫ b.Cypriani filius dei immenſus ẽ

Beatus certe Cyprianus Deũ,quem dixit vbiqꝫ eſſe pręſentem, audire oẽs & uidere, & maieſtatis ſuæ plenitudine abdita quoqꝫ & occulta penetrare.Ipſum quoqꝫ non uocis ſed cordis aſſerit auditorem,nec ammonendum clamoribus qui cogitationes uidet. Ip̃m quoqꝫ ponit dicentem.Quid cogitatis nequam in cordibus ueſtris? Et alio loco.Sciẽt oẽs eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis. Hæc aũt quis neſciat a filio dei dicta? ſicut Apocalypſis Euangeliumqꝫ teſtatur. Filius igit̃ (ſicut ſanctus aſſerit Cyprianus) vbiqꝫ præſens eſt,idem oẽs audit & uidet,& maieſtatis ſuę plenitudĩe in abdita quoqꝫ & occulta penetrat; nec clamoribus ammonendus eſt qui cogitationes uidet. Huic ſenſui, Ioannis Euangeliſtæ dicta cõcordant,qui dicit de q̃buſdam. Quia Hieſus nõ credebat ſemetip̃m illis,eo ꝙ ipſe noſſet oẽs,& q̃a opus ei nõ erat,ut q̃s teſtimoniũ p̃hiberet de hoĩe. Ipſe em̃ ſciebat,q̃d eſſet in hoĩe.

Ioã.ii.i fi.

Chriſtus nũq̃ ſuos derelinq̃t ſolos,q̃a eis ubiqꝫ adeſt.

Simile quiddam Beatus Cyprianus etiam ad Tyberitanos ſcribens,de filii Dei ĩmenſitate teſtat̃ his verbis. Solus nõ eſt,cui Chriſtus in fuga comes eſt,ſolus nõ eſt,qui templum Dei ſeruans,ubicunqꝫ fuerit,ſine dño nõ eſt. Et ſi fugientem in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit,fera inuaſerit,fames aut ſitis aut frigus afflixerit, uel per maria p̄cipiti nauigatiõe ꝓperantem,tempeſtas aut procella ſubmerſerit, ſpectat militem ſuum Chriſtus,vbicũqꝫ pugnantem. In ep̃la quoqꝫ de lapſis. Quiſq̃s volet hęc inſerta reperiet. Videt ille corda & pectora ſingulorꝝ,& iudicaturus non tm̃ de factis,ſed & uerbis & cogitatiõibus noſtris,oĩm mentes uolũtateſqꝫ cõceptas intra ipſas adhuc clauſi pectoris latebras intuet̃. Filius ergo Dei,tam auctoritate diuina,q̃ꝫ ſanctorꝝ patrũ fideli ueraciqꝫ ſnĩa, ſecundũ diuinã naturam infinitus ĩmenſuſqꝫ probat̃,vbiqꝫ pręſens,oĩa replens,teſtis nũc cogitationum & op̃um,futurus iudex retributorqꝫ cunctorꝝ. Quia uero idem filius dei

verus deus

verus deus natus de deo patre, ver⁹ hō factus eſt pro nobis ex hoīe, factus eſt eñ ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Diuinæ humanæq́ꝫ naturæ in ſe continens ueritatem, quæ fuerunt ueræ diuinitatis nō amiſit, & quæ ſunt ueræ humanitatis accepit. Vnus idemq́ꝫ ſecundum carnem de matre tpaliter natus, ꝙ ſecundum diuinitatem de patre permanet ſempiternus. Vnus idēq́ꝫ homo localis ex hoīe, qui eſt Deus īmenſus ex patre. Vnus idemq́ꝫ ſecundū humanam ſubſtantiam, abſens cælo, cum eſſet in terra, & derelinquens terram, cum aſcendiſſet in cælum. Secundum diuinam vero īmenſamq́ꝫ ſubſtantiam, nec cęlum dimittens, cum de cælo deſcendit, nec terram deſerens, cum ad cęlum aſcendit. Quod ipſius Dñi certiſſimo poteſt cognoſci ſermone, qui ut localem oſtenderet humanitatem ſuam, dicit diſcipulis ſuis. Aſcendo ad prēm meū & ad prēm ueſtrum, Deum meum & deum ueſtrum. De Lazaro quoq́ꝫ cum dixiſſet, Lazarus mortuus eſt, adiunxit dicens. Et gaudeo propter vos, ut credatis, qm̄ nō eram ibi. Immenſitatē uero ſuę diuinitatis oſtendens diſcipulis dicit. Ecce ego vobiſcū ſum oībus diebus, uſq́ꝫ ad conſummationē ſeculi. Quō aūt aſcendit in cælum, niſi quia localis & uerus eſt homo? Aut quō adeſt fidelibus ſuis, niſi qa idem īmenſus & verus eſt Deus. De ipſo rurſum dicit ſcriptura. Quia vere habitauit Deus cum hoībus in terra. De quo Euangeliſta dicit. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quod verbū, ut agnoſceretur etiam cum caro factum eſt, & habitauit in nobis, nunq́ꝫ diſceſſiſſe de cælo. Propterea Dauid dicit. In æternum dñe permanet uerbum tuum in cælo. De ipſo vno eodemq́ꝫ dei ſempiterno filio, & futuro tunc hoīs filio, in quo ꝑmanſiſſet uera & immenſa diuinitas, & a quo ſuſcipienda eſſet uera localiſq́ꝫ humanitas. Prophe ticæ inſpirationis agnitiōe repletus, dixerat Hieremias. Hic deus noſter, & nō æſtimabitur alius ad eum. Adinuenit oēm uiam diſciplinæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrahel dilecto ſuo. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hoībus cō uerſatus eſt. Et qm̄ de ipſo ſuperius dixerat, Magnus eſt, & non habet finem. Excelſus & īmenſus, ne iſta Dei in terra uiſio, & cum hoībus cōuerſatio, deum immenſum putarent alienaſſe de cælo. Propter hoc ipſe filius, ut īmenſitatem diuinitatis ſuæ in terra poſitus demonſtraret, & ſecundum hoīem, quem ſuſceperat in terra poſitus, ſecundum deum quod ſemper erat præſentem ſe etiam cælo doceret, ait. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcēdit filius hoīs qui eſt in cælo. Non quia humana Chriſti ſubſtantia fuiſſet ubiq́ꝫ diffuſa, ſed qm̄ vnus idemq́ꝫ dei filius atq́ꝫ hoīs filius, verus deus ex patre, ſicut hō uer⁹ ex hoīe, licet ſecundū ueram humanitatē ſuā localiter tunc eſſet in terra, ſecundū diuinitatē tñ (q̄ loco nullatenus continet) cælū totus impleret & terrā. Iſtam Chriſti uerā humanitatē, q̄ localis eſt, ut verā diuinitatē (quæ īmēſa ſemper eſt) Apſica quoq́ꝫ nobis doctrina cernimus intimari. Nā ut Chriſti ueri hoīs corpus localiter contineri, Paulus monſtraret Apſus, ait ad Theſſalonicenſes. Quō cōuerſi eſtis ad deū a ſimulacris, ſeruire deo uiuo & uero, & expectare filiū eius de cęlis, quē ſuſcitauit a mortuis Hieſum, ipm̄ utiq́ꝫ mōſtrans corpaliter de cęlo venturꝫ, quē corpalr a mortuis nouerat ſuſcitatū. Propterea rurſus ait.

Ioā. xx. D.

Mat. vlti.

ii. Parali. vi. D.

Prophetia Baruch de Chriſto ỽba ſunt Hieremiæ.

Ioañ. 3. C.

Ex ỽbis apli chrs & īmenſ⁹ & localis ꝑbatur

Phi.iii.D Noſtra aũt conuerſatio in cęlis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dñm Hieſum Chriſtum, qui reformauit corpus humilitatis noſtræ, conforme corpi claritatis ſuæ, ſecundum operationem, qua poteſt etiam ſubiicere ſibi oĩa. Interim qm̃ loci oportunitas non eſt prætereunda ſilentio, attẽdatur hic locus, in quo Apſus filium dicit. Omnia ſibi poſſe ſubiicere, ne pater exiſtimet cuncta tanq̃ inualido ſubieciſſe, dicit etiam corpus humilitatis noſtræ reformaturum conforme corpori claritatis ſuæ. Quod ſi uerum eſt corpus Chriſti, loco põt utiq; contineri. Hanc ueritatẽ corporis Chriſti de cęlo uenturi, Ioannes quoq; confirmat dicens. Ecce ueniet cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum cõpunxerunt. In libro quoq; Actuum Apſorũ, ſic eius corporalis in timatur aſcenſus, Et cum hæc dixiſſet, uidẽtibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Cunq; intuerẽtur in cælum euntem illum, ecce duo uiri aſtiterunt iuxta eos in ueſtibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Hieſus, quem uidiſtis euntem in cęlum, ſic ueniet, quemadmodum uidiſtis eum, euntem in cęlum. Cum ergo caro Chriſti localis abſq; dubitatione monſtraret, diuinitas tñ eius vbiq; ſemper eſſe, Paulo teſtante, cognoſcit, qui fidelibus dicit. An experimẽtum quęritis eius, qui in me loquitur, Chriſti? Quõ aũt in eo loqui potuit, ſi in illo non fuit? Vel quõ corporaliter aſcendit in cęlum, & in ſuis fidelibus eſſe prędicat in terra, ſi nõ eſt in illo diuinitatis ĩmenſitas, quæ cęlum implere poſſit & terrã? Nam Corinthiis Paulus dicit. An non cognoſcitis uos ipſos? quia Hieſus Chriſtus in uobis eſt.

Corpalis Chrĩ aſcẽſus. — *Habitat in nobis Chriſtus*

Eph.3.D Et ad Epheſios ait. In interiori hoĩe habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. Eſt itaq; filius in cęlo, & habitat in nobis in terra, ſcilicet illa ſuæ ĩmenſitatis pręſentia, qua in nobis pater ſpũſq; ſanctus habitat. Nam deus pater ſuã in nobis habitationem ſic, Propheta loquente, monſtrauit. Qm̃ inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter q̃d exite de medio eorũ, & ſepamini dicit Dñs. Et ĩmundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, & ero uobis in patrẽ, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dñs oĩpotens. Spũm quoq; ſanctum in nobis pariter habitare Paulus oſtẽdit, ita Corinthiis ſcribens. Neſcitis, quia templũ dei eſtis, & ſpũs dei habitat in uobis. ac ne quis eorũ, qui ſpũm ſanctum minorem patre filioq; conſtituunt. Hic vbi dictum eſt. Spũs Dei habitat in uobis, ad perſonam ſancti ſpũs deneget pertinere, quid in illo replicaturus eſt loco? Vbi Apſus Timotheum ſollicitudine paterni amoris informat. Bonum depoſitum, inquiens, cuſtodi per ſpũm ſanctum, qui habitat in nobis. Hæc utiq; patris & filii & ſpũs ſancti in nobis habitatio, non localis eſt, ſed ĩmenſa, non comprehenſibibis cogitatione, ſed uenerabilis fide. Inhabitat enim Trinitas in ſuis fidelibus, ſicut tota in ſingulis, ſic tota in cunctis, quæ nec cæli terræq; ſpacio diſtendit, nec uniuerſæ creaturæ termino terminatur, nec per ſepatos hoĩes & ſeparata loca, particulariter ſeparat. Nec inferno deeſt, cum terræ non deſit & cælo. Qui enim potuit omnia facere, ſolus poteſt vniuerſa replere. Quiſquis aũt localem filii & ſpũs ſancti aduentum habitationem ve cõſyderat. Prius eſt, ut prẽm in nobis localiter, nõ ſolum habitare,

Habitat ĩ nobis de⁹ pater. — *Habitat ĩ nobis ſpi rit⁹ ſctũs.* — *Eiuſmodi habitatio nõ localis eſt ſed ĩmenſa.*

habitare,uerum etiam ambulare confirmet, quem Beatus Paulus dixiſſe aſſerit per Prophetam. Quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo. Explicetur ergo,qualiter in nobis filius uel ſpũs ſanctus inhabitat. Nam ſi hæc humano more credimus metienda,maioris eſt quantitatis qui habitare tantummodo dicĩ, ꝙ ille qui etiam in nobis ambulare mõſtratur. Poteſt enim qui habitat,totum implere quod habitat. Qui autem inambulare dicĩ,minor utiq; ſpacio,in quo ambulat,abſq; dubitatione monſtratur. Sed hanc cogitationis ineptiam,deterior conſequetur abſurditas. Procul dubio enim cordis noſtri ſpacia uidebunt ipſa Trinitate maiora,in quibus ſit locus,quem filius atq; ſpũs ſanctus inhabitando implere poſſint,& locus quem inambulando pater implere non poſſit. Quod ſi hæc non conueniunt ueritati, credamus habitationem Trinitatis,ſecundum immenſitatis illius incomprehenſibilem maieſtatem ineffabiliter deſignari. Et cum Deum in nobis habitare atq; inambulare audimus ita ſpiritaliter cognoſcamus,ut non credamus,ꝙ Deus localiter moueatur in corde noſtro,ſed ꝙ cor noſtrum dilatetur in Deo. De qua cordis latitudine Apſus loquebatur dicẽs. Os noſtrum patet ad uos o Corinthii,Cor noſtrum dilatatum eſt. Eandem autem habẽtes remuneratiõẽ tanꝗ filiis dico,dilatamini & uos. Vbi paulo poſt teſtimonium Prophetę poſuit,ſuperius memoratum,dicens. Vos enim eſtis templum Dei uiui, ſicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo. Sed nec illud eſt aliquatenus omittendum, quo manifeſtiſſima Trinitatis immenſitas,& per omnia non localis,ſed diuina mirabiliſq; præſentia demõſtratur,dum in nomine patris & filii & ſpũs ſancti,ſecundum ipſius domini præceptum credentes,ubi cognoſcimus baptizari.Si enim omĩs Trinitas in Baptiſmate ſanctificare creditur,omnis utiq; Trinitas adeſſe monſtratur. Cum autem ubiq; uno tempore per totum orbem Baptiſma celebrat in nomine Trinitatis,ſi tota Trinitas adeſt ad ſanctificandum.Ecce ubiq; mirabiliter exhibet præſentiam maieſtatis immenſæ,quoniam ſolius eſt Dei,ſimul uniuerſa complere. Si autem non tota Trinitas ubiq; pariter adeſt,ſi filius aut Spũs ſanctus putatur deeſſe,nominandus utiq; in baptiſmate non eſt,qui ad ſanctificandum adeſſe non poteſt. Quiſquis ergo putat,æqualitatem immenſitatis paternæ denegandam filio uel ſpũi ſancto, nomen eorum prius auferat de Baptiſmatis ſacramẽto. In hoc igitur ꝗmaxime fidei catholicæ ueritas agnoſcitur,quæ recte in nomine patris & filii & ſpũs ſancti baptizare cõſueuit,quoniam omnem Trinitatem ubiq; pariter adeſſe confidit. Poſſet adhuc immenſitas diuinitatis filii Dei teſtimoniis innumerabilibus demõſtrari, ſed nos maluimus pauca de pluribus ponere, volentes etiam ſecundum librum celerius terminare,ꝗmaxime proſpicientes,ut in his, quæ veſtræ clementiæ deſtinamus,animum regalibus curis fœliciter occupatum,non lectionis prolixitas oneret,ſed manifeſtatio veritatis informet. Proinde quæ de immenſitate diuinitatis filii Dei diſputata ſunt, iſto concludamus termino,vt ea quæ de Sacramento dicenda ſunt Dominicæ paſſionis,alio rurſus incipiamus exordio.

Cor nr̃m dilatatꝰ in deo inhabitante.

Immenſitas trinitatis ex forma oñdit

Cõcluſio ſecundi libri de immẽſitate

B. FVLGENTII AD TRASIMVNDVM REGEM, LIBER TERTIVS, DE SACRAMENTO DOMINICÆ PASSIONIS.

QVANQVAM ſecundo libro, ſuperni muneris opitulatione ſubnixi, diuinitatem filii Dei probauerimus imenſam, nec tempore ſalicet nec loco concluſam, vtpote quæ omnia replet, omnia continet, omnia ſempiternitate præcedit, omnia pariter immenſitate concludit. Quod idcirco q̃maxime curauimus demonſtrandum, vt ſiqui nunc uſq; ſpiritaliter de Deo nequeunt cogitare, localis in Dei filio ſuſpitionis abſoluerentur errore. Non minor nobis eſt ſolicitudo reſidua, tertii quoq; huius uoluminis abſoluendi, quo de Sacramento dominicæ paſſionis, quod ipſe, qui pro nobis paſſus eſt, donauerit, ſumus vtiq; tractaturi. Vbi non minimo timqre concutimur, nec leui formidine perurgemur. Sumus enim prorſus (quantum ad nos attinet) explicationi tantæ profunditatis inualidi. Sed ille, qui aperuit os mutum, & linguas infantium facit diſertas, ipſe (ſicut confidimus) dabit ſermonem directum & beneſonantem in os noſtrum. Tantamq; huic operi (quod per nos dignatur miſericorditer operari) demonſtrandæ veritatis gratiam largietur, ut manifeſtis ſcripturarum clareat documentis, & rectitudo Catholici dogmatis, & tortuoſus error ac multiplex hæreticæ prauitatis.

Difficultas tertii libri de paſſione Dñi.

Impietas erroris circa hũanitatem Chriſti

Sunt enim quidam, qui de ſacramento dominicæ paſſionis aliter, q̃ ſe pietas habet, cogitantes, dum ſalutem quærunt, diſpendium ſalutis incurrunt. Et dum in Deo id accipiunt, quod in hominibus cernunt, quadam uelut lancea peruerſæ loquutionis latus percutiũt ſaluatoris. Et cum increduli milites detrahere auſi non fuerint morienti, quidam nũc ſub Chriſtiani nominis fuco non metuunt derogare regnanti. Hi ſunt, qui cum in vno Chriſto Deo uero hominéq; perfecto humanam diuinamq; forſitan nequeunt, aut certe negligunt, ſecundum naturalem ueritatem conſyderare ſubſtantiam, in id erroris incurrunt, ut non humanam in dei filio naturam, manente diuinæ virtutis immutabilitate conſyderent. Sed ut diuinam ſubſtantiam diuinæ infirmitatis paſſibilitate dedecorent. Quod utiq; diuino ſpiritu præuidens, dicebat Apoſtolus. Verbum enim crucis, pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt. His autem, qui ſalui fiunt, uirtus dei eſt. Pereunt in uerbo crucis, non ſolum, qui putant Dei filium quæ humana ſunt in carne pati non potuiſſe, verumetiam, qui credunt diuinitatem filii Dei, dolores uel paſſionem ſubſtantialiter in cruce ſenſiſſe. Quomodo autem verbum crucis uirtus eſt Dei, ſi in cruce diuina ſubſtantia potuit infirmari? vel qualiter nos ad immutabilitatis atq; incorruptionis gratiam perducturus eſt Chriſtus, ſi ipſe ſecundum diuinam

Verbum crucis pereuntib9 ſtultitia ẽ.

naturam

naturam probatur in deterius cōmutatus? Cum diuinæ naturæ ſit proprium nec defectum capere nec profectum. Igitur quid in Chriſto ſemper impaſſibile, quidue ante mortem carnis paſſibile fuerit, tractaturi, primit9 libello huic inſerenda duximus, quæ de uno Chriſto Deo hominecꝙ credimus & tenemus. Nequis, cum in vno Chriſto cœperemus ea quæ ad proprietatem diuinæ humanæcꝙ naturæ pertinent, demonſtrare, aut duos Chriſtos nos exiſtimet credere, ſecundum utrãcꝙ naturam, aut quartam a nobis inſeri putet Trinitati perſonam. Nos enim fidem retinentes Euangelicæ veritatis, ſic in Mediatore Dei & hominum homine Chriſto Hieſu, propria vniuſcuiuſcꝙ naturæ cognoſcimus, ut vnitatem perſonæ nullatenus diuidamus. Scientes, ꝙ ſic utriuſcꝙ in Chriſto ſubſtantię manſerit vnita proprietas, ut in carne patiens impaſſibilis Deus, & veram paſſionem (quia uoluit) in uera carne ſentiret, & in diuinitate prorſus impaſſibiliter permaneret. Nec alius in carne paſſus fuerit niſi ille, qui in uera carnis paſſione, impaſſibilis omnino permanſit. Nec alius ſemetipſum morti dignatus ſit tradere, ꝙ ille qui ſic potuit moriendo mortem uincere, ut mortem non poſſet in morte ſentire. Sed hæc qualiter in vnitate perſonę, ſubſtantiarum in Chriſto proprietate ſeruata dicamus, profeſſionis noſtræ ſeries ſubiecta monſtrabit.

Caute de chr̄o tractandū, ꝑpt̄ duas naturas ī una perſona

Credimus igitur Dei filium, ante omne prorſus initium, hoc eſt ſine aliquo ſuæ natiuitatis initio, de patris ſubſtantia genitum, Deum de Deo, Dominum de domino, non ex nihilo, quia de patre, non nuncupatiuum, quia nomen habet ex ueritate naturæ, non ex aliqua natura, quia non aliquid fuit coæternum Deo, vnde origo filio præſtaretur. Nec poſteriorem filium eo qui genuit nec minorem, ſed (ſicut etiam in ſecundo libello diximus) patri prorſus & ſempiternitate immenſitatis, & immenſitate ſempiternitatis æqualem, immutabilem mutabilium conditorem. Intemporalem temporalium factorem & temporum, quem nullus continet locus, quo nullus caret locus, quia cuncta replet Creator immenſus. Qui non propterea non eſt Deus, quia dicitur genitus, ſed ideo uerus digne creditur, quia de patre ſubſtantialiter genitus prædicatur. Quod enim dicitur genitus, non hoc eſt nomen diuinitatis in filio, ſed nomen eſt natiuitatis in Deo, ut quem conſtat de patre naturaliter genitum, conſtet non aliud eſſe ꝙ Deum.

Recta fides de diuinitate filii dei.

Hic itacꝙ de patre ſempiternus exiſtens, vnam tenuit cum Deo patre naturam, ſed propriam ſumpſit ex genitore perſonam, quia diuina natiuitas, non diuiſionem naturalis vnitatis habuit, ſed perſonam filii ſubſiſtētis a patre diſtinxit, & ex uocabulo patris alium qui natus eſt monſtrat, vt errorem Sabellionæ confuſionis excludat. Sicut ipſe filius proteſtatur, dicens. Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me. Et ſcio, quia verum eſt teſtimonium, quod perhibet de me. Et ut oſtenderet, quem alium diceret, poſt pauca ſubiecit, Quia miſit me pater ipſe teſtimonium perhibet de me. Alio loco ſimiliter ſuam perſonam patriſcꝙ diſcernens, Non ſum inquit, ſolus, quia pater mecum eſt. Ad hanc diſtinctionem geminæ perſonæ & profeſſionem vnius ſubſtantiæ in patre & filio perdocendam, ipſe filius dicit. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum

Alia ꝑſona patris, alia filii, in una natura.

Ioañ. v. E.

Ibidē. 8. B

Ibid. xii. F

Chriſtus unigenit⁹ Dei. qui miſit me,& qui uidet me,videt eum qui me miſit. Vnus eſt igitur filius ex patris natura genitus,qui ideo vnigenitus dicitur,ut ex proprietate paternæ naturæ vnus & genitus demonſtretur. Sed hic,qui vnigenitus ex patre naturaliter dicitur,ſicut inſeparabilis eſt vnitate naturæ,ſic inconfuſibilis permanet ꝓprietate perſonæ. Ob hoc ſe tantummodo Dei filius vnigenitum nominat dicens. Sic enim dilexit Deus mundum,ut filium ſuum vnigenitum daret, ut oīs qui credit in eum,non pereat,ſed habeat uitam æternam. Et paulo poſt. Qui credit in eum non iudicabitur,qui autem non credit,iam iudicatus eſt,quia nõ credit in nomine vnigeniti filii Dei. De ſolo Ioannes quoq; proteſtatur,& dicit. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, Plen⁹ grẽ & ꝟitatis gloriam quaſi vnigeniti a patre,plenum gratiæ & veritatis. Verbum caro factum,plenum eſt gratiæ ſuſceptionis humanæ,quia Chriſtus nihil in ſe minus hominis habet. Idemq; vnigenitus a patre, plenus eſt veritatis paternæ ſubſtantiæ,quia omnem in ſe diuinitatis paternæ plenitudinem naturaliter habet. Plenum igitur gratię & veritatis Euangeliſta cognouit,quẽ vnum eundemq; uerum hominem gratia ueræ incarnationis oſtenderet, & uerum Deum vnigenitum a patre natiuitatis æternæ ueritas declararet. Quid autem filio ꝓdeſt ut nuncupetur vnigeniti nomine,ſi priuatur uocabuli ueritate? Fruſtra nanq; vnigenitus dicitur,ſi in eius generatione non naturalis de Deo generante veritas,ſed creationis ex donante largitas prædicatur. Et aliis enim quotquot receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Quod ſi etiam vnigenitus filius factus dicitur ex gratia,non uere genitus ex natura,procul dubio nomen & veritatem vnigeniti perdidit,poſtq̃ fratres habere iam cœpit. Priuatur eñ Filii Dei adoptiui i eodẽ regno diuerſa inẽ ſe claritate. huius ueritate nominis,ſi in unigenito non eſt de patre ueritas naturalis. Etem̃ in filiis Dei,qui non de Dei patris natura ſubſiſtunt, adoptiuæ communio dignitatis diuerſitatem munerum poteſt habere, non nominum. Et adoptantis gratia,cunctis ex Deo naſcentibus,q̃uis diuerſę retributionis munus pro laboris merito repromittat. Vnum tamen cunctis filiorum nomen accõmodat, & vna per fidem ueram renatis uita cæleſtis regni promittitur,q̃uis differens regnaturis gloria tribuatur, Paulo Beato dicẽte. Alia claritas ſolis, & alia claritas lunæ,& alia claritas ſtellarum. Stella enim ab ſtella differt in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum,& his tamen omnibus pro illa poteſtate, quã eis dedit, Mat.xxv. C filios dei fieri,ſimul dicetur dextris. Venite benedicti patris mei, percipite regnum,quod paratum eſt vobis ab origine mundi. Simul etiam de oĩbus dicit. Ibid. in fi. Iuſti aũt ibunt in uitam æternam. Aequaliter igitur tenebit cunctos Dei filios vnigenitas adoptiui noīs,licet meritorum qualitatem monſtratura ſit differentia claritatis. Nec in eo,q̃ ſpiritalis eſſe cœpimus natiuitatis exortu,diſcernimur nomine,q̃uis ex profectu ſimus diſcernendi mercede. In eo nanq;,q̃ uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis,pariter filios nũcupauit gratia genitoris. Quod ſi diuina illa filii ſempiternaq; natiuitas,non de natura dei patris,ſed ex gratia creditur ſubſtitiſſe,non debet vnigenitus uocari,ſed tantummodo genitus. Quoniã ſicut ei nomen geniti largitas adoptionis paternæ contribuit, ſic eum

ab vnigeniti

ab vnigeniti noie, nobis quoq; tributa cõmunio paternæ adoptionis excluſit.
Vnigenitus eñ nõ uocat, q̃uis genitus poſſit uocari cum genitis. Quod ſi ita
eſt, deleat, quod Ioannes auſus eſt nomen vnigeniti ſcribere, ut ꝓbetur falſum,
quod meruit de pectore ueritatis haurire. Si uero ꝓprietas vnigeniti manife-
ſte demonſtranda eſt ſignificationis inditio, ſic multi filii dei dicant ex gratia, ut
cognoſcat vnus genitus ex natura. Quis enim natus eſt deus uerus de Deo ue
ro, niſi vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris? Quem ideo ſolum a cęteris Dei
filiis exceptio ſegregat incõmunicabilis noĩs, quia in ſolo permanet de patre ue
ritas naturalis. Hic uerus Deus & uita æterna, cum in forma Dei eſſet, non — *Chriſtus*
rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo, ſemetipm̃ exinaniuit, formã ſerui ac — *exinani-*
cipiens, æqualitatem enim Dei ueri Deus uerus nõ rapuit, quam vnitate natu- — *uit ſeipm̃,*
rali ſempiternus cum genitore poſſedit. Idcirco vnigenitus dei filius, etiam q̃n — *plen⁹ gra*
formam ſerui accipiens, ſemetipm̃ exinaniuit, plenus gratiæ ueritatiſq; ꝑman — *tię & ueri*
ſit. Vidimus, inquit Ioannes, gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, ple — *tatis.*
num gratiæ & ueritatis. Hoc eſt utiq;, quod in uno eodemq; ſemetipm̃ exina
niente, & pleno gratiæ & ueritatis, accepta ſerui forma, ueritatem uoluntariæ
prorſus exinanitionis oſtendit, in coæterna ꝑmanens Dei forma, plenitudinem
gratiæ ueritatiſq; monſtrauit. Quæ eſt igit̃ illa vnigeniti exinanitio, niſi acce-
pta paſſibilis & mortalis humanitas Chriſti? Quę aũt eſt vnigeniti plenitudo,
niſi ꝑmanens impaſſibilis atq; ĩmortalis diuinitas Chriſti? in quo ꝑfectus ho-
mo plenus eſt gratiæ, & in quo ꝑfectus deus plenus eſt ueritatis. Quo procul
dubio plenitudinis nomen, ut diuinitatis eſſe monſtret, Apl̃um de Chriſto lo — *Colo. ii. B*
quentem pariter audiamus, quia in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis cor
poraliter, & eſtis in illa repleti. Quæ aũt ſit, quæ in Chriſto inhabitat, plenitu-
do diuinitatis, Ioannes oſtendat. Verbum, inquit, caro factũ eſt, & habitauit in — *Ioañ. i. B*
nobis. De iſta plenitudine Baptiſta Ioannes nos aſſerit accepiſſe, dicens. Et de
plenitudine eius nos oẽs accepimus, & gratiam pro gratia. Vnus igit̃ idẽq; — *In uno*
Chriſtus Dei & hoĩs filius, qui & ſemetipm̃ exinaniuit, & plenus gratiæ uerita — *Chriſto*
tiſq; permanſit, uere mutabilis factus ĩmutabilis manens, uere paſſus paſſioni — *duę natu*
non ſubiacens, uere mortuus mortẽ non ſentiens, ſed extinguens. Hęc aũt cun — *rę nõ con*
cta vnus Chriſtus & geſſit & ꝑtulit, quia in vno eodẽq; Chriſto uera diuinita — *fuſæ ſed*
tis ueraq; humanitatis natura ꝑmanſit, dum Deus nõ confuſus homini, ſed uni — *vnitæ*
tus, ſic in vna ꝑſona utriuſq; naturę ꝑmanentis, inditia demonſtrauit, vt uerus
Deus & plenus ueris diuiniſq; uirtutibus in hoĩe clareret aſſumpto, & ueritas
infirmitatis humanæ uerum plenumq; hoĩem mõſtraret in Deo. Propter q̊d
Beatus Apl̃us vnum eundẽq; Chriſtum & crucifixũ prędicat, & dei uirtutem
ſapientiamq; ꝓnunciat, dicens. Nos aũt prędicamus Chriſtum crucifixum, Iu — *i. Corin. i. D*
dæis q̃dem ſcandalum, Gentibus aũt ſtultitiã, ipſis aũt uocatis iudæis atq; Græ
cis Chriſtum Dei uirtutẽ & Dei ſapientiam, & ut infirmitate ſuſceptionis hu
manę magnitudinem diuinæ uirtutis mõſtraret, adiecit. Quod eñ ſtultum eſt
Dei, ſapientius eſt hoĩbus, & q̊d infirmum eſt Dei, fortius eſt hoĩbus. Ille igit̃
Dei filius, Dei uirtus, & Dei ſapiẽtia, in exordio redẽptionis noſtræ, diuerſam

quidem peregit in hoīe,q̄ quod ſemper habebat in patre. Quià uidelicet aliud ibi maieſtatis natiuitas habuit, aliud hic pietas redēptionis, exegit. In illo eñ ſempiternæ natiuitatis archano, ſempiternus atq; incōmutabilis pater alterum genuit non diuerſum. Et quantum generando protulit, tantus ipſe permanſit; perſonaliter diſtinxit a ſe, quem naturaliter totū habet in ſe. Hoc ipſius filii nobis manifeſtatur eloquio, dicentis. Ego in patre, & pater in me. Incōfuſibiliter ergo vnit vtrunq; natura, q̄uis inſeparabiliter diſcernat vtrūq; pſona. Ideo filius ipſe teſtatur. Ego & pater vnum ſumus. Per hoc, q̄ vnum dicit, nō ſeparatur a Deo diuinitas. Per hoc, q̄ dicit ſumus, non confunditur in genitore natiuitas. Hic aūt dum noſtræ redemptionis cōmertium gereretur, pleno uerocq; homini plenum uerumq; Deum decebat vniri, ſic tñ, ut in unitate perſonę, nec in hoīe Deus, nec homo poſſet in Deo confundi. Nunq; eñ quiſq̄ hominum, ad uincendum humani generis inimicum, fuiſſet idoneus, ſi in Mediatore dei & hoīm hoīe Chriſto Hieſu, aut aliquid fuiſſet hominis minus, aut homo a deo ſuſceptus, diuina fuiſſet ſuſceptione conſumptus. Non aūt humana natura poterat in reparatione conſumi, cuius pars damnata non conſumetur æternitate ſupplicii. Cum autem pœnæ ſit conſumere, gratiæ reparare, redemptor humani generis, plenus confitendus eſt Deus, plenum ſuſcipiens hominem, plenus gratiæ, qua homo fieri dignatus eſt Deus, & plenus ueritatis, qua Deus ipſe, qui homo factus, permanet immutatus. Sicut per prophetam ante iam dixerat. Videte, quia ego ſum, & non ſum mutatus. De quo etiam Paulus Beatum Dauid ceciniſſe cōmemorat. Mutabis eos, & mutabūtur, tu autem idem ipſe es. Vnus ergo idemq; Chriſtus, in eo q̄ plenus gratiæ, nihil minus habens humanæ naturæ, plenus homo natus ex homine, & in eo q̄ plenus ueritatis, nihil minus paternæ diuinitatis habens, Deus plenus generatur ex patre Nam nō erat plenus gratiæ vnigenitus a patre, ſi in dei filio minus fuit aliquid hominis. nec erat plenus ueritatis, ſi in eodem hominis filio, minus fuit aliquid Deitatis. Ille igit̄ ineffabilis Deus de patre naturaliter ſine initio genitus, poſtq̄ uenit plenitudo temporis, ut miſſus a patre fieret ex muliere, fieret ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus, totus regnans in ſinu patris, totus ſemetipſum formans in utero uirginis. Neq; enim pars eius remanſit in patre, & pars eius deſcendit in uirginem. Cum totus in patre maneret quod erat, & totus in uirgine fieret, quod non erat. Totus cū patre, totum implens & continens mundum, totus ſibi in utero uirginis ædificans domum. Scriptum eſt enim. Sapientia ædificauit ſibi domum. Totus in patre ſempiterno, totus in homine ſuſcepto. Totus in cælo, totus in mundo, totus etiam in inferno. Sic in ſe totum hominem uerus Deus & ſummus accepit, & ſic plenitudo diuinitatis ueritate diuinæ humanæq; ſubſtantiæ inconfuſibiliter permanente, ſemetipm̄ pleno coniunxit homini, ut vnitate deinceps inæternum manente perſonæ, nec homo Chriſtus a ſua diuinitate, nec idē Deus Chriſtus a ſua poſſet humanitate diſiungi. Hoc enim infirmitatis noſtræ medela poſcebat, ut ſicut naturalis vnitas in patre manet & filio, ſic pſonalis unitas

Ego ī pře et pr̄ ī me

Ego & pater unū ſumus

Mediator chr̄s duas ħas habuit naturas

Deus hō factus, abſq; ſui mutatiōe

Chriſtus tot9 in patre, totus in utero matris

maneret in Chriſto. Et ſicut perſonalis duas non facit in patre & filio ſubſtantias, ſic naturalis diſcretio duas non faceret in Chriſto perſonas. Rurſus, ſicut vnitas naturalis patrem nō confundit & filium, ſic vnitas perſonalis hominem non confundiſſet & verbum. Et quemadmodū a genitore Deo per vnitatem naturæ nunꝗ ſegregari poteſt vnigenitus filius, ſic a ſuſceptore Deo per vnitatem perſonæ nunꝗ poſſet homo ſeparari ſuſceptus. Sic tamen, ut ꝗuis Chriſtus nec confundi poſſet aliquando nec diuidi, vnus tamen atq; idem Chriſtus & ex ueritate paſſionis humanæ, quæ noſtra fuerant, redderet, & ex ueritate impaſſibilitatis diuinæ, quæ ſua fuerant, tribuiſſet. Vt dum ille pauper efficeretur, in ſuis diuitiis manens, nos ex pauperibus diuites faceret, quibus ſuæ paupertatis infinitas diuitias contuliſſet. Quod Vas electionis manifeſto videtur denūciare ſermone dicens. Scitis enim gratiam domini noſtri Hieſu Chriſti, quia propter uos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius paupertate uos diuites eſſetis. Hoc igitur perſonæ inſeparabilis vnitas, in qua Deus & homo vnus eſt Chriſtus, fecit, ut & homo Chriſtus per gratiam naſceretur ex Deo ſalua ueritate ac plenitudine humanæ naturæ. Et idem Deus Chriſtus uoluntarie pateretur in carne, ſalua impaſſibili plenitudine diuinæ ſubſtantiæ. Quoniam ſicut vnus eſt, De quo Apoſtolus dicit. Quorum patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem. Qui eſt ſuper omnia Deus Benedictus in ſecula. Sic vnus eſt, de quo idem dicit Apoſtolus. Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex uirtute Dei. Vnus eſt igitur Chriſtus, in quo crucifixo uera fuit infirmitas carnis, & in quo uiuente uirtus ueræ claruit deitatis. Quod humanum eſt, habens Deus in ueritate humanæ, & quod diuinum eſt, habens homo in ueritate diuinæ ſubſtantiæ. Hinc incomprehenſibilis in cruce, inuiolabilis in vulnere, impaſſibilis in paſſione, ĩmortalis prædicatur in morte. Hæc dum quidam minus attendunt, diuinitatem Chriſti non dubitant ſubiicere paſſioni. Et audiētes Chriſtum in carne paſſum, putant Deum carni fuiſſe compaſſum. Minus attendentes diuinam illam atq; immutabilem filii Dei ſubſtantiam, & in carne paſſibili paſſionem ſuſcepiſſe, & cum carne paſſionem ſentire non potuiſſe. Quod utiq; Beatus Petrus in ueritate diuinæ inſpirationis confirmat, & dicit. Chriſto igitur in carne paſſo, & uos eadem ſcientia armamini. Qui ſi ſciret Chriſti diuinitatem fuiſſe paſſibilem, ſuffeciſſet, ut diceret. Chriſto igitur paſſo, nec addidiſſet, in carne. Sed quoniam nouerat, in uno eodemq; Chriſto, & paſſibilem ante mortem fuiſſe humanam naturam, & impaſſibilem ſemper diuinam manere ſubſtantiam. Propterea Chriſtum paſſum fatetur in carne, cuius diuinitatem nouerat prorſus impaſſibilem permanere. Sed forſitan dicetur, Chriſtum ideo in carne paſſum prædicari, quia diuinitas, quæ ante carnem pati non potuit, paſſibilem ſuſcipiens carnem paſſionem quoq; cum carne perſenſit, quia pro ſuſceptione paſſibilis carnis, ipſa impaſſibilis in paſſione permanere non potuit. Quod ſi ita eſt, primum mutabilis aſſeritur diuinitas Chriſti, & Apoſtolo contraitur, qui filium Dei Hieſum Chriſtum, immu

Chriſt9 in ſe diues, ppť nos egen9 factus eſt.

Ro. ix. A

Chriſto paſſo nō eſt Deus cōpaſſus.

i. Pet. 4. A

Diuĩtas Chriſti paſſionē cū carne nō ſenſit.

tabilem prædicans, euidenter Corinthiis dicit. Dei enim filius Hieſus Chriſtus qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit Eſt & non, ſed eſt in illo fuit. Quod ut ipſum eſt prorſus imutabile demonſtraret, denuo ſic ad Hebræos loquitur, vbi euidenter de filio memorat dictum. Tu in principio Domine terram fundaſti. Et opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimentum uete raſcent. Et uelut amictum mutabis eos, & mutabũtur, tu autem idem es. Quid autem eſt idem eſſe, niſi immutabilem eſſe? Sicut de ſe ipſe teſtatur dicẽs. Ego ſum, qui ſum. Et dices filiis Iſrahel, qui eſt miſit me ad uos. Quod ſiquis inter patrem filiumq; diuinitatis cupiens differentiam demõſtrare, locum iſtum, quo dictum eſt. Ego ſum, qui ſum, perſonæ ſolius patris aſſerat conuenire. Primũ meminerit, quia patrem Moyſi apparuiſſe fatebitur. Deinde, quia ſibi in propria ſubſtantia pater apparuit. Ergo pater uiſibilis fuit. Quod ſi etiam nunc uiſibilis permanet, iam non eſt corporeis oculis inuiſibilis Deus. Si autem, tunc quidem ſubſtantialiter viſus, poſtmodum inuiſibilis putatur effectus, ergo Deus ante mutabilitati ſubiacens, imperfectus utiq; fuit. Et poſtmodũ perfectum immutabilis factus ſtatum plenæ perfectionis accepit. Quod ſi ex imperfecto perfectus eſt factus, quærendus eſt alius, qui ſemper fuiſſe perfectus credatur, a quo iſte, qui imperfectus fuit, donũ perfectionis accepit. Si uero hęc chriſtianæ mentes aureſq; non tolerant, credatur Deus nunq̃ per propriam viſibiliter hominibus apparuiſſe ſubſtantiam, ſed per ſubiectam (ſicut ipſe uoluit) creaturam. Et pariter inuiſibilis, ſicut pater, credatur & filius. Qui ſicut intemporalis permanens, potuit temporalia condere, ſic inuiſibilis permanẽs, potuit, in his, quæ uiſibilia condidit, uiſibiliter apparere, tametſi perſonæ patris a quolibet adſignet hic locus, quo dicitur. Ego ſum qui ſum. Nec ſic filius ab æqualitate immutabilitatis paternæ creditur ſecernendus. Quoniam ſicut pater dicit. Ego ſum qui ſum, ſic de filio dicit Apſus, ſicut ſupra poſuimus. Nõ fuit Eſt & non, ſed Eſt in illo fuit. Et rurſum. Tu aũt idem es. Cum itaq; illud ſingulare eſt, ſicut inuenitur in patre, ſic reperiatur in filio, aut uterq; immutabilis credit̃, aut uterq; mutabilitati ſubditur. Sed qm̃ ualde impium eſt, ut patrem mutabilem dicamus, hoc ſine dubio pium eſt, ut ſicut immutabilem patrem, ſic imutabilem filium prædicemus. Et ſi immutabilis eſt diuinitas filii, nihil ei utiq; acceſſit aut deceſſit in tempore, quoniam nihil mutabilitatis recipit, quod immutabile naturali ueritate ſubſiſtit. Reſtat igitur, ut diuinitatem Chriſti, quã immutabilem ſancta ſcriptura commendat, ſic paſſam fateamur in carne, ut eam tamen credamus compaſſam non fuiſſe cum carne. Ideo enim Deus in carne paſſus eſt, quia paſſibilem carnem Deus accepit. Ideo autem carni compaſſus non eſt, quia in carne patiens impaſſibilis natura diuina permãſit, communẽm paſſionem diuinitatis & carnis, vnitaſq; perſonæ fecit in Chriſto, non diuinæ humanæq; naturę confuſio. Per hanc vnitatem perſonæ, Dominus gloriæ aſſeritur crucifixus, dicente Beato Paulo. Si enim cognouiſſent, nunq̃ Dñm

In Chrõ non fuit Eſt & nõ ſed ſemp idẽ eſt.

Exo. 3. C

De9 iuiſibilis, per ſubiectã creationẽ uiſibilit̃ appuit.

Sicut pater imutabilis, ita et filius.

Dñs glię crucifix9 author uitę interemptus

gloriæ crucifixiſſent. Propter hanc vnitatem perſonæ Auctor uitæ dicitur. in
teremptus, ſicut in Actibus Apoſtolorum Petrus Iudæos increpat, dicens. Et
petiſtis virum homicidam donari uobis, Auctorem uero vitæ interemiſtis. Actuum.
Quis autem quemlibet hominem, uitæ auctorem diceret, niſi pro nobis Deus iii.C
hominem ſuſcepiſſet? Ex quo igitur Deus vitæ auctor, hominem in vnitate
perſonæ ſuſcepit, ex eo ille homo nomen, uitæ auctoris obtinuit. Sicut ex eo,
q̄ Dei filius hominem ſuſcepit in utero uirginali, ex eo ſimul Deus & homo
vnus cœpit Dei filius nominari, Angelo dicente ad Mariam. Spūs ſanctus ſu- Luc.i.D
perueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideoq; quod naſcetur ex te
ſanctum, uocabitur filius Dei. De quo etiam paulo ſuperius eidem virgini di-
cit. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Hieſum.
Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Non ſolum uero filius Dei, ſecun
dum id quod natus eſt de homīe, dictus eſt Chriſtus, verum etiam homo ille
deus dicitur, pro eo quod eſt a Deo ſuſceptus. Quod nobis indubitanter Pſal
morum liber oſtendit, in quo dicitur. Thronus tuus Deus in ſeculum ſæculi, Pſal.44.B
virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, Pro-
pterea vnxit te Deus deus tuus oleo exultationis, p̄ participibus tuis. Hanc Vnxit te
autem unctionem ad hominem potius referendam, Beatus Petrus oſtendit di de9 deus
cens. Hieſum a Nazareth, quem vnxit Deus ſpū ſancto & uirtute. Quę igitur tu9 p̄ ptici
a Nazareth, niſi humana in Chriſto natura potuit prædicari? Nam in tantū pib9 tuis
a Nazareth non diuinitas Chriſti ſed humanitas prædicatur, ut etiam Philip
pus, quem a Nazareth dicit, Ioſeph filium æſtimaret. Sicut ad Nathanael lo- Ioh̄.i.G
quens, quem ſcripſit moyſes, inquit, & prophetę, inuenimus Hieſum, filium Io
ſeph a Nazareth. Hic igitur qui ſpū ſancto vnctus dicitur, Deus Dauidico car
mine nominatur. Qualiter autem homo ille habere potuit Dei nomē, niſi quo
niam a Deo ſuſceptus, unam cum eo poſſedit nominis dignitatem? Sed ſi in eo
q̄ dicitur. Vnxit te Deus deus tuus, diuina creditur accipienda natura, in qua Pſa.44.C
putatur filius a Deo vnctus. Eguit profecto Deus uerus ſanctificationis mune
re, priuſq; homo uerus idem naſceretur in carne. Dicatur ergo, quid potuit Nihil me
eſſe dei filio ſanctius. Cuius vnctione ſanctificatio illi, aut daretur ante non ha diū int̄ pa
bita, aut perficeretur quæ inerat imperfecta. Et ſi aliquid dicitur Dei filio me- trē et filiū
lius (cui ſolum pręferendum exiſtimant patrem) ſine dubio, quicquid illud eſt ꝑ q̄d fili9
patri fatebuntur æquale. Sed ſiue coæquetur, ſiue etiam poſtponatur patri, fi & de9 vn
lio interim quicquid aliud eſt, præferatur. Iniuſte ergo in Baptiſmate patri & geretur
filio ſpūs ſanctus iungitur, cum potius illud debuerit patri filioq; cōiungi, q̄d
potioris merito ſanctificationis filio debuit anteponi. Qualis uero uirtus illa
credetur, quæ diuinitatem filii Dei vnctione ſanctificauit, & eius carnem ſan-
ctificare non potuit? Nam utiq; ſi poſſet Chriſtum hominem plene ſanctifi-
care, non opus erat, ut ungeretur ſancto ſpiritu & uirtute. Attendatur ergo, ne
forſitan & ipſo Dei filio, & illo, qua vnctus uirtute dicitur, potior atq; ſanctior
credendus ſit ſpūs ſanctus. Hieſum enim a Nazareth, hoc eſt, filium Dei ſecun

dum carnem,ſicut Beati Petri manifeſtat aſſertio, vnxit Deus ſpũ ſancto & virtute. Quod ſi homo Chriſtus,ſine ſancti ſpũs gratia,plene ſanctificari non potuit,ſuperflua dicetur collatio illius vnctionis. Si autem ſine ſancto ſpiritu plene ſanctificari non potuit,& plenam ſanctificatiõis gratiam ſine ſpiritu ſancto Chriſtus homo non habuit,vtpote,quẽ pater ſanctificauit & miſit in mun
Ioañ.x.G dum. Et qui de ſe ipſo dixit. Et ego ſanctifico me ipſum. Et in quo ſancti ſpũs ſanctificatio ſimiliter agnoſcitur, quoniam vnxit eum Deus ſpũ ſancto & virtute. Quomodo quis ſanctum ſpiritum minorem patre uel filio audet dicere, ſine quo ſanctificationis perfectionem uidet conſtare nõ poſſe? Quid autem dubitatur olei nomine ſpũm ſanctum demonſtratum,cũ Dauid & Petrus,tam olei ꝗ̃ ſancti ſpũs uocabulo,vnum prædicent vnctionis dominicæ ſacramen
Chrm ſecundum carnẽ vnxit Deus tum? Dauid enim dicit. Vnxit te Deus deus tuus oleo exultationis,prę participibus tuis. Et utiq; hominem ſignificat,cum participes nominat. Nam illa diuinitas filii Dei,nullius creaturæ habet participium, quia cum creatura non habet naturale conſortium. Deus ergo in carne vnctus eſt, ut in illo homine Chriſto,quem ſine peccato mater & concepit & peperit,plena diuinæ ſanctificationis agnoſceretur gratia,quæ nomine Trinitatis eſſet fidelibus conferen
Actu.x.F da. Propterea Beatus Petrus dicit. Hieſum a Nazareth,quem vnxit Deus ſpũ ſancto & virtute. Et tamen ille Hieſus a Nazareth deus in Pſalmo dicitur. Vnde quęſo,niſi quoniam Deus & homo vnus eſt Chriſtus? Et ideo manente in vnitate perſonæ naturali hominis & Dei inconfuſa & inſeparabili veritate,ſicut Deus Chriſtus in homine nomen hominis ſumpſit, ſic idem homo Chri
Chrs nõ cæleſte ſed humanũ corpꝰ aſſũpſit ſtus in Deo vocabulum deitatis accepit. Nam ſi non ex coniunctione naturali,nomen dei & hominis vnitas perſonalis habet in Chriſto,conſequenter ſecundus homo,quem de cælo cæleſtem prædicat Paulus,nihil habere naturaliter putetur ex virgine,& ſecundum cæleſtem naturam,cæleſtis carnis dicatur habere ſubſtantiam. Præſertim,quoniam ipſe quoq; de ſe Dominus profitet. Nemo aſcendit in cælum,niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis qui eſt in cælo. Quod ſi cęleſte corpus,& non humanum ſuſcepiſſe credendus eſt Chriſtus, quomodo veritate Dauidici Pſalmi uaticinatio fulcietur? vbi ſcriptum
Pſal.84. eſt. Vt inhabitet gloria in terra noſtra, veritas de terra orta eſt. Chriſtum autem quis negare audeat ueritatem,cum ipſe ſe hoc nomine nuncuparit, di
Ioã.14.A. cens. Ego ſum via veritas & vita. Si ueritas igitur de terra orta eſt, quomodo ſecundus homo de cælo cæleſtis,niſi quoniam a Dei filio ſuſcepta materies terreni corporis,in cæleſte nomen tranſiit per conſortiũ Deitatis? Et quomodo rurſus filius hominis deſcendit de cælo,niſi quia filius Dei non locali motu,ſed pietatis deſcendit affectu? Qui ſicut in carne ſuſcepta,ex homine dignatus eſt naſci,ſic pro una Dei ſuſcipientis & hominis ſuſcepti perſona, qui Dei filius erat,dignatus eſt hominis filius nuncupari. Ad hanc vnitatem perſonę,ſine ulla confuſione utriuſq; ſubſtantiæ cognoſcẽdam,Chriſtus diſcipulos interrogat, dicens.

gat, dicens. Quē me dicunt homines eſſe, filium hominis? Cūq; illi opinionem vulgi protinus indicarent, tunc propriæ ab eis qualitas ueræ fidei expetitur, ut erroris humani falſitas auferatur. Hæc igitur eſt Domini interrogatio con ſecuta. Vos autem quem me eſſe dicitis, me utiq; filium hominis? Ibi iam Petrus Apl'us reuelationis diuinæ firmamento ſubnixus, generalis ſalutis con feſſus eſt ſacramentum. Tu es, inquit, Chriſtus filius Dei uiui. Quid eſt hoc? Quantum ad ignaros congruit interrogationi reſponſio. Petrus enim de filio hominis interrogatur, & ipſe Dei filium confitetur. Nunquid interrogantem Hieſum minus audiuit, aut ipſe ueritatē in confeſſione non tenuit? Abſit. Quo modo error hominis ore laudari poterat ueritatis? Sed quid uere Chriſtus fuit, hoc interrogans dixit. Et quod uere Chriſtus fuit, hoc ex ore Petri confi tentis audiuit. Filius enim hominis Chriſtus Dei viui filius fuit. Nec immerito diuina uoce promeruit beatitudinem, qui propria uoce fidei ꝓtulit ueritatem Propter hoc audit. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuela uit tibi, ſed pater meus qui eſt in cælis. Etiam ipſe Chriſtus Dei ſe utiq; iam cō feſſus eſt filiū, cum a patre ſuo, qui eſt in cælis, Petro aſſeruit reuelatū. Nec hoc tamen ocioſe prætereūdum exiſtimo, quod Chriſto primum ſe filium ho minis nuncupati, Petrus dicit. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Etenim Dei filius carnis humilitate ſuſcepta, debuit in ſe ſacramētum magnę pietatis oſtendere. homo uero redemptus, debuit in hominis filio, ueram diuinæ natiuitatis ſub ſtantiam prædicare, ut dum a redemptore beneficium gratuitæ miſerationis oſtenditur, a redempto diuinæ confeſſionis obſequium redderetur. Et nemo uerum Deum de natura patris ambigeret, quem ex hominis natura uerum ho minem cognouiſſet. Ac per hoc, quem hominem uerum cōſtaret eſſe paſſio nibus hominis, eundem uerum deum crederemus operibus deitatis. Ipſo filio dicente. Si mihi nō vultis credere, uel operibus credite. Vnus ergo atq; idem Chriſtus, qui infirmitate humana paſſionem pertulit, & miracula beneficio rum omnipotentia uirtutis diuinæ perfecit. Ab ipſo nanq; conceptionis uir ginalis exordio, ſic in Chriſto perſonalis vnitas manſit, & ſic utriuſq; naturæ inconfuſa ueritas perdurauit, ut nec homo a Deo diuelli, nec Deus a ſuſcepto poſſet homine ſeparari, nec tamen Deus hominem conſumeret, nec homo de um in aliquo permutaret. Et licet in Chriſti morte carnem morientem fuiſſet anima deſertura, diuinitas tamen Chriſti, nec ab anima nec a carne poſſet ſepa rari ſuſcepta. Igitur quia totum hominem Deus ille ſuſcepit, Ideo totius ho minis in ſe paſſiones in ueritate monſtrauit. Et animam quidem rationalem habens, quicquid fuit infirmitatis animæ, ſine peccato & ſuſcepit & pertulit, vt dum humanæ animæ paſſiones, in anima, quam accepit, uinceret, noſtras q̄q; aīas ab infirmitatibus liberaret. Carnē q̄q; humanā accipiens, in eiuſdē ve ritate carnis, ueritatē uoluntariē habuit paſſiōis, ut in carne mortuus, totā in ſe hoīs occideret mortem, & in æternam vitam īmortalis reſurgēs, æternę nobis

Matthei. xvi. C

Tu es Chriſtus filius dei uiui

Vn9 idē q; chriſt9 & filius hois & fi li9 dei eſt.

Ioan. x. G

Quō in Chriſto duæ natu rę ſine cō fuſiōe & mutatiōe

In chriſto tot9 hō ex uera anīa & carne

Ex reſu ſcitatiõe Lazari ꝓbat̃ in Chr̃o aĩa caro et diuinitas

vitæ gratiam condonaret. Verus ergo in anĩa humana Chriſtus Lazarum ſuſcitaturus (ſicut Euangeliſta dicit) fremuit ſpiritu,& turbauit ſeipm̃. Idemq́ꝫ uerus in carne humana Chriſtus, cum dixiſſet. Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Dñe ueni & uide. Et lachrymatus eſt Hieſus. Idem quoq́ꝫ verus in diuina natura Chriſtus, nec animam ſuam, tũ ſemetipm̃ turbaret, deſeruit, quia ipſe ſemet ipſum turbauit. Nec a carne ſua, cum fleret, abſceſſit, quia Hieſus lachrymas fudit, & tñ ipſa in anima carneq́ꝫ diuinitas, immutabilis atq́ꝫ impaſſibilis manens ſecundum diuinam naturam, nec lachrymas proferre, nec turbationem potuit in animi morte ſentire. Sic etiam paſſione ꝓpinquante, Chriſtus ſecundum animam turbat̃, ipſo dicente. Nunc anima mea turbata eſt. Item in cruce Chriſtus ſecundum carnem moritur, Apoſtolo dicente. Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. Et quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas.

Diuĩtas nec ab aĩa ꝑturbata nec a carne moriẽte diſceſſit.

Cum igitur euidenti fuerit manifeſtatione diſcretum, quid in Chriſto propriũ fuerit animæ, quid carnis, quid etiam deitatis, cum vnus idemq́ꝫ Chriſtus fuerit & turbatus & mortuus, ſic tamen eſt utrobiq́ꝫ ueritas Dei hominiſq́ꝫ ſeruata, ut licet Chriſtus ſecundum animam turbaretur, propinquante paſſione. Et idem Chriſtus ſecundum corpus moreretur in cruce. Inperturbabilis manens immortaliſq́ꝫ chriſti diuinitas, nec ab anima perturbata, nec a corpore moriente diſcederet, non tamen, aut turbaretur in animæ turbatione, aut moreretur in corporis morte. Vnus nanq́ꝫ Chriſtus, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã, ſicut vere mortuus mori non potuit, ſic in uera paſſione impaſſibilis manſit.

Soluite tẽplũ hoc, & in trib⁹ diebus excitabo illud

Qui ad demonſtrandum in ſe & ueram mortalitatem hominis, & ueram immortalitatem deitatis, Iudæis dicentibus. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hęc facis? Reſpondit Hieſus & dixit eis. Soluite templum hoc, & in tribus dieb⁹ excitabo illud. Quod autem fuerit illud templum, ſanctus Euangeliſta monſtrauit dicens. Ipſe autem dicebat de templo corporis ſui. Oſtenſa eſt igitur & ueritas humanæ ſubſtantiæ, quam Iudæi poſſent in Chriſto, ipſo uolente, ſoluere. Et veritas diuinę naturæ quia Chriſtus templum ſui corporis poterat ſuſcitare. Quando enim mortuo Chriſto, anima deſeruit carnem, tunc ſolutum eſt illud templum, quod fuit ex anima carneq́ꝫ conſtructum, & cum anima reuerteretur ad carnem, tunc eſt illud templum die tertia ſuſcitatum. Et tamen, propter vnam Chriſti Dei hominiſq́ꝫ perſonam, idem mortuus eſt in corpore ſuo, qui ſuſcitauit templum corporis ſui.

Eſaię.l.C.

Sic etiam, tamen ſecundum Eſaiæ vaticinantis oraculũ, dorſum ſuum poſuit ad flagella, maxillas ſuas ad palmas, faciem autem ſuam non auertit a confuſione ſputorum. Hæc omnia Deus in carne paſſus, non eſt carni compaſſus quia Deus paſſionem in carne ſenſit, cum carne non ſenſit. Vna enim perſona eſt Dei & hominis Chriſti, quam etiam Paulus commendat dicens. Nam & ego quod donaui, ſiquid donaui propter vos in ꝑſona Chriſti. Et q̃uis vna ſit in Chriſto perſona, non vna tamen in Chriſto ſubſtantia, quia ſic uerus

.ii. Corin. .ii.C

Deus verum

Deus uerum ſuſcepit hominem,ut in veritate humanæ ſuſceptionis, veritatem non amitteret deitatis. Et ſic dignatus eſt fieri quod ante non erat, ut non deſiſteret eſſe quod ſemper erat. Sic etiam voluit unam cum homine perſonam Deus habere, ut licet non alius eſſet Chriſtus Deus, & alius Chriſtus homo,verus tamen Deus permaneret in homine,& verus homo permaneret in Deo. Atq; ita,in vno Chriſto diuinæ humanæq; naturæ eſſet inconfuſa pariter & indiuiſa perfectio. Non tunc nata eſt Chriſti diuinitas in ſe, cum nata eſt pro nobis in carne. Fuit infans verbum ſecundum carnem, & fandi non habuit facultatem,ſed idem uerbum Deus, nullo vnq; potuit coerceri ſilētio,quia ipſe eſt patris ſempiterna loquutio. Creſcebat puer ætatis acceſſu. Sed quia in Deo nulla eſt ætas,in puero creſcente non creſcebat diuina maieſtas. Sapientia quoq; nouimus Chriſtum ſecundum animā profeciſſe,ſed ſapientia Chriſtus non potuit cum anima proficiente proficere. Ac per hoc idem Chriſtus,& in carne ſua creuit,& in anima ſua profecit,qui tamen & in carne ſua creſcens, & in anima ſua proficiens,nec cum anima ſua proficere,nec cum carne ſua potuit ætatis incrementa ſentire. Item ſecundum ſuſceptam animam Deus triſtis fuit, ſed qui in anima triſtitiam ſenſit,cum anima triſtitiam ſentire nō potuit. In ſua Deus anima ſuam uoluit eſſe triſtitiam,& in ſua carne ſuam Deus eſſe uoluit paſſionem,quia totus in toto homine permanens inſeparabilis Deus, nec aīæ triſtanti defuit,nec carnem ſuam in paſſiōe deſeruit. Sed in Chriſto triſti & paſſo,licet deitate ſeparari nō poſſet patiens & triſtis humanitas, in toto tñ homine triſti,non eſt diuinitas triſtata,& in homine toto patiens,nō eſt diuina natura compaſſa. Sicut moriente carne,non ſolum deitas, ſed nec anima Chriſti poteſt oſtēdi commortua.Aliud eſt enim in carne paſſum Deum dicere,aliud carni prædicare compaſſum. Aliud in anima cōtriſtatum,& aliud cum anima contriſtatum.Paſſus eſt Deus in homine, quia vna eſt Dei hominiſq; perſona. Non eſt compaſſus Deus homini,quia in vno Chriſto non eſt cōfuſa dei hominiſq; ſubſtantia.Quod euidentibus ſcripturarum poteſt teſtimoniis cōprobari. Vt cognoſcatur ita triſtitiam paſſionemq; toto deputādam Chriſto, ut officiorum naturalium ueritate monſtrata,non ſit aliqua Dei hominiſq; cōfuſio. Matthæus narrat,Dñm,propinquante tempore paſſionis,dixiſſe diſcipulis. Sedete hic,donec uadam illuc & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedei,cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Marcus uero ſic poſuiſſe cognoſcitur. Et veniunt in prędium,cui nomen Gethſemani,& ait diſcipulis ſuis. Sedete hic,donec orem. Et aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem ſecum, & cœpit pauere & tædere. Non ignoro,q̄maxime nunc noſtræ congruet reſponſionis officio,ut non ſolum vocabulis,ſed etiam effectibus,ſit in Dei filio carnis animęq; monſtranda proprietas. Tunc enim diuinę impaſſibilitatis natura ſplendebit,cum quid animę,quid ue carnis ſit proprium,non ſolum rōne, ſed etiam diuinarum ſcripturarum auctoritate claruerit. Matthæus itaq; dicit. Hieſum contriſtari & mœſtum eſſe.Marcus,pauere tædereq; commemorat.

In chriſto q̄ carnis erātaut aię,nō ſūt deitati aſcribēda

Non ē diuinitas uł cōpaſſa uel contriſtata

Cœpit Ieſus cōtriſtari & mœſtus eſſe,pauere & tędere.

Liq̃t ex his ỹbis uerã fuiſſe in chriſto aiam

Dicant igitur, quibus in Chriſto diſplicet animę humanæ ſuſceptio, vtrum triſtitiam, mœrorem, tędium, & pauorem, diuinitati an carni exiſtiment depu tanda? Et ſiqdem carnis hęc fuiſſe reſpõderint, ab oĩbus paſſionum generibus erit excepta diuinitas, quæ particeps paſſionum generibus carnis non fuit, licet ſuſceptæ carni nec in paſſione defuerit. Si aũt Deitatem Chriſti aſſerunt triſti tia, mœrore, tædio, & pauore concuſſam, paſſibilem dicentes deitatem, aĩabus noſtris fatebunt̃ æqualem. Reſtat aũt ut angelorꝫ imparem dicãt, quam paſſio ni ſubiacere pronũciant. Hoc enim noſtris ſunt animabus angeli q̃ maxime po tiores, quia ſicut a peccatis, ita ſunt a paſſionibus alieni. Quod etiam recte ſe colentibus, & ſancte conuerſantibus, in retributione Dñs repromittit dicens. Erunt ſicut angeli Dei in cælo. Tunc utiq;, cum ſecundum beati Pauli teſtimo nium, corruptibile (hoc eſt mortale) ita induet̃ incorruptione & ĩmortalitate, ut corruptio incorruptionem poſſidere non poſſit. Quæ non ſolum in pecca to conſiſtit, ſed etiam in infirmitate, quę p̃uaricatori ex pœna cognoſcitur acci diſſe peccati. Nam peccato nos & infirmitate tunc omnimodis cárituros Apo ſtolus teſtat̃ & dicit. Tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in ui ctoria. Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus aũt mortis peccatum eſt. Abſorpta ergo morte in uictoria, nulla erit aĩæ carniſue corruptio. Qm̃ cum a nobis amota fuerit omnis iniquitas, nulla remanebit in firmitas. De talibus utiq; dicit Eſaias. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fu giet ab eis dolor & gemitus. De his etiam Ioannes in Apocalypſi loquit̃. Non eſurient, neq; ſitient, neq; cadet ſuper eos ſol, neq; ullus æſtus. Et ut oſtendat, hanc eos Chriſti dono gratiam adepturos, ſequutus adiunxit. Quia agnus qui in medio Throni eſt, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & ab ſterget Dominus omnem lachrymam ab oculis eorum. Cum ergo talis hodie ſit angelorum beata ſecuritas & lætitia, paſſionum prorſus ignara, ut nullo pec cati caſu, nullo infirmitatis quatiantur incurſu. Tandem reſipiſcant, in quod blaſphemiæ Barathrum deuoluuntur, qui diuinitatem Chriſti paſſionibus ſubiicientes humanis. Dominum angelorum conantur in ſubſtantia quam ha bet ex patre, inferiorem angelis demonſtrare. Falſum igitur eſt, quod ipſe di cit. Non eſt ſeruus maior domino ſuo? An illud abiiciendum putãt, quod Dauid dicit de filio hominis. Domine quid eſt hõ, niſi q̃ memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Minoraſti eum paulo minus ab angelis. Sed aduertant Paulum Apoſtolum, hunc locum ad mortis humanæ intelle gentiam referentem, ita, ut iſtam minorationem non ſolum naturæ humanita tis aſſignet, quin etiam diuinitatem Chriſti a conſortio paſſionis & mortis ex ceptet. Ita nanq; ad Hebræos loquitur. Eum autem, qui modico q̃ angeli mi noratus eſt, vidimus Hieſum, propter paſſionem mortis, gloria & honore co ronatum, ut ſine Deo pro omnibus guſtaret mortem. Non autem hic Chri ſtum diuiſit Apoſtolus, ſed oſtendit in vno Chriſto, quæ ſubſtantia paſſi bilis & mortalis fuerit, quæ autem impaſſibilis immortaliſq; permanſerit.

In retributiõe erũt iuſti ſicut ãgeli dei.

Eſa.35.D

Apo.7.D

Minoraſti eũ paulo minus ab angel.

Heb.ii.B.

Sine deo

Sine deo igitur homo ille guſtauit mortem, quantum ad conditionem attinet carnis, non aūt ſine deo, quantum ad ſuſceptionem pertinet Deitatis, quia im paſſibilis atq; ĩmortalis illa diuinitas, cum in ueritate formę ſeruilis, & pati uo luntarie pro nobis dignaret & mori, ſicut in morte ſolius carnis ĩmortalis fuit, ſic in paſſionibus totius hoĩs impaſſibilis oĩno permanſit. Sed nunc oſten dendum a nobis eſt, paſſionem triſtitiæ, mœroris, tædii, & timoris, ad animæ ſubſtantiam ꝓprie pertinere, ut in eo, quod ingrati gratię Chriſti, diuinitatem eius cupiunt ſubdere paſſioni, appareat, quid cuiuſq; naturæ ſit proprium, & in eo magis agnoſcatur dñi mirabilis inuictaq; demẽtia, cū probauerimus ani mæ carniſq; ſubſtantiam, ob hoc cum ſuis paſſioĩbus a deo ſuſceptã, ut ſicut ſal uo diuinæ impaſſibi'itatis ſtatu, uoluntaria ſuſceptione mortis in carne ſua, mortem noſtram cognoſcitur occidiſſe, ſic uoluntaria ſuſceptione triſtitiæ ad hoc cognoſcatur aĩam rationalem cum ſuis paſſiõibus ſuſcepiſſe, ut animas no ſtras ab oĩbus dignaretur paſſionibus liberare. Oſtendamus igitur triſtitiam Chriſti non ad diuinitatis, nec ad carnis, ſed ad animę pertinuiſſe ſubſtantiam.

Triſtitia & ſiſes af fectus nõ carni nec Deitati ſed anię Chriſti tribuunt

Atq; ut hoc integra poſſit manifeſtatione cognoſci, attendamus quid diſci pulis penè ſub ipſo dixerit tpe paſſionis, ut ſe ueram animę ſubſtantiam nõ mi nus officio q̃ nomine demonſtraret. Triſtis eſt, inqt, anima mea uſq; ad mor tem. Quis aūt ambigat, nec in diuinitatẽ poſſe triſtitiam cadere, nec ad carnis officium ptinere? Animę nanq; eſt ꝓprium metuere, deſyderare, triſtari, gau dere. Sicut etiam carminis Dauidici textus oſtendit, dicentis. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Anima triſtat, ipſa turbat. Ideo & ipſe Saluator, ut oñderet pturbationem iſtam nõ carni ſed animę deputandã, ſic di ſcipulos ſuos conſolatur, cum de futuro eius cõtriſtarent abſceſſu. Non turbet cor ueſtrum, neq; formidet. Ad eoſdẽ denuo ſic loquit. Nūc uado ad eum q me miſit, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? Sed quia hæc loquutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum. Quis carni uel diuinitati audeat aſſi gnare, q̃d ad officium cordis Dñs dicit ꝓprie ptinere? Nam cum ſupius dixe rit. Non turbet cor veſtrum, neq; formidet, ubi ꝓprie cordis nomine humanã animam demõſtrauit, ac deinde dixerit. Triſtitia impleuit cor ueſtrum, ut eui dentius oñderet, & triſtitiam & gaudium ad animam ptinere. Rurſus aplis di cit. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos. Mundus aūt gaude bit, vos aūt contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uertet in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia uenit hora eius. Cum aūt pepererit puerꝝ, iam non meminit preſſuræ, ꝓpter gaudium, quia natus eſt homo in mundū. Et uos igit nunc quidem triſtitiam habetis. Iterꝝ aūt uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum & gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis. Ecce ꝓprie in hoĩe triſtitia, formi do & gaudiū, cordi (id eſt animæ) deputant. Propterea & Apl's dicit. Ipſe aūt dñs Hieſus Chriſtus, & Deus & pater noſter, q dilexit nos, & dedit conſolatio nem ęternã, & ſpem bonã in gratia, conſolet corda ueſtra, & cõfirmet in omni opꝫ & ſermone bono. Vbi aūt põt adhiberi conſolatio, niſi vbi põt inrepere mœſtitudo? Quę qa ꝓprie ad aĩam ptinent, propterea de Chriſto ſcriptū eſt.

Triſtis ẽ aĩa mea uſq; ad mortem

Nõ con turbetur cor ue ſtrum

Et gaude bit cor ue ſtrum

Quia cœpit cõtriſtari & mœſtus eſſe,& cœpit pauere & tędere. Et ipſe dicit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Et nũc anima mea turbata eſt. Gaudium quoq; in ſua Saluator anima monſtrauit,cum diſcipulis de Lazaro diceret.Lazarus amicus noſter mortuus eſt,& gaudeo,ut credatis,quia non eram ibi. Subſtantia hoĩs utiq; gaudebat in Chriſto,quę pro naturali conſortio gaudium iam habuit de Lazaro ſuſcitando,ſimul, ut & diſcipuli uerum Deum intellegerent in hoĩe,quẽ cognouiſſent etiam longe poſita nõ latere. Atq; ut omnia in ſe Chriſtus animę officia demonſtraret,etiam deſyderium a ſua anĩa fieri noluit alienum,dicens diſcipulis. Deſyderio deſyderaui hoc paſcha manducare uobiſcũ,anteq̃ patiar. Nemo põt hæc omnia uel naturæ deputare carnis,uel ſubſtantiæ Deitatis,qm̃ caro nec uiuere põt p ſemetipſam, nec ſentire, nec triſtari,nec deſyderare,nec metuere,nec mœrere. Deitas nihil metuit,qm̃ oĩm dominat͂.In nullo triſtat͂,qm̃ ei nihil paſſionis infert͂. In nullo metuit,quia nulla eſt illi naturalis infirmitas. Nihil deſyderat, quia oĩa põt,& omnia poſſidet. Hæc ergo cuncta in anima,quam ſuſceperat, ptulit Chriſtus, ut ueram totamq; in ſe cum ſuis infirmitatibus, hoĩs demonſtraret accepti ſubſtantiam. Et infirmitatibus,quas pro infirmis accepit,uirtutem perficeret,quam infirmis attribuit. Qui & hoĩs carnem ,ppterea mortalẽ habuit, ut mortalibus plenam conferret immortalitatis gratiam. Et hoĩs animam cum infirmitatibus ſuis ſine peccato ſuſcepit,ut noſtris animabus impenderet medicinam,quia ſicut, Eſaia teſte, vulneratus eſt ,ppter iniq̃tates noſtras (q̃d ,pprium carnis fuit, quippe cum iam defuncti latus lancea pcuteret miles) ita infirmatus eſt propter peccata noſtra,quod eſt animæ,cuius pro nobis infirmitatem ſuſcepit. Huius animæ ponendæ ac reſumendæ habens pleniſſimam poteſtatem, dicebat. Propterea me pater diligit,quia ego pono animam meam,& iterũ ſumam eam,nemo tollit eam a me,ſed ego pono eã a me ipſo, ptãtẽ hẽo ponendi eã & ptãtem habeo iterũ ſumendi eam. Hoc præceptum accepi a patre meo.Quæro in hoc loco ab his,qui in Chriſto humanã animam dicunt oĩmodis non fuiſſe, quam hic ſubſtantiã credant animæ uocabulo nũcupatam? vtrum diuinitatis, an carnis? vel quæ in Chriſto ſubſtantia ponendæ animæ ſibi vindicet poteſtatem? Quod ſi diuinæ ſubſtantiæ hanc poteſtatem tribuunt,ut carnem dicãt animæ uocabulo nuncupatam,quã in paſſione fuerat poſitura diuinitas,ut ſecundum eorũ voluntatem nunc interim diſputemus. Si diuinitas de carne dicit. Poteſtatem habeo ponendi animã meam, dum carnem, uocabulo animæ nuncupat, carni ſine dubio cunctas etiam infirmitates aſſignat,dum dicit. Anima mea turbata eſt.Dum dicit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Cum ergo nõ dixerit Chriſtus. Triſtis ſum uſq; ad mortẽ,ſed dixerit. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Nec dixerit. Turbatus ſum, ſed aĩa mea turbata eſt. Has utiq; paſſiones carnis eſſe mõſtrauit. Diuinitatem uero ſuam impaſſibilem oĩno pdocuit. Quod ſi forte ſubſtantiæ carnis hanc tribuunt poteſtatem, tanq̃ caro de diuinitate dixerit. Poteſtatem habeo ponendi animã meam. Tantum ne eos diuinam Chriſti delectat minorare ſubſtantiã,ut eã carnis ſuę poteſtati ſubiiciant? ut ipſa

Gaudeo ut credatis,q̃a nõ erã ibi.

Deſyderio deſyderaui hoc paſcha.&c.

Infirmitates chriſtꝰ accepit ut in nobis ꝟtutem pficeret

In chriſto poteſtas ponendę & reſumendæ animæ

vt ipſa obedierit carni, cum ei caro debuerit famulari. Illa ergo uox, qua di- Pt̃ãtẽ hẽo
ctum eſt, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, totius hoĩs eſſe creden ponendi
da eſt. Sicut em̃ totus ſemetip̃m tradidit, & totus homo ſemetip̃m obtulit, De animam
quo dicit Ap̃ſus. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradi- meam
dit ſemetip̃m pro nobis oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis. Ita
totus hõ aĩam ſuam poſuit, cum aĩa in cruce, carne moriente, diſceſſit. Quam
tñ carnem nec in morte diuinitas deſeruit, ſicut nec in inferno aĩam dereliquit
De qua etiam Propheta dixerat. Non derelinques animam meam in inferno.
Cum ergo homo Chriſtus tantam acceperit poteſtatem, ut cum uellet animã
poneret, & cum uellet, denuo reſumeret. Quantam potuit habere Chriſti diui-
nitas poteſtatem, cui hoc eſt ſemꝑ uelle q̃d poſſe. Nam in hoc loco uere im Sola diui
paſſibilis atq; inuicta diuinitas, vniuerſa prorſus hæreticæ falſitatis cõmenta nitas ple
deſtruxit. Si em̃ integra fuit dicentis poteſtas, uoluntaria fuit patientis infirmi- nã hẽt po
tas. Voluntas aũt, quæ ex poteſtate uenit, naturalem utiq; ueritatem diuinita- teſtatem.
tis humanitatiſq; ſeruauit. Nam poteſtas naturalis procul dubio defuit, ſi in di
uinitate Chriſti quælibet infirmitas fuit. Qualiter aũt patiendi poteſtatem hu
manitas habuit, ſi plenam impaſſibilitatẽ diuinitas habere non potuit? Cogno
ſcatur ergo, q̃m ubi naturaliter plena eſt poteſtas, nulla poteſt eſſe paſſionis in
firmitas, q̃m poteſtas Chriſti, qua immortalis permanſit, cum moriens in carne
Chriſtus, aĩam poneret. Ipſa ſine triſtitia permanſit, cum uoluntariam ex pote-
ſtate Chriſtus in anima triſtitiam ſuſtineret. Ideo aũt ille hõ poteſtatẽ ponen-
dæ animæ habuit, quia eum diuina poteſtas in unitatem pſonæ ſuſcepit. Quæ
aũt plena eſt poteſtas, niſi ſola diuinitas? de qua dicit. Oĩa quæcunq; uoluit fe Pſal. 134.
cit. Et cui dicit. Subeſt em̃ tibi, cum uoles, poſſe. Propterea in illo digne plena
poteſtas creditur, cui tantum poſſe quantum uelle, & tantum uelle quantum
poſſe, naturaliter ſuffragatur. Adhuc aut ueram ſi Chriſtus aĩam ſuſcepiſſe Vera in
tam noĩe dignat monſtrare q̃ opere dicens. Maiorem hac dilectionem nemo chr̃o anĩa
habet, q̃ ut anĩam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. Vnde ſciens Petrus animã
Chriſti proprio ſubſtantialiq; uocabulo nuncupatam, ne quiſq̃ putaret, a dño
carnem, noĩe forſitan aĩæ deſignari, perfectę mutationis, quã fuit poſtmodum
accepturus, cupiens ſectari uirtutem, dicenti dño. Quo ego uado, nõ potes me Ioã. 13. D
ſequi modo, ſequeris aũt poſtea. Rñdit. Dñe, quare nõ poſſum ſequi te modo
Animam meam pro te ponam. Oſtendit utiq; Chriſtum pro ſe aĩam poſituꝝ,
cum ſe in hoc eum ſequi diceret, ut etiam ip̃e pro Chriſto aĩam poſuiſſet. Nam
quia diuinitatis naturam cõem Petrus cum Chriſto non habuit, non ei de diui
nitate potuit dicere. Aĩam meã pro te ponam. Rurſus, ſi carnem pro ſe noſſet
Chriſtum tm̃mõ poſuiſſe, poſſet etiam ip̃e dicere. Corpus meum ꝓ te ponam
ſicut proprie corpus oſtendit Paulus, vbi dixit. Si tradidero corpus meũ ut ar- i. Corin.
deam. Sed q̃m ſciebat Petrus, Chriſtum ꝓ nobis aĩam poſituꝝ, ꝓpterea in eo xiii. A
ſe dñm uelle ſequi monſtrauit, in quo pro eo aĩæ ponendæ demonſtrauit affe
ctum, ut quã ꝓ ſe Chriſtũ poſuiſſe ſciret, hanc ipſe ꝓ Chriſto ſimiliter poſu-
iſſet. Et ut oĩs prauæ caligo ſententiæ, clariſſimo ꝓrſus Catholicæ ueritatis lu

mine diſſipetur, Ioannis informemur eloquio, qui ad imitationem Chriſti fide
les exhortans, quod in capite nouerat factum, hoc in membris præcipit facien
dum. In hoc, inquiens, cognoſcimus charitatem, qm̃ ille pro nobis aĩam ſuam
poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Animam igit̃ ponere, di
lectionis eſt ꝓprium. Vbi aũt dilectio nõ eſt, corpus tradi dicit̃, anima poni nõ
dicitur, ſicut Vas electionis, plenũ dilectionis, oĩno teſtat̃. Si tradidero corpus
meum, ut ardeam, charitatem aũt nõ habuero, nihil mihi prodeſt. Oſtendit ſi
ne charitate corpus poſſe tradi, non aĩam poni. Vbi aũt dilectionis ſuæ ſignifi-
i. Theſſa. care nitit̃ puritatem, ſic Theſſalonicenſibus ſcribit. Cupide uolebamus tradere
ii. B uobis, non ſolum Euãgelium Dei, ſed etiã animas noſtras. Et ut charitatis hoc
eſſe demonſtraret, adiecit, qm̃ chariſſimi nobis facti eſtis. Ideo etiam Petrum
qui ſe pro Dño animã ſuam ſpoponderat poſiturũ, ut agnoſceremus, officium
ponendæ animæ in dilectione conſtare. Primitus Chriſtus ad confeſſionem
amoris inuitat, ut facultatem ponendę animæ, ſuo deinceps amatori concedat;
Ioã. 21. D ſic eum deniꝗ interrogat. Simon Iohis, diligis me plus his? Dicit ei. Etiam do
mine, tu ſcis quia amo te. Cunqȝ hoc etiam ſecundo dixiſſet. Dicit ei tertio. Si-
mon Iohis amas me? Cunqȝ ille tertio interroganti trinum amoris ſui teſtimo
nium reddidiſſet, ſtatim Dñs Petro ponendæ pro ſe animæ largitus eſt facul
tatem, dicens. Amen amen dico tibi. Cum eſſes iunior, cingebas te, & ambula
bas vbi uolebas. Cum aũt ſenueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & du
cet quo non uis. Statim Euangeliſta ſubiecit dicens. Hoc aũt dixit, ſignificans,
qua morte clarificaturus eſſet eum. Et hoc cum dixiſſet, dicit ei, ſequere me. Ec
ce qualiter eum, & antea ſequi Petrus uolebat, qñ pro eo animam ponere cupi
ebat, ſicut eum poſtea recto dilectiõis itinere ſequi meruit, qñ pro eo animam
In Chrõ in paſſione depoſuit. Quo circa, quia manifeſta ſcripturarũ atteſtatiõe pro
ꝙ̃ fuerũt batum eſt, dilectionem deeſſe, ubi ſolum corpus ponit̃, ibi aũt charitatem eſſe,
infirmita ubi anima cum corpore ponitur. Chriſtus ex uirgine plenus credendus eſt de
tes huma us, & plenus homo, id eſt anima rationalis & caro. Et ſicut fidei catholicæ veri
nę, ſed tñ tas habet, in vno eodemqȝ Chriſto credamus ſecundum ueram ſubſtantiam
uolũtarię carnis. Voluntariam & uerã famem, cum eſuriens ad ficulneã ueniret. Volun
tariam & veram ſitim, cum bibere a Samaritana depoſceret, uel cum ſe ſitire in
cruce dixiſſet. Voluntariam & ueram laſſitudinem, cum fatigatus ab itinere ſu
per puteum ſederet. Voluntarium & uerum vulnus, cum militis lancea percu
teret̃ in latere. Voluntariam & ueram mortem, cum inclinato capite ſpũm emi
ſiſſet in cruce. Voluntariam & ueram ſepulturam, cum eum depoſitum de li-
gno Ioſeph & Nicodemus ponerent in ſepulchro. Has eñ carnis oẽs infirmi
tates, voluntarias quidem, ſed ueras Chriſtus habuit, quia carnis humanæ na-
Chrs ſur turam, non in phantaſia, ſed in ueritate ſuſcepit. Quas paſſiones ꝓpterea in
gẽs a mor carne uoluntarias habuit, ut in veritate carnis, diuina potẽtia, quæ nec pati po
tuis iã nõ tuit aliqñ nec mori, infirmitatem mortẽqȝ deuinceret, & carnẽ ſuam in vitam
moritur uirtutemqȝ perpetuam ſuſcitaret. Quod Paulus ſic ore ueridico proteſtatur.
Chriſtus ſurgens a mortuis, iam non moritur, & mors ei vltra nõ dominabit̃.

Quod em̃ mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel. Quod aũt uiuit, uiuit Deo.

Quis aũt ignoret Chriſtum, nec in diuinitate, ſed in ſolo corpore mortuum & ſepultum? Quod euidenter Ioannes his uerbis oſtendit. Poſt hęc autem, in quiens, rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia, eo ꝙ eſſet diſcipulus Hieſu oc-cultus aũt propter metum Iudæorꝫ, ut tolleret corpus Hieſu. Et permiſit Pila-tus. Venit ergo, & tulit corpus Hieſu. Venit autẽ Nicodemus, qui uenerat ad Hieſum nocte primum, ferens mixturam myrræ & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Hieſu, & alligauerunt eum linteis cum aromatibus, ſicut Iudæis mos eſt ſepelire. Ecce facta diſtinctione diuinitatis, carnis & aĩæ quantum ad proprietatem ſubſtantiæ attinet, ſolum corpus Hieſu dicit de cru ce depoſitum, aromatibus conditum, & linteis obuolutum. Propter vnitatem uero perſonæ, qm̃ Deus hoĩem, quem ex uirginis utero ſuſcepit, nec in morte nec in ſepulchro deſeruit, propterea ſecutus Iohãnes adiecit. Erat aũt in loco ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſꝗ͂ poſitus erat. Ibi ergo propter Paraſceuẽ Iudæorꝫ, quia iuxta erat monu mentum, poſuerunt Hieſum. Vere diuino ſpũ plenus, ſanctus Euangeliſta lo-quutus eſt, ut primitus, quid in Chriſto mortuum fuerit, & ſepultum, oſtendẽs diceret acceptum corpus Hieſu, & ligatum linteis cum aromatibus. Et quia q̃d Deus cõiunxit, hõ nõ ſeparat, propterea nõ corpus Hieſu, ſed Hieſum dicit in monumento poſitum. Sciebat em̃ ꝙ ille ſuſceptor pleni hoĩs Deus, totus eſſet cum carne ſua in ſepulchro, totus cum aĩa ſua in inferno, totus in mundo, totus in cælo, totus in vnitate naturæ in patre, de quo extitit. Totus ꝑ oĩpotentiam di uinitatis ſuæ in tota creatura quam fecit. Hanc in Chriſto vnitatem perſonę ſeruans Apſ̃us, ſic Corinthiorꝫ in fide ueritatis confirmat eccleſiã. Tradidi em̃ vobis in primis, q̃d & accepi, quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſe cundum ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Mortuum dixit non corpus Chriſti, ſed Chriſtum, ut unitatem ꝑſo næ Dei hoĩſꝗ͂ ſeruaret. Vt autem ſubſtantialem proprietatem Deitatis & hu manitatis oſtenderet, alio loco (ſicut ſuperius iam poſuimus) dicit. Nã & ſi cru cifixus eſt, ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute Dei. Attendenda eſt Apſ̃icorꝫ uir tus p̃clara dictorꝫ, ſi & Paul⁹ dixiſſet de Chriſto, quia crucifixus eſt ex infirmi tate, ſed uiuit ex uirtute, & non addidiſſet, Dei. Nec ſic debuit infirmitas paſſi-bilitatis humanæ cum diuinæ uirtutis impaſſibilitate confundi. At cum uirtu-tem deitati Paulus aſſignet, quis non uideat, ꝙ ea, quæ infirmitatis uidentˀ, hõ minis eſſe denunciet. Nam & q̃d dicit de Chriſto, quia viuit ex uirtute dei, ex ſua deitate utiꝗ͂ viuit, ꝙ ipſe eſt uirtus dei, & ſic uiuit, ſicut pater uiuit. Qm̃ ipſe eſt via veritas & uita. Nam ut vnam uitam patris filiiꝗ͂ Ioannes nobis in ſinuaret Apſ̃us, epiſtolæ ſuæ hoc ponere curauit exordiũ. Quod erat ab initio quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod inſpeximus, & manus no ſtræ cõtrectauerunt de uerbo uitæ, & vita palam facta eſt. Et uidimus & teſta mur, & nunciamus uobis uitam æternã, quæ erat apud patrem, & palam facta eſt nobis. Filium Dei, quem uerbũ Dei ſuperius dixit, uitam in ſubſequẽtibus

[Margin: Ioſeph tu lit corpus Hieſu. — Ibi poſuẽ runt Hie ſum, non dicit cor p⁹ Hieſu, quia in ſe pulchro erat & di uinitas. — Vnitas ꝑ ſonę chri ſti, ex uer bis Apſ̃i. — ii. Corin. xiii. B. — Viuit ex ɣtute dei. — i. Ioã. i. A]

nominauit. Quod eſt aūt uerbum uitę, niſi uerbum Dei? Et quoniam verbum uitę uita eſt, vna eſt utiq; uita. Illud uitę uerbum, & uita cuius eſt uerbum. Ideo ergo Chriſtus, qui mortuus eſt ex infirmitate, viuit ex uirtute Dei, q̃m illi diui nitati hoc eſt uitam eſſe, quod eſt uirtutem eſſe, & propterea hoc eſt illi poſſe quod uiuere. Et ideo nec in paſſione uirtutem uita deſeruit, nec in morte Chri ſti uirtus a uita diſceſſit, quoniam Chriſti diuinitas (quæ uirtus & uita eſt) mu

Pro nob̄ oīb9 tradi dit illū, q tradidit ſemet ip̄m pro me

tari nō potuit. Rurſus pro vnitate perſonæ in Chriſto firmiſſime commen danda ſic Paulus, ſcribens Romanis, potuit, dicēs de Deo. Qui filio proprio nō pepercit, ſed pro nobis oībus tradidit illum. Atq; ut illa traditio uoluntaria ex poteſtate filii monſtraretur effecta, filium quoq; pro nobis ſe memorat tradi diſſe, dicens alio loco. Quod autē nunc uiuo in carne, in fide uiuo filio Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetip̄m ꝓ me. Sed ut oſtēderetur, quid in Chriſto po tuerit tradi, prophetice dicit liber Iob. Terra tradita eſt in manus impii. Et ta

Iob.ix.C

men pro vnitate perſonæ, non ſolum humanitatem Chriſti, ſed Chriſtum tra ditum tenet & confitetur eccleſia, quoniam in illa traditione, ſalua proprietate utriuſq; naturæ, nec homo ſuſceptus ſeparari potuit a Deo, nec deus potuit ab

Propter unitatē ꝑ ſonæ in Chriſto mortuus dr̄ filius Dei.

hoīe ſegregari ſuſcepto. Sicut ergo paſſionem mortis & mortē propter vni tatem perſonæ. Dei quidem filio ſcriptura prorſus aſſignat, & tamē deitatem inpaſſibilem īmortalemq; pronunciat. Ita & animæ triſtitiam & perturbatio nem, quam voluntariam in anima Dei filius habuit, ſic habuiſſe credat, ut etiā ipſas humanæ animæ paſſiones, & ex volūtate ueras, & in ueritate uoluntarias nō negemus. Ipſa quoq; Chriſti diuinitas, quæ ſecundum animam contriſtari & ſecundum carnem dignata pro nobis eſt mori, ſecundum ſubſtantię ꝓprie tatem, ſicut īmortalis, ſic eſt impaſſibilis prædicanda. Quæ quia uerum hoīem ſuſcepit. Ideo cunctas naturæ humanæ infirmitates, ueras quidem, ſed uolunta

Nō ſunt Chr̄i ifir mitates, ei9 deita ti aſcri bendæ.

rias in eadē ueritate naturæ duntaxat humanæ ſuſtinuit. Quis aūt tam mor tiferam ſectetur improuidus de Chriſto ſententiam, ut famem illam, ſitim, laſſi tudinem, paſſionem, & mortem, & rurſus triſtitiam, perturbationem, metum, & tædium (quæ carnis & animæ eſſe, nemo poteſt aliquatenus dubitare) ſic uera fuiſſe credat in natura hoīs, ut ab his īmunem nō credat ſubſtantiam dei tatis, cum ſperantibus in ſe, hoc ut ſuperent Chriſtus dederit, quod pro nobis ipſe uoluntate perſenſit. Propter quod diuinitus inſpiratus, perfidis ac mortife

Eſa.xl.G

ris cogitationibus, Eſaias obnititur dicens. Deus æternus, Deus qui fecit fines terræ, nō eſuriet neq; laborauit, neq; inueniri poteſt prudentia eius, præſtans eſurientibus uires, & nō dolentibus mœrorem. Eſurient enim iuuenes, & labo rabunt adoleſcentes, & electi ſine uiribus erunt. Qui uero expectant Dn̄m ex ultabunt, cū uirtute perducent pennas ſicut Aquilæ, current & nō laborabunt,

Qui ve nit ad me nō eſuriet

ambulabunt & nō eſurient. Ipſe quoq; panis, qui de celo deſcendit, creden tibus in ſe perfectam ſacietatem ueraciter repromittit dicens. Qui uenit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, nō ſitiet in ęternum. Rogo, qualiter hęc uirtus concedetur hoībus, ſi eam habere nō potuit Deus? Aut quō Chriſtus in ſua di uinitate nō habuit, q̄d ab eo Paulus, ut haberet accepit? Ipſe enim de ſe ſimili

buſq́ teſtatur, dicens. Tribulationem patimur, ſed non coanguſtamur. Et aliõ loco. Quaſi morientes, & ecce viuimus, ut caſtigati & nõ mortificati, quaſi triſtes, ſemper aũt gaudentes, ſicut egentes, multos aũt locupletãtes, tanq̃ nihil habentes, & oĩa poſſidentes. Quam graue atq; incõgruum eſt, & a vera fide modis oĩbus alienum, ut Paulus in vna eademq; aĩæ ſubſtantia, cũ triſtat̃, poſſit in domo Chriſti ſemper gaudere. Et de Chriſti diuinitate dicat̃, q̃ triſtis in anĩa, quam ſuſcepit, nõ potuit in ſeipſa ſine triſtitia permanere. Non timet Iohannes, qui dicit. Timor nõ eſt in charitate, nam pfecta charitas foras mittit timorem. Qui aũt timet, nõ eſt perfectus in charitate. Audierat em̃ a Dño. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, aĩam aũt nõ poſſunt occidere. Timorem nullus audet aſcribere Iohãni, & timor mortis adſcribit̃ Deitãti? Sperat in illo Dauid & dicit. In deo ſperabo, nõ timebo quid faciat mihi homo. Idemq; cõfidenter ingeminat. Dñs illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dñs defenſor vitæ meæ, a quo trepidabo? Et ipſe Dñs Apl'is dicit. Non turbet̃ cor ueſtrum neq; formidet. Idem denuo. Gaudete, inquit, quia ego vici mundũ. Expectantes igitur eum, fortitudinem ſumunt, pœnas producunt, quibus ad cæleſtia ſubleuentur, currentes neſciunt laborem, ignorant ambulantes eſuriem, in tribulatione nõ patiuntur anguſtiam, morientes retinent uitam, triſtes quidem uidentur, tamen ſemper gaudentes exultant, egeni diuitias pluribus cõferunt, & oĩa poſſident, dum nihil habere cõtendunt, dilectione Chriſti repleti, carent timore, ab ipſo inluminati, fatentur ſe nullum metuere, ipſo defenſore, nequeunt ab aliquo trepidare. De corde eorum turbatio propellitur & formido, gaudent, quia vident mundum a Chriſto deuictum. Si hæc ſeruis accipientibus, nemo poteſt adimere, qualiter Dño largienti perfida cęcitas, uel potius cæca perfidia quod diuinum naturaliter habet, conatur auferre? Quis aũt non videat in illis paſſionibus Chriſti, quædam noſtrarum uirtutum ſemina contineri? Vnus ergo idemq; Chriſtus, in humanitate, quæ humana ſunt ſenſit, in diuinitate autem impaſſibilis immortaliſq; permanſit. Dei enim filius verbum & ſapientia patris, ipſe eſt ſalus, de quo propheta dicit. Salus noſtra cito veniet. Ipſe virtus & ſapientia. Chriſtus em̃ dei virtus & dei ſapientia. Ipſe ſaturitas, q̃a panis eſt qui de cælo deſcendit. Idem via, ipſe veritas, ipſe vita. Idem gaudium & lætitia noſtra. De quo propheta dicit. Et factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei. Ipſe lumen uerum, quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum. His nominibus ſuperius deſignatis incommutabilis atq; impaſſibilis inuenitur. Aegrotare non poteſt ſalus, infirmari non nouit virtus, neſcit ſaturitas eſurire, via nequit errare, ſapientia non mutatur, vita non moritur, lumen non extinguitur, nec ueritas deprauatur, neſcit triſtari lætitia, Deitas non poteſt ſuperari. Propterea utiq; etiam Chriſti humanitas ſine peccato permãſit, quia eam in vnitate perſonæ diuinitas accepit, quæ naturaliter peccare non nouit. Homo ergo Chriſtus, quoniam peccata non habuit propria, portare dignatus eſt aliena. Illorum aũt a ſe voluit peccata portari, cum quibus tenebatur cõſortio naturali, dicẽte Apl'o. Qui em̃ ſanctificat,

Perfectã charitas foras mittit timorẽ

Ioã. 14. D

Noĩa filii dei q̃ ad eius diuinitatem

Hõ Chr's pctã nr̃a portauit

& qui ſanctificantur,ex vno omnes. Propter quam cauſam,non confunditur fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomẽ tuum fratribus meis. Eſaias etiam propheta,pietatis huius taliter effectum prænunciat,ut hominis in eo nomen

Eſa.53.A euidenter oſtendat,hæc dicens. Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium dñi tui reuelatum eſt? Cum dicit brachium domini,diuinitatem filii dei oſtendit. Ac deinceps incipit,incarnationis & paſſionis myſterium prędicare. Annunciauimus corã ipſo, ut pater,ut radix in terra ſitiẽti. Non eſt ei ſpecies neq; gloria. Et vidimus eum & non habuit ſpeciem neq; decorem,ſed ſpecies eius ſine honore,& abiecta præ omnibus hominibus,homo in plaga, & ſciens ferre infirmitatem,quoniam aduerſatus eſt,facies eius dehoneſtata eſt, nec aliquid æſtimata eſt. Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos exiſtimauimus eum in doloribus eſſe. Et in plaga,& in vexatiõe,ipſe aũt vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,& infirmatus eſt propter peccata noſtra. Eruditio pacis noſtræ in eam,liuore eius nos ſanati ſumus, oẽs ut oues errauimus, homo a via ſua errauit,& Dñs tradidit eum pro peccatis noſtris, & ipſe, quia male tractatus eſt,nõ aperuit os,ut ouis ad imolandum ductus eſt, & ut agnus ante eum qui ſe tondet ſine uoce,ſic non aperuit os ſuum. In humiliatione iudicium eius ſublatum eſt. Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur a

Plena humanitas Chriſti

terra uita eius,ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem. Et ut propheta plenam in Chriſto ſubſtantiam hoĩs demonſtraret,paulo inferius adiecit. Peccata eorꝝ ipſe portabit. Ideo ipſe hæreditate poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia,propter quod tradita eſt in morte anima eius,& inter iniquos deputatus eſt. Et ipſe peccata multorꝝ ſuſtinuit,& ꝓpter iniquitates eorꝝ traditus eſt. Ex his ꝓphetæ verbis,& aĩa tradita cognoſcit Saluatoris & caro, quia totus pro nobis ad crucẽ ductus eſt homo. Sic eñ oportuit noſtrorꝝ peccatorꝝ deleri Cyrographum,ut dum uetus hõ noſter,ſimul cruci affigit, tanq; in tropheo,triumphatoris uictoria panderet. Reſtabat tñ, ad plenũ noſtræ redemptionis effectum ut illuc uſq; homo ſine peccato a Deo ſuſceptus deſcenderet,quouſq; homo ſeparatus a deo,peccati merito cecidiſſet,id eſt, ad infernum, vbi ſolebat peccatoris aĩa torqueri,& ad ſepulchrum,ubi cõſueuerat peccatoris caro corrumpi,ſic tñ,ut nec Chriſti caro in ſepulchro corrumperet,nec inferni doloribus anima torqueret. Qm̃ aĩa ĩmunis a peccato,non erat ſubdenda ſupplicio. Et carnem ſine peccato non debuit uiciare corruptio. Nam quia peccans homo meruit in ſeipſo per ſuppliciũ diuidi,quia maluit a Deo,qui diuidi nõ poteſt,pręuaricatiõis reatu diſiungi. Propterea factum eſt, ut peccatoris mors carnem peccati ad ſepulchrum corrumpendam perduceret,aniam inferno torquendam protinus manciparet. Sed hæc vlciſcẽtis Dei æquitas fecit quæ ideo taliter peccatorem addixit,quia ne peccaret,ante ꝑdixit. Hæc fuit retributio peccatori reddeda,ut iuſte peccati ſuppliciũ lueret,qui Deo iuſto iniuſte peccaſſet. Vt aũt peccator fuiſſet gratuito munere liberatus, factum eſt, ut mortem corporis,quam a Deo iuſto peccator homo pertulerat,iuſte dei filius a pctõre paterei iniuſte. Et ad ſepulchrũ ꝑueniret caro iuſti, q̃uſq; fuerat caro

Nõ ſẽſit caro chriſti corruptionẽ in ſepulchro nec aĩa ei9 pœnã in inferno

Iſta Dei vltio de pctõ primi hois

deuoluta

deuolutā peccati. Et uſq; ad infernum deſcenderet anima ſaluatoris, vbi pecca
ti merito torquebatur anima peccatoris. Hoc autem ideo factum eſt, ut per Salua p̄
morientem temporaliter carnem iuſti, donaretur vita æterna carni. Et per de- chriſtū̄ et
ſcendentem ad infernum animam iuſti, dolores ſoluerentur inferni. Vtrunq; caro &
autem ſcriptura ſancta non tacuit. De reſurrectione quidem carnis ſic Beato aīa hois
Paulo loquente. Per hoīem mors, & per hoīem reſurrectio mortuorum. Et ſi
cut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Idem
homo Chriſtus eſt, qui pro nobis & pontifex factus eſt, dum ſemetip̄m paſſio
ni obtulit, & hoſtia factus eſt, dum paſſionem ipſe ſuſcepit. Huic dicitur. Tu es Pſal.cix.
ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Et ſacerdos tamen &
hoſtia, humanæ naturæ tam officia cognoſcūtur eſſe q̄ nomina. Et quoniam
idem pontifex infirmitates noſtras ſuſcepit & habuit. Propterea de ipſo Apo
ſtolus dicit. Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmita Heb.4.D
tibus noſtris. Et ut ſe de natura humana loqui doceret, adiecit. Tentatum aūt
per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Et paulo inferius ſubdidit. Omnis Ibid.8.A
enim pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cōſtituitur in his quæ
ſunt ad deū, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit his,
qui ignorant & errant. Quoniam & ipſe circūdatus eſt infirmitate. In eo er Chriſtus
go, quo circundatus fuit infirmitate, in eo cōdoluit ignorantię & erroribus no cōdoluit
ſtris. Et in eo compaſſus eſt infirmitatibus noſtris. Ibi eſt enim vnitas com- & cōpaſ-
paſſionis, vbi eſt vnitas naturalis. In eo autem nobis pontifex ille compaſſus ſus eſt no
eſt, in quo etiam nos compatimur. Dicente Beato Apoſtolo. Ipſe ſpiritus te- bis
ſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei, ſi autem filii, & hære-
des, hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti. Si tamen compatimur, ut
& glorificemur. Beatus quoq; Petrus ad huius nos gratiam compaſſionis hor
tatur, dicēs. Chariſſimi nolite expaueſcere in feruorem, qui ad tentationem vo i.Pet.4.C
bis fit. Nolite pauere, tanq̄ noui vobis aliquid cōtingat, ſed ut cōicantes Chri-
ſti paſſionibus gaudete. Vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes
In natura ergo humana pontifex ille veritatem ſuſtinens paſſionis, in ea utiq;
nouit cōpati membris ſuis. Propterea & Beatus Paulus dicebat. Vt adimpleā
ea quæ deſunt paſſionū Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt eccle
ſia. Quid aūt mirum, q̄m pontifici noſtro naturali cōione cōpatimur. Cum Nos q̄q;
nos beatus Ap̄ſus etiā cū illo mortuos eſſe teſtet̄ his verbis. Si mortui eſtis cum optet cō-
Chriſto, q̄d adhuc, tanq̄ viuentes in mundo, diſcernitis? Dicit etiā Timothæo. pati & cō
Memor eſto Hieſum Chr̄m reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundū mori chri
Euangeliū meū, in q̊ laboro uſq; ad vincula, q̄ſi male op̄ans, ſed v̄bū dei nō ē al ſto
ligatū. Oīa aūt ſuſtineo p̄pt̄ electos, ut & ip̄i ſalutē cōſeq̄nt̄, q̄ ē in chr̄o Hieſu
cū gl̄ia cęleſti. Sciēs ergo Ap̄ſus Hieſum chriſtū ex ſemīe Dauid a mortuis ſur
rexiſſe, ī q̊ vtiq; cōio naturę manifeſtat̄ hūanę, ī q̊ eū mortuū nouerat, ī eo nos
illi cōmortuos eſſe cōmemorat, di. Fidel̄ ſermo. Nā ſi cōmortui ſum⁹, & cōuiue
mus, ſi ſuſtinebimus, & cōregnabimus. Pontifex ergo ille, q̄ ſemetip̄m pro no Heb.ix.C
bis obtulit (ſicut Ap̄ſus dicit) oblationē & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis, ſicut

mortuus pro nobis, omnes nos ſibi cõmori fecit. Sic ſolutis doloribus inferni, omnes fideles ab hiſdem doloribus liberauit.

Teſtimoniũ S. Petri de reſurrectione carnis & animæ Chriſti.

Sicut Beatus Petrus teſtificat̃, & dicit. Hieſum a Nazareth, virum approbatum a Deo in uobis uirtutibus & ſignis & prodigiis, q̃ fecit per illum Deus in medio ueſtri, ſicut vos ſcitis. Hũc definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affigẽtes interemiſtis. Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta q̃d impoſſibile erat, teneri illum ab eo. Vbi etiam Dauidicum illud (quod in primo libro poſuimus) teſtimonium, ita protuliſſe monſtratur. Dauid em̃ dicit in ipm̃ Pouidebam Dñm coram me ſemper, quoniam a dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc iocundatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Inſuper & caro mea requieuit in ſpe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuũ uidere corruptionem. Notas mihi feciſti vias uitæ, & adimplebis me iocunditate cum facie tua. Ibi Beatus Petrus diuino vere ſpiritu luminatus, & ſecundum Domini ſermonem, lux mundi effectus. Qualiter hunc locum intellegere deberemus, clariſſima luce prædicationis oſtendit, ne quis in Chriſto ueram carnem ſic intellegeret, ut ueram in illo animam denegaret. Sequitur ergo.

Actu. ii. E

Viri fratres, liceat audenter dicere ad uos de Patriarcha Dauid, quia & defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt apud nos uſq; in hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia iure iurando iuraſſet illi Deus. De fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius. Prouidens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neq; derelicta eſt anima eius in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem. In hoc igitur diuinitas Chriſti uirtutem ſuæ impaſſibilitatis oſtendit, quæ ubiq; ſemper atq; ineffabiliter præſens, & ſecundum animam ſuam in inferno ſine doloribus fuit, & ſecundum carnem ſuam in ſepulchro ſine corruptione iacuit, quia nec carni ſuæ defuit, cum animã ſuam in inferno dolere non ſineret, nec animã ſuam in inferno deſeruit, cum in ſepulchro carnem ſuã a corruptione ſeruaret. Dignũ nanq; fuit, ut carnem ſepulchri nõ corrumperet locus, quam peccati nõ corrupit affectus. Et animã dolor nõ cõtigiſſet inferni, quã ſeruitus nequiuit tenere peccati.

Nõ hũit in iferno anĩa chriſti dolorem.

Propter hoc in Pſalmo, cũ ex forma ſerui, in qua Chriſtus noſtra peccata portauit, diceret. Quia repleta eſt malis anima mea, & uita mea in infernum appropinquauit. Vt oſtenderet eandem animam ſuam a peccato liberam, in infernũ pro nobis peccatoribus deſcendiſſe, ſubdidit, dicens. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Fili⁹ Dei rõne carnis dicit̃ mortuus & reſurrexiſſe.

Verũtamen cum ſola caro moreret̃ & reſuſcitaret̃ in Chriſto, ꝓpter vnitatẽ pſonæ Dei & hoĩs, filius Dei dicit̃ mortu⁹. Quod euidenter his verbis Paulus Ap̃lus proteſtat̃. Si em̃, cũ inimici eſſemus recõciliati ſum⁹ Deo p̃ mortem filii eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Rurſus filiũ Dei reſurrexiſſe Petri ꝓſequutione firmat̃, Iudæos ad credulitatẽ Chriſti, taliter exhortãtis. Vos eſtis filii ꝓphetaꝝ & teſtamenti, q̃d diſpoſuit de⁹ ad prẽs nros, dicẽs ad Abrahã. Et in ſemĩe tuo bñdicent̃ oẽs familiæ terræ, vobis primũ ſuſcitãs Deus filiũ ſuum, miſit eũ bñdicentem vobis, ut conuertat ſe vnuſquiſq; a nequitia ſua. Etiam in hoc capitulo, quem ſemen

Abrahæ memorat, eundem filium Dei Petrus Beatus appellat. Non enim
diuiditur Chriſtus, qui tamen nõ ſecundum id q̊d ex Deo patre, ſed ſecũdum
id q̊d ex ſemine Abrahæ, cognoſcat̃ ſurrexiſſe ꝓ vnitate ꝑſonæ. In qua Deus
& hõ vnus eſt Chriſtus, nõ incõgrue Dei filius dicit̃ ſuſcitatus. Cuius, ut ſe
cundum diuinitatem, vna ꝓbaretur natura cum patre, vnus ſimul fuit effectus
in opere. Sicut em̃ carnem ſuam in uirginis utero, faciente patre etiam ipſe fe
cit, quia ſecundum humanam naturam de Chriſto ſcriptum eſt, & Dñm eum
& chriſtum Deus fecit. Hunc Hieſum quẽ vos crucifixiſtis. Scriptũ eſt etiam.
Quia ſapiẽtia ædificauit ſibi domũ. Sic etiam cum traderetur, a patre, ipſe q̊q;
ſe cognoſcit̃ tradidiſſe. Scriptũ eſt em̃. Quia Deus filio proprio nõ pepcit, ſed
pro nobis oĩbus tradidit illum. Et de ipſo filio dicit̃. Quod aũt nunc uiuo in car
ne, in fide uiuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum ꝓ me.

Secundũ diuĩtatẽ un⁹ ẽ effe ct⁹ patris & filii.

In reſurre
ctiõe q̊q; eius inuenit̃ opis ęqualitas, quia vna eſt patris filiiq; Maieſtas. De pa
tre quippe ſic Beatus loquit̃ Petrus. Vobis primum Deus ſuſcitans filiũ ſuum
miſit eum benedicentẽ vobis. De ipſo uero ſic Dei filius loquit̃ ad Iudæos. Sol
uite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud. Quod Ioannes aperuit di
cens. Ipſe aũt dicebat de templo corpis ſui. Coloſſenſibus q̊q; Paulus loquens
Ipſum Deum filium humanitatem ſuam his uerbis ſignificat ſuſcitaſſe. Videte
ne quis uos ſeducat per philoſophiam, & inanem fallatiam, ſecundum traditio
nes hoĩm, ſecundum elementa mundi, & nõ ſecundum Chriſtum, quia in ipſo
habitat oĩs plenitudo diuinitatis corpaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt caput
oĩs principatus & ptãtis. In quo & circuncisi eſtis circunciſione nõ manu facta
in expoliatiõe corporis carnis, in circunciſione Chriſti, cõſepulti ei in Baptiſmo
in quo & cõſurrexiſtis ꝑ fidem opationis dei, qui ſuſcitauit illum a mortuis, &
vos, cum mortui eſſetis in delictis & pręputio carnis ueſtræ, cõuiuificauit cum
illo, donans uobis oĩa delicta, delens quod aduerſum nos erat Cyrographum
decreti q̊d erat cõtrarium nobis. Et ip̃m tulit de medio, affigens illud cruci exu
ens ſe carne, principatus & ptãtes traduxit cõfidenter, palam triumphãs illos in
ſemetipſo. Non neſcimus, hunc locum ad ꝑſonam patris a nõnullis referri, ſed
ex cõnexione uerborꝫ, ſic ut a legentis accedat intentio, magis id capituli huius
ſenſus oſtendit, ut vnus idemq; filius, nõ ſolum Chriſtus, qui ſuſcitatus eſt, ſed
etiam Deus ipſe, qui Chriſtum ſuſcitauit, appareat. Vt cõſtet Apſum in hoc lo
co Dei nomen ad illam ſempiternam filii, q̃ eſt ex patre, ſubſtantiam. Nomen
uero Chriſti ad eam, quam ex hoĩe Dei filius ſumpſit, retuliſſe naturã. Dignũ
prę oĩbus ducens Doctor gentiũ, in fide & ueritate. Vt ſicut eundẽ Chriſtũ, q
ſuſcitatus eſt, p̃dicauit hoĩem dicens. Per hoĩem mors, & ꝑ hoĩem reſurrectio
mortuorꝫ. Sicut em̃ in Adã oẽs moriunt̃, ita in Chriſto oẽs uiuificabunt̃. Non
minore cautela eundẽ filiũ, qui ſuam carnem illa (qua æqualis eſt patri) poten
tia ſuſcitauit, Deum uerisſime p̃dicaret, ſicut huius loci textus clara manifeſta
tione vulgauit. Deus enim qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis, quiq; nos cum
mortui eſſemus in delictis & præputio carnis noſtræ, conuiuificauit cum illo,
Idem nobis delicta omnia donauit, & qui donauit delicta, Cyrographum,

Et pater filiũ ſuſcitauit & fili⁹ ſuſcitauit ſeip̃m

Col. ii. B

i. Corint. xv. C.

quod aduerſum nos erat, deleuit, & ſublatum de medio, cruci affixit. Qui Cyrographum cruci affixit, idem ſe carne exuit, qui ſe carne exuit, ille etiam principatus & poteſtates traduxit cõfidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Hæc aũt, Paulo teſte, oĩa Deus fecit, qui Chriſtum a mortuis ſuſcitauit. Attendatur itaq;, ſi pater Cyrographũ cruci affixit, ſi pater ſe carne exuit, ſi pater principatus & poteſtates traduxit, palam triũphans illos in ſemetipſo. Et ſi hæc oĩa paternæ potuerint coaptari ꝑſonæ, digne negabiť filius hic ab Apľo deſignatus. Ille ſcilicet Deus, qui Chriſtum a mortuis ſuſcitauit. Si aũt oĩa ſuperius deſignata, filio magis q̃ patri conueniũt, cognoſcať vnus atq; idem ab Apľo prædicatus Chriſtus, qui a mortuis reſurrexit, & Deus qui Chriſtum a mortuis ſuſcitauit. Igiť & qui ſuſcitauit ſemetipſum, & ſuſcitatus eſt Chriſtus. Quia ſicut in eo, quod in ſe fecit, ipſe dignatus eſt fieri. Et in eo quod in ſe tradidit, ipſe dignatus eſt tradi. In eo q̊d in ſe occidi ꝑmiſit, ipſe dignatus eſt mori. Sic in eo, q̊d in ſe ſuſcitauit, ipſe dignatus eſt ſuſcitari.

Humanitas Chrĩ non tota fuit in ſepulchro aut inferno, ſed tota ibi fuit diuinitas.

Humanitas ergo uera filii Dei nec tota in ſepulchro fuit, nec tota in inferno, ſed in ſepulchro ſecũdum uerã carnem Chriſtus mortuus iacuit, & ſecundum aĩam ad infernum chriſtus deſcendit. Secundum eandem aĩam ab inferno ad carnem (quam in ſepulchro reliquerat) rediit. Secundum diuinitatem uero ſuam, q̃ nec loco teneť, nec fine cõcluditur, totus fuit in ſepulchro cũ carne, totus in inferno cum aĩa. Ac ꝑ hoc plenus fuit ubiq; chriſtus, q̃a nõ eſt deus ab humanitate, quam ſuſcepat, ſepatus, qui & in aĩa ſua fuit, ut ſolutis inferni doloribus, ab inferno uictrix rediret. Et in carne ſua fuit, ut celeri reſurrectione corrumpi nõ poſſet.

Recta fides de humanitate chriſti & factis eiꝰ

Totũ igiť hoĩem cũ ſuis infirmitatibus, ſine peccato dei filius ꝓ nobis accepit. In tota traditus idẽ chriſtus, ſecũdum ſolam carnem mortuus, totus chriſtus ſecundũ ſolam aĩam ad infernum deſcendit. Idem atq; inſeꝑabilis chriſtus, ſecundũ ſolam carnẽ de ſepulchro ſurrexit. Idem atq; inſeꝑabilis chriſtus, ſecundũ totũ hoĩem, quẽ accepit, terram localiter deſerens, ad cęlum aſcendit, & in dextris Dei ſedet, ſecundum eundem totum hoĩem uenturus ad iudicãdum uiuos & mortuos, coronaturus fideles & pios, illos ſcilicet, qui eum ĩ utraq;, id eſt in humana diuinaq; ſubſtantia, verum plenum & perfectum credentes. Nec Dei filio aliquid paternæ ſubſtantiæ minuunt. Et totum pro ſe ſuſceptum hoĩem ſine peccato cognoſcunt.

Varii errores circa chriſtũ

Cõdemnaturus aũt infideles, qui diuerſos cuiuſlibet perfidiæ ſectanť errores, quiq; in eis ita ſimul obdurato corde perdurant, ut eos uſq; ad vitę pręſentis obitum non relinquant. In quibus ſunt illi, qui in Chriſto phantaſiam carnis audent credere. Et cum eum veritatem carnis denegant accepiſſe. Illi etiam qui in eo diuinitatem omnimodis abnegantes, ſolam hominis putant fuiſſe ſubſtantiam. Sed & hi, qui eum uel de Deo patre Dominum denegant naturaliter natũ, uel totam nõ credunt hoĩs in Chriſto ſubſtantiam. Similiter & illos cõdemnaturus adueniet, qui ex oꝑationis vnitate vnũ Deũ prẽm & filium credentes, alterum ex altero ſic natum denegant, ut perſonaliter patrem filiumq; confundant. Quiq; patri humanam pariter natiuitatem aſſignantes & mortem. Ipſum patrem dicunt natum ex uirgine. Ipſum etiam paſſum fatentur in

carne

carne. Illos etiam æterno condēnabit gehennalis tormenti ſupplicio, qui cor Error cir
pus Chriſti nō ex uirgine fatenť ſubſtantialiter ſumptū, ſed confingunt de cęlo ca corpus
depoſitū. Cum Dei filius ꝓpterea de hoīe naturā fuerit dignatus corꝑis terre- Chriſti
ni ſuſciꝑe, quia nō uenerat eos ꝗ in cęlo, ſed eos ꝗ fuerant in terra, ſaluare, ſicut
Apl'us dicit. Nuſqꝫ em̄ angelos adp̄hendit, ſed ſemen Abrahæ adp̄hendit, vn Heb.ii.D
de debuit ꝑ oīa fratribus ſimilari. Suſcepit ergo filius Dei aniam noſtrā, id eſt,
melius noſtrum. Quia melior eſt meliore noſtro. De quo Ioānes dicit. Maior i.Ioā.3.D
eſt Deus corde noſtro, ſed nō ſpreuit etiā carnem noſtrā, id eſt, infimū noſtrū
ſuſciꝑe, quia totum hoīem uenerat liberare, nec potuit infimo noſtro infimus
fieri, per quem, infimū noſtrum in illud nomen, quod ſuꝑ omne nomē eſt, me
ruit exaltari. Vt in nomine Hieſu omne genu flectať, cęleſtium, terreſtrium, & Phil.ii.B
infernorꝝ. Et oīs lingua confiteať, quia Dn̄s Heſus Chriſtus in gloria eſt dei pa
tris. Qui etiam illos tormētis eſt interminabilibus traditurus, qui ſancti ſpūs Error cir
naturam a ſubſtantia patris filiiqꝫ diſcernūt, ut uel oīno eum ꝑſonaliter eſſe nō ca ſpūm
putent, uel tanqꝫ miniſtrū meriti prorſus inferioris exiſtiment. Ipſi ſibi ſua pro ſanctum
feſſione contrarii, qui ſe uel in illo, qui oīno non eſt, uel in eo, qui Deus non eſt
credere confitenť. Vt enim pauca huius oꝑis cauſa ſubiiciam. Dicať, quid mi-
nus habet ſpūs ſanctus, qꝫ habet pater & filius? qui & initiū creationis noſtræ
cum patre ac filio ſimul fecit, & effectū redemptionis noſtræ cum patre ſimul
filioqꝫ perfecit. Cælum feciſſe dicič Deus, ſed oꝑante patre ſimul & filius inue
nitur, cooperator & ſpūs ſanctus. Verbo enim Dn̄i cęli firmati, & ſpū oris eius Pſal.32.B
oīs uirtus eorꝝ. Quid patre uel filio minus habere crediť, a quo uirtus oīs cælo
rum firmata monſtratur. Vitam dare nullus pōt, niſi qui ſubſtantialiter De Viuificāt
us eſt. Sicut aūt viuificat pater, ſic viuificat fili9, ſic viuificat ſpūs ſanctus. Nam oēs tres
ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat. Sic & filius, quos vult, viuificat. Et de
ſpū Apl'us dicit, Litera occidit, ſpūs aūt viuificat. Idem rurſus. Si aūt ſpūs eius, ii.Corin.
qui ſuſcitauit Hieſum a mortuis, habitat in uobis, qui ſuſcitauit Hieſum Chri- iii.B
ſtum a mortuis, viuificauit & mortalia corꝑa ueſtra, propter inhabitantem ſpi
ritum eius in vobis. Regenerat pater, regenerat filius, regenerat ſpūs ſanctus, Regn̄ant
quia cum Baptiſma datur in nomine patris & filii & ſpūs ſancti, ex eo vnuſqſqꝫ
regenerať, in cuius noīe baptizatur. Cū ergo in noīe Trinitatis datur Baptiſma
ſimul tota Trinitas regenerat, quæ vnus & ſolus eſt Deus. Propterea de fideli
bus Ioannes dicit. Qui non ex ſanguinibus, neqꝫ ex uolūtate carnis, neqꝫ ex uo
luntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Eſt in nobis charitas patris, quia dicit Pau Vna cha
lus. Cōmendat aūt ſuam charitatem Deus in nobis, qm̄ ſi cum adhuc peccato ritas triū.
res eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igiť magis iuſtificati nunc
in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ip̄m. Eſt in nobis charitas Chriſti, di-
cente Aplo. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? ut impleamini in oēm ple Ro.8.G
nitudinem Dei. Eadem eſt in nobis etiam charitas Spūs ſancti, de qua Paulus
dicit. Obſecro igiť uos fratres, per Dn̄m noſtrum Hieſum Chriſtum, & ꝑ cha Ibi.xv.G
ritatē ſpūs. Et alio loco. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib9 noſtris, ꝑ ſpūm ſan
ctum ꝗ datus eſt nobis. Et denuo dicit. Fructus aūt ſpūs eſt charitas, gaudium,

Habitant pax. Habitat in nobis pater, habitat filius, habitat ſpũs ſanctus. Quia ſcriptum
in nobis eſt. Inhabitabo in illis & inambulabo. De filio quoq; dicit Apſus. In interiore
hoíe habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris. Spũm quoq; ſanctum
Eph.3.C his uerbis in nobis habitare confirmat. Neſcitis, quia tẽplum Dei eſtis, & ſpũs
Dei habitat in uobis? Et ut oſtenderet, eũdem eſſe ſpũm Dei, qui ſpũs ſanctus
eſt, Timotheum ſic ammonet, dicens. Bonum depoſitum cuſtodi p ſpũm ſctm
Dant gra qui habitat in nobis. Dat gratiam pater, dat gratiam filius, dat gratiam ſpũs
tiam. ſanctus. Sicut prędicator ueritatis, Chriſto in ſe loquente, teſtať. Gratia uobis
& pax a deo patre noſtro, & dño Hieſu Chriſto. De ſpũ quoq; ſancto ſcriptũ
eſt in Actibus Apſorũ. Cum Petrus ad docendum Cornelium ab ipſo ſpũ mit
Act.x.G teretur, loquente aũt Petro uerba hæc. Cecidit ſpũs ſanctus ſuper oẽs, qui au-
diebant uerbum, & obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui uenerant cum
Nos tem Petro, quia & in nationes gratia ſpũs ſancti effuſa eſt. Sumus templum patris,
plum Tri ſumus templum filii, ſumus tẽplum ſpũs ſancti, ſicut Paulo doctore didicimus,
nitatis qui ait. Vos eñ eſtis templum Dei uiui. Et alio loco. Si quis aũt templum dei
uiolauerit, diſperdet illum Deus, Templum eñ Dei ſanctum eſt, q̃d eſtis uos.
Filii quoq; templum ſumus, cuius domus ſumus. Nam & ipſe filius templum
Ioh.ii.C domum uocauit, dicente Euangeliſta. Aſcendit Hieſus Hieroſolymam, & inue
nit in templo uendentes boues & oues, & cętera. Quos cum de templo proti-
nus eieciſſet, uendẽtibus columbas dixit. Auferte iſta hinc, & nolite facere do
mum patris mei domum negociationis. Similiter Dauid id eſſe templum dei
Pſalm.v. quod domum, in Pſalmis oſtendit dicens. Ego autem in multitudine miſeri-
cordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum in timo-
re tuo. Cum hoc ergo ſit templum Dei, quod domus Dei templum nos filii de
Heb.3.B. monſtrat Apoſtolus, cuius nos domum, ita ſcribens Hebræis, appellat. Chri-
ſt9 aũt tanq̃ filius in domo ſua, quæ domus nos ſumus, fiduciam & gloriam
ſpei uſq; ad finem firmam retineamus. Nam & ipſum corpus filii & domum
ſcriptura ſancta nominauit & templum. Cum dicit Salomon. Sapientia ædifi-
Ioh.ii.D. cauit ſibi domum. Et Euangeliſta huic ſenſui concordans ait. Ipſe autem dice-
bat de templo corporis ſui. Si ergo quod corpus eſt Chriſti, tẽplum eſt Chri-
ſti, nos quoq; templum eius ſumus, quos corpus eius eſſe confirmat Apſus, di
i.Corin. cens. Vos eſtis corpus Chriſti & mẽbra. Templum etiam ſpũs ſancti nos eſſe,
xii.D. manifeſte cõmendat. Neſcitis, inquiens, quia mẽbra ueſtra templum eſt ſpũs
ſancti, qui in uobis eſt, quẽ habetis a Deo? Vbi eum Deũ q̊q; monſtrauit,
iſta ſubiíciens. Et nõ eſtis ueſtri, empti eñ eſtis pcio magno, glorificate & por
Vere igiť tate Deũ in corpe ueſtro. Hoc tñ tẽplum ſpũs ſancti, mẽbra Chriſti eſſe teſtať
de9 ẽ ſpũs dicens. Neſcitis, q̃a corpa ueſtra mẽbra chriſti ſunt? Dicať igiť, ſi cęlorũ uirtutẽ
ſctũs, uti potuit firmare qui nõ eſt deus. ſi põt uiuificare, qui non eſt Deus. ſi poteſt in
p Epilo Baptiſmatis regeneratione ſanctificare, qui non eſt Deus. ſi poteſt charita-
gũ hic col tem tribuere, qui non eſt Deus. ſi poteſt in credentibus habitare, qui non eſt
ligitur. Deus. ſi poteſt gratiam dare, qui non eſt Deus. ſi poteſt templum membra
Chriſti habere, qui non eſt Deus. Et digne Spiritus ſanctus negabitur Deus.

Rurſus

Rurſus dicatur. Si ea,quæ de Spiritu ſancto commemorata ſunt, poteſt aliqua creatura facere. Et digne Spiritus ſanctus dicetur creatura. Si autem hæc Creaturæ poſſibilia nunquam fuerunt,& inueniuntur in Spiritu ſancto, quæ tamen ſoli competunt Deo. Non debemus naturaliter diuerſum a patre filioq; dicere, quem in operum potentia diuerſum non poſſumus inuenire. Ac ſic ex unitate operis unitas eſt agnoſcenda uirtutis. Nec quiſquam dubi- tet, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, perſonarum Trinitate ſeruata, unum Deum naturaliter dicere, qui potuit uniuerſa ſola uoluntate condere, qui cuncta poteſt uirtutis omnipotentia gubernare, qui omnia poteſt immen ſitate diuinitatis implere. Hæc ut Dominus dedit, Clementiſſime Rex, ma lui tuæ pietati ſcribere, quàm omnimodis reticere, ne ſilendo, aut æſtimarer ſuperbus, aut de fidei noſtræ ueritate putarer ambiguus. Cum eccleſiam Ca- tholicam ſolam CHRISTVS columbam ſuam uoluerit appellari, dicens, Vna eſt columba mea, una eſt dilecta mea. In quo columbæ nomine; chari tas & ſimplicitas deſignatur. Sola autem ueram poſſidet charitatem, quæ fili um Dei quem diligit non dicit in diuinitate minorem, ſed patri fatetur æqua lem. Sola uero poſſidet ueritatem ſimplicitatis, quæ unam ueram & ſimpli- cem credit ſubſtantiam Trinitatis. Oramus autem Deum, ut aures clementiæ tuæ uerbo ueritatis placidas reddat, & pio cordi tuo lumen ſapientiæ ſpiritalis infundat, ut filium Dei Deum Dominum IESVM CHRISTVM ſic ho norifices, ſicut honorificas patrem. Meretur enim hoc a te, ut eum qui te fecit Patre tuo meliorem, patri ſuo ſecundum diuinam naturam fatearis æ- qualem. Qua ſo glorio ſe Rex, ut in te con ſyderes, lar gitatem diuini mu neris, & poteſtatem non minuas largitoris, ut qui tibi temporale donauit regnum, donet etiam ſempiternum. Ipſe enim dicit Eos qui me glorificant, glorificabo. Quod ipſa Trinitas faciat, quæ unus & uerus eſt Deus, qui po teſt omnia facere ſupra quàm petimus aut intelligimus. Ex ipſo enim & per ipſum ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. AMEN.

[Margin: Vna na tura in tri bus per ſonis]

[Margin: Perora tio ad Re gem Tra ſimũdum Arrianũ.]

[Margin: Cañ.6.C.]

[Margin: I.Regum ii.F.]

Finis trium librorum B. Fulgentii, contra Arrianos, ad Traſimundum Regem.

B. FVLGENTII EPISTOLA PRIMA DE CONIVGALI DEBITO ET VOTO CONTINENTIÆ A CONIVGIBVS EMISSO.

Excuſatio dilatæ reſponſiōis.

EPISTOLAM tuam, ſanctæ ſolicitudinis indicem, ante aliquot menſes accipiēs, cum perſoluere cuperem ſine dilatione reſponſum, ſic ſum repentina corporis ægritudine correptus, ut febrium uiolēta nimietas commeatum mihi uitæ præſentis auferret, niſi uerus animarum corporumqꝫ medicus (qui ſanat omēs languores noſtros, & redimit de interitu uitam noſtram) ad remouendum tātæ infirmitatis flagellum, dignaretᷣ medicinę ſuæ largiri ſubſidium. Recepta quocꝫ ſoſpitate, non defuit quidem reſcribendi uoluntas, ſed ad dirigendum obſtitit hyemalis aſperitas. Nunc itacꝫ, quia creator & moderator temporum, temperiem dignatus eſt donare uentorum, conſultationi tuæ, quod miſeratione atcꝫ inſpiratione ſuperni largitoris accepi, redhibere non deſtiti.

Pſal. 102. A.

Tenor interrogationis ſup cōtinētia uxoris

Dicis itacꝫ filiam noſtram coniugē tuam penè uſcꝫ ad extremū nuper ægrotaſſe periculum. Et ſicut plærunqꝫ contingit, accepta manus impoſitione, pœnitentiam ſecundum morē (quem habet Chriſtiana religio) peregiſſe. Verum, quia poſtmodum diuinę bonitatis munere, plenam accepit corporis ſoſpitatem, fragilitatem carnis allegans, ætatis inſuper iuuenilis incontinentiam confiteris. Et in hac ambiguitate cogitationis, qua carnem conſyderas maieſtatemqꝫ formidas, uelut nauta locorum ignarus, & fluctibus uentiſqꝫ iactatus, dum periculorū incerta ꝑcaues, noſtra tibi reſponſione demōſtrari flagitas portum, ubi poſſis animæ uitare naufragium. Tenor ergo interrogationis tuæ duo quędā me compellit non ſegniter conſyderanda penſare, ſcilicet non ſolum quid in ſe coniugalis ammixtionis qualitas habeat, ſed etiam quid in una quacꝫ re pollicitatio uouentis expoſcat.

Commixtio coniugalis in ſe mala non eſt, ſed exceſſus.

Igitur ſi per ſe ipſam quis fidelium coniugum commixtionem, duce ratione, conſyderet, culpabilis uſus nō in coniugali concubitu, ſed in concumbentium reperietᷣ exceſſu. Necꝫ ex cōmixtione maris & fœminæ, ſed ex immoderatione libidinis culpam trahit coitus coniugalis. In cōiugibus ergo exceſſus iure reꝑhenditᷣ, nuptialis tn̄ dignitas, collati ſibi diuinitus honoris munere non priuatᷣ. Ideo clamat apoſtolicæ ꝑdicationis auctoritas. Honorabile connubium in oībus, & thorus immaculatus.

Hebr. 13. A.

Corinthios quocꝫ ſuper matrimonii honeſtate ſeruanda Paulus informans, cum ꝑmiſiſſet, bonum homini mulierem non tāgere, quorūdam infirmitatē uidēs, atcꝫ apoſtolica ſatagens charitate, tanꝗ parieti inclinato, & maceriæ impulſæ, non neglexit Doctor egregius conſolationis deſtinā, Chriſto in ſe loquente, ſupponere. Denicꝫ ſubſequenter adiūgit. Propter fornicatiōes aūt unuſqſqꝫ

Debitum cōiugale

ſuam uxorem habeat, & unaquæq; ſuum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat, ſimiliter autem uxor uiro. Apoſtolicæ itaq; lectionis tenor oſtendit, uxorem uiro, & uirum uxori quadam debiti communione miſceri. Quod procul dubio non appellaret Apoſtolus debitum, niſi legitime ſciret eſſe reddendum, nec iuberet reddendum mutuæ conſenſionis officium, ſi eſſet iniqua reposcentis exactio. Vſq; adeo nanq; nuptias operi diuino applicare non ambigit gentium Doctor, ut & mulieris in corpore uiri, & in uxoris corpore uiri poteſtatem æquali prorſus iure confirmet dicens. Mulier ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed uir. Similiter autem & uir ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed mulier. Alio autem loco idem dicit. Quia non eſt poteſtas niſi a deo. Huius igitur poteſtatis inculpabilis eſt uſus, officio gignendi diuinitus attributus, ſi iuſticiæ terminum tranſgredi libidinoſus non permittatur exceſſus.

Vir non hẽt ptātẽ corpis ſui nec mlier

Ro. 13. A.

Iuſticia uero utendi coniugii hæc eſt, ut non explendæ libidinis, ſed ſubſtituendæ prolis obtentu, ſibi coniuges congruo tempore miſceantur. In illis nãq; bonis quæ fecit Deus, inuenitur caſta copulatio uxoris & uiri, in quibus Dei opibus libido non poteſt inueniri. nec aliqñ iuſticię congruit, quæ non hominibus ex dono conditionis, ſed peccatoribus ex uitio primæ præuaricationis acceſſit. Sed quia ſine illa in corpore mortis huius proles humana non ſerit, non eam affectant coniugia caſta, ſed tolerant, eiq; imponit nuptialis honeſtas modum, ſine qua non poteſt in carne peccati naturalis explere fœcunditatis officium. Sic ergo quęri debet ex nuptiis fructus, ut cohibendus ſit lubricę uoluptatis exceſſus. Quocirca, ſi coniugalis uſus eatenus temperetur, ut non ęſtuanti libidini animus ſeruiat, ſed prouentum naſcituræ prolis attendat. Et cum nata fuerit, diluendam celerius ſpiritali generatione non negligat. Non deputatur fidelibus coniugibus ad peccatum carnis indulta commixtio, quia & coniugalis ſeruat confœderatio caſtitatem, & uerecũdia cuſtodit modeſta temperiem, & Deo dicandam coniugalis exhibet fœcunditas prolem, ut & redemptoris ope homo iam natus reformetur baptiſmatis Sacramento, cuius opere prius formatur in utero. Et illum habeat humana natura beneficio ſecundæ natiuitatis patrem, quem in prima natiuitate ſuæ conditionis agnoſcet auctorem. Coniugatus ergo ſi fornicetur, damnabiliter peccat. ſi uero thori fidem non deferat, ſed in uxore ſua naturali duntaxat uſu aliquantulum intemperatus excedat, non ſolum ſcilicet generationem quærens, ſed aliquando libidini carnis obediens. Hoc equidem ſine culpa non facit. Talis autem culpa citius bene operanti atq; oranti remittitur, quia ipſi coniugi ſeruat maritalis charitas fidẽ, in qua non poteſt maritalis infirmitas cuſtodire temperiem. Et ſi nuptialis in uxore modeſtia non tenetur, a nuptiali tamen fide nulla immoderatione diſceditur. Retenta ergo Thori fides maculam diluit, quam cõtrahit infirmitas carnis, ſi mulieri non miſceatur alteri, quiſquis non pro ſola generatione, ſed etiã propter fragilitatem carnis ſuæ miſcetur uxori. Quia & ſi præfixum concumbendi modum tranſit, tamen coniugalem terminum non excedit. Et licet contrahat carnalis infirmitas culpam, impetrat tamen nuptialis integritas ueniam.

Iuſticia v tẽdi cõiugii ꝓpter ꝓlẽ libidinẽ tolerat

Carnalis cõmixtio cõiugio, põt ſine culpa eſſe

Libido cõiugalis ꝑ fidem thori ſer tã diluit.

Accipit ergo talis indulgentiam,non pro eo quod ab una debitum coniugale plus ꝙ oportet exigit,ſed quia una legitima accepta contentus,alteram nō re quirit. Si tamen non deſunt miſericordiæ opera,quæ tantum ualent in religi one Chriſtiana,ut non ſolum qui coniugiis utuntur,aut qui continentes ſunt, ſed etiam uirgines ad premium uirginitatis peruenire non poſſint,ſi opera mi ſericordię charitatiſq; neglexerint.Si uero quis intentus operibus bonis,tantā ſeruauerit in uxore temperiem,ut filiorum procreandorum cauſa tantummo do miſceatur uxori,multa laude talis eſt procul dubio dignus,ſi quis hoc no-

Oīs forni ſtris poteſt implere temporibus. Fornicatio tamen nunquam poteſt eſſe ſine
catio dā grauí crimine,in qua licet non dubitemus damnabiliter peccare hominem ab
nabilis, p̄ uxore diſiunctum,damnabilius tamen fornicari exiſtimo cōiugatum. Vtrūq;
ſertim in autem ſcriptura ſancta iudicādum & regno dei pronunciat alienum,ſcriptum
coniuge nanq; eſt in epiſtola ad Hebręos.Quia fornicatores & adulteros iudicauit de us.Et in epiſtola quā ad Corinthios ſcripſit Apoſtolus,dicitur. Nolite errare, neq; fornicarii,neq; idolis ſeruientes,neq; adulteri,neq; molles,neq; maſculo rum concubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebrioſi,neq; maledici, neq; ra-

Gal.v.C. paces regnum dei poſſidebunt.Rurſus inter opera carnis idem Apoſtol9 Pau lus fornicationem,immundiciam,luxuriamq; dinumerat,in quorum concluſi one dicit.Quoniam qui talia agunt,regnum dei non conſequūtur.Præmonet

ii.Corint. etiam ne lugeat multos ex his qui ante peccauerunt,ut non egerunt pœniten-
xii.G. tiam ſuper immundicia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt. Igitur quia de qualitate coniugii quod dominus donauit,diximus,illud eſt conſequē

vota deo ter tota ſolicitudine pertractandum,quid nam ueſtræ uoluntatis præfixerit (ſi
reddēda qua nunc potuit eſſe) deuotio.Neq; em̄ quia rebus a deo conceſſis uſus homí
abſq; ex nibus non interdicitur,ideo debet homo quod uouerit deo nō reddere. Cum
cuſatione ſcriptum ſit.Reddam tibi uota mea,quæ diſtinxerunt labia mea. Et ne quiſquā ſibi uellet excuſationem tribulationis ad fruſtrandæ licentiam promiſſionis aſſumere,nec ſe putaret uoti reum,ſi ſe dixiſſet aliquid uouendum non uolun tate ſed tribulatione compulſum.Docens beatus Dauid omnia eſſe deo red-denda,quæ fuerint legitime duntaxat etiam in tribulatione promiſſa,cum di-xiſſet deo.Reddam tibi uota mea,quæ diſtinxerunt labia mea.Continuo ſubdi

Deutero. dit.Et loquutū eſt os meū in tribulatiōe mea. Nam & in Deuteronomio ſcri
xxiii.D. ptum eſt.Si autem uoueris uotum domino deo tuo,non tardabis reddere il-lud,quia exquirens exquiret dominus deus a te,& erit in te peccatum. Si autē nolueris uouere,non erit in te peccatum.Quæ exeunt per labia tua cuſtodies, & facies quemadmodum uoueris deo tuo uotum,quod loquutus es ore tuo. Dicit & Salomon. Statim ut uoueris uotum domino,non tardabis reddere il-

An uotū lud.Tu itaq; quæ uoueris redde.Bonum eſt non uouere,ꝙ uouiſſe & nō ſol
caſtitatis uere.Proinde licitarum rerum uſus licite cum temperantia geritur,donec rei li
in coniu cite renunciatio non mouetur,& quamdiu non tenetur ex utriuſq;,id eſt ex ma
gio ſit lici riti uxoriſq; conſenſu,perpetua continentiæ promiſſio,non eſt inlicita coniu-
tum galis ammixtio.Scriptum eſt enim.Si duxeris uxorem,nō peccaſti. & ſi nupſe

rít uirgo,non peccauit. Veruntamen non peccet uirgo quæ nubit ,inuenitur
aliqua uirgo peccare ſi nupſerit.Non enim peccat uirgo nubens,ſi uirginitatẽ
Deo priuſquam nuberet in corde non uouit. Cęterum ſi,quemadmodum di
xit Apoſtolus,ſtatuit in corde ſuo firmus,non habẽs neceſſitatem,poteſtatem
autem habens ſuæ uoluntatis,& hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginitatẽ
ſuam . grauiter poſtmodum peccat,ſi poſt dicatam uirginitatem Deo ,uolue-
rit humano ſeruire connubio. Nam & uiduas quaſdam beatus Paulus uin-
culo pronunciat damnationis obſtrictas,quia ſcilicet poſt continentiæ profeſ
ſionem,nubendi receptam non abiiciunt uoluntatem . De quibus euitandis
Timotheum ſic inſtruit. Adoleſcentiores autem uiduas deuita,cum em̃ luxuri
atæ fuerint,in Chriſto nubere uolunt,habentes damnationem, quia primam
fidem irritam fecerunt. Adimit igitur concumbendi licentiam continentię ꝓ
miſſio,nec ſola talibus fornicatio interdicitᷣ,ſed etiam maritalis ammixtio per-
hibetur,& præuaricatricem uoluntatem tenet culpabilis nexus,etiam ſi nullus
in opere conſequatᷣ effectus.Necꝗ em̃ fruſtra ſcriptum eſt.Quia concupiſcen
tia cum conceperit,parit peccatum. Quo circa non ſolum a uirginibus inte
gritas,uerum etiam a uiduis atqꝫ coniugibus debet deo dicata continentia cũ
timore & tremore ſeruari.Quia priuſquam ſit aliquis uoti reus,non condem-
natur,ſiue uirgo licite nubat,ſiue maritus & uxor coniugale ſibi debitum red-
dant. Poſtqꝫ uero quiſqꝫ meliora conſectans,profeſſione ſe ipſum continẽtię
ſiue integritatis obſtrinxerit,grauiſſime delinquit,ſi ſibi deinceps licere putat ,
q̊d ante licitum fuerat. In talibus quippe rebus,q̊d uouens Deo ſibi adimit uo
luntas,nulla deinceps impune permittitᷣ uſurpare neceſſitas,nec temerator uo
ti excuſationem iuſtam ſuę p̃uaricationis inueniet,quem nemo compulit ut uo
ueret. Eſt plane aliquid diſcernendum,inter uotum uirginis aut uiduæ,& iter
uotum eorum qui tenentᷣ uinculo coniugali.Nec em̃ tanta eſt uouendi licẽtia
uel libertas uiro ſiue mulieri,poteſtatem ſui corporis nõ habenti,quanta eſt ui
duę cuilibet aut uirgini. Cõiugato em̃ uel iugatæ corporalis continẽtiæ uouẽ
dæ facultas plena non ſuppetit,cuius corpus non in ſua ſed in cõiugis poteſta
te conſiſtit,ſecũdũ illud Apoſtoli dictũ,quod ſupra poſuimus.Mulier ſui cor
poris poteſtatẽ non habet,ſed uir . ſimiliter aũt & uir ſui corporis poteſtatem
non habet,ſed mulier. Non itaqꝫ ſinitᷣ abſqꝫ coniugis uoluntate continentiam
aſſumere,cuius corpus non eſt in propria poteſtate,hoc em̃ quiſqꝫ recta & fir
ma deuotione ſolus promittit,quod ſui tm̃ iuris eſſe cognouerit. Tale eſt em̃
ut uelit quiſqꝫ corporis ſui,q̊d eſt in coniugis poteſtate,continentiam ꝓfiteri.
Quale,ſi quis de alterius ſubſtantia aut eleemoſynam facere,aut ſacrificiũ co-
netᷣ offerre.Deus aũt noſter (ſicut ipſe teſtatᷣ) diligit iuſticiã,& odio habet ra
pinã in holocauſto. Illa itaqꝫ inter coniuges eſt continentiæ certa ꝓmiſſio , q̃
fuerit utriuſqꝫ conſenſione firmata . Quam cũ uir & mulier ſibi conſentientes
concordi uoluntate tanquam ſacrificium in odorem ſuauitatis , ſuper altare fi
dei Deo uero ac ſummo in tẽplo ſui cordis obtulerint,nec mulier ulterius in ui
ri,nec uir in mulieris corpore,ad repoſcendum debitũ coniugale poteſt habe

In uirgini bus uotũ obligat

Similiter in uiduis.

.i.Timot. v.B.

Quõ tenet in cõiugio:

Non eſt cõiugib9 licẽtia uouẽdi ſicut ſolutis,qa corpis ſui ptãtem nõ habẽt.

Votũ cõtinẽtię obligat ſi fiat cõſẽſu utriuſqꝫ coniugis.

re legitimã poteſtatẽ. Sicut em̃ priuſq; deo ſimul vouerent, rep̃henſibilis fuit
unius oblatio, q̃a legitimi cõſortis deerat adſenſus. Ita cũ pari obtulerit uterq;
cõſenſu, q̃d eſt inſep̃abiliter utriuſq; cõmune, nõ erit impunitus, ſi quis mun⁹

Votũ ex fictione obligat & dãnabile eſt.

deo uoluntaria deuotione oblatũ, illicito crediderit op̃e temerandũ. Quod
ſi forte quis non toto aĩo vouiſſe cauſet, eo magis damnabilis erit, ꝙ non ſim
plex ad deũ, ſed fictus acceſſit. Scriptũ eſt aũt. Quia ſpiritus ſanctus diſciplinæ
effugiet fictũ, & auferet ſe a cogitationibus q̃ ſunt ſine intellectu. Alio q̃q; lo
co fictos ſancta ſcriptura ſic ĩcrepat. Ve duplici corde, & labiis ſceleratis, & ma
nibus malefacientibus, & peccatori ingredienti terrã duabus uiis. Quã ſit aũt
malũ, quãq; ſolicite effugiendũ, ſi quis de hoc q̃d deo vouerit, aut retinere aut

De uoto nihil licet retinere aut repetere

repetere aliquid, mortifera p̃uaricatione ꝓtentet, Exẽplo ſunt Ananias & Sa
phira, q̃s de p̃cio agri quandã partẽ infideliter ſubtrahentes, non ſolũ uox A
poſtolica, tanq; diuini iuris peruaſores increpuit, ſed etiã ſeueritas iuſticiæ cæ
leſtis occidit. Beatus deniq; Petrus non ſolũ fraudis uitio memoratũ Ananiã
dixit obnoxiũ, quĩetiã cor eius a Sathana ꝓnunciauit impletũ dicens. Anania,
cur impleuit Sathanas cor tuum, mẽtiri te ſpiritui ſancto, ut fraudares de p̃cio
agri? Nonne manens tibi manebat, & uenũdatum in tua erat poteſtate? Qui
utiq; feciſti hoc, non hoĩbus mentitus es, ſed deo. Si quis igit̃ rem dñ̃o iam de
uotã, carnali uictus inlecebra, crediderit denuo repoſcendã, non eſt legitimus
rei ſuæ poſſeſſor, ſed diuini iuris ꝓnunciat̃ inuaſor. Nec ĩmerito cõtinentiæ iã
deuotæ uiolator ĩmundus audit, q̃d auarus pecuniæ fraudator audiuit. Pro

Reſpõſio ad ĩterrogata ab initio epiſtolæ

inde cuncta quæ ſup̃ius diſputata ſunt, cõſcientia vobis teſtimoniũ p̃hibente,
p̃pendite. Et ſiquidẽ continentiã pari vouiſtis aſſenſu, tenorẽ veſtræ dilectiõis
cũ dei timore ſeruate. Et ſiq̃n carnis infirmitas mentẽ pulſat, animus ad auxiliũ
diuinæ miſerationis accurrat, nec cedat libidini, ſed deũ tota humilitate fidelis
exoret, & carnali deſyderio militãti aduerſus aĩam nõ cõſentiat, ſed repugnet.
Si uero continentiã unus veſtrũ ſine alterius vouit aſſenſu, temerarie ſe vouiſ
ſe cognoſcat, & debitũ cõiugi caſta ſynceritate redhibeat. Veruntñ, ut om̃ia

Verecundia ĩ actu coniugali ſeruanda.

veſtra honeſte fiant, in redditione cõiugalis debiti, ſic infirmitatẽ carnis uſus
excipiat cõiugalis, ut non caro libidini ſeruiat, ſed animi uirtus adiuta diuinit⁹,
carnalis cõcupiſcentiæ frena reſtringat. Negociũ nanq; ſubſtituẽdę ꝓlis ita de
bet a coniugibus p̃agi, ut ſubſeruiente uerecundia, dũ ſe ad opus fœcunditatis
animus fidelis inclinat, modeſtiã ſimul naturalis honeſtatis Deo adiuuante cu
ſtodiat. p̃cipue aũt obſeruandũ eſt fidelibus coniugibus, ut illa fugiant opera
quæ diuina ſeueritas & facienda prohibet, & facta condemnat. Hæc em̃ nec
Apoſtolica doctrina fidelibus inſinuare ceſſauit, ut ad cuſtodiendã uitæ bonæ
regulã prudenter inſtrueret ſalubriterq; terreret. Magnũ itaq; bonũ eſt, mu

Cõtinentia a Deo oĩbus eſt expetẽda

lierem non tãgere, q̃d debet oĩs fidelis principaliter obſeruare. Propter forni
cationes tñ quiſquis ſiue coniugatus, ſiue a cõiugio liber, ſi continentiã deo nõ
vouit, & ſe ipſum ad implendam continentiã cernit inualidũ, quãuis ubi plena
fuerit continendi uoluntas, & ab orõne atq; operibus bonis non deſtiterit ve
ra cordis humilitas. Ille qui dixit, Petite & dabit̃ uobis, quærite & inuenietis,
pulſate

pulſate & aperiet uobis. Quia veritas eſt, & mentiri non pōt, & bene petenti det, & quærenti adinuentiones ſuas pparet, & bene pulſanti ipſe aperiat, vt ad penetralia vitæ melioris introeat. Tamen ſi quis adhuc plus eſt de ſua infirmitate ſolicitus, q̃ de Dñi virtute ſecurus, ſi continentiã non vouit carnis, contineat ab iniquitate, Et ſicut decet vtat̃ uxore. Malitiam atq; auaritiã fugiat, & non condemnat̃, ſi coniugi debitũ reddat. Non ſit ebrioſus, non inuidus, non conteтioſus, non fictus, non malignus, non litigioſus, non ſupbus, non rapax, nõ auarus. Quantũ ad ipſum attinet, pacem habere cum oĩbus quærat, perniciẽ non teneat, nulli detrahat, cum amicis fidem teneat, inimicis nunq̃ perfidus aut piurus exiſtat, aliena non rapiat, æquitati pecuniam non pponat, ſit in negociis iuſtus, in operibus pius, mitis ad tolerandas, tardus ad retribuendas iniurias, in fide ſtabilis, amator caſtitatis & pacis. Adtendat Saluatoris noſtri dictum, quo nobis & quid faciamus pcipit, & quid accipiamus oſtendit. Ait eñ. Dimittite & dimittet̃ vobis, date & dabit̃ uobis. Sit ergo quantum poteſt in eleemoſynis largus & hilaris, & ad dimittendum peccantibus facilis ac ſuauis, nec tamẽ ſe putet ita peccantibus tribuere ueniam, ut diſciplinam ſuæ domus exiſtimet negligendum, ſed vigoris retinens clementiæq; temperiem, ſeruet in correptione modeſtiam, & in remiſſione cenſuram. Arguat, moneat, terreat, increpat, conſoletur, oblectet. Nec tantum faciat in ſubditis peccantibus, quantum impetus furoris impellit, ſed quantum modus conſultationis expoſcit. Et ſi verberandus eſt pro peccato famulus, non ulciſcendi libido præualeat, ſed æquitas Chriſtiana potius illi clementer conſulat quem flagellat. Ac ſic & quando iuſticia perſequitur culpam, non deſit miſericordia, quæ modeſte nouit tenuare uindictam. Nutriantur filii ſecundum Apoſtoli præceptum, in diſciplina & correptione domini, nec permittantur impudice aut luxurioſe uiuere, cum nõ laſciuiæ, ſed caſtitati ac temperantiæ proles debeat Chriſtiana ſeruire. Neque enim & de malis operibus filiorum, non erit in illa terribili examinatione parentum negligentia iudicanda. Cum & in hoc ſeculo propterea Heli ſacerdos a domino reprobatus fuerit & abiectus, non quia filiis in iniquitate conſenſit, ſed quia peccantes manſueto quamuis ſermone monuerit, prohibere tamen competenti ſeueritate ceſſauit. Magis autem parentes qui uere diligunt filios, bene operando eis conſulant, quàm diuitias colligendo, nedum filiis tenaciter ſubſtantia colligitur, oportunitas boni operis omittatur. Præ omnibus autem fideles meminerint coniugati, ſemper orationibus atq; eleemoſynis inſiſtendum, nec uelint iugiter in ipſa carnis infirmitate iacere, ſed feſtinent gradum uitæ potioris aſcendere. Et ut ad uirtutem continentiæ perueniat animus, magis magiſq; carnalis concupiſcentiæ comprimatur exceſſus. Vt dum deo adiuuante illum ſuperauerint gradum, in quo coniugalis infirmitas ueniam poſtulat, celſiorem poſſint laudabiliter obtinere. In quo continentiæ uirtus palmam uitæ melioris expectat.

[Margin: Qui nequit cõtinere a carne, contineat ab iniqtate]

[Margin: Regimẽ familiæ]

[Margin: Educatio prolis]

[Margin: Regula pfect⁹ et pfectiõis in coniugio]

B. FVLGENTII EPISTOLA SECVNDA, AD GALLAM, DE CONSOLATIONE SVPER MORTE MARITI, ET DE STATV VIDVARVM.

Conſolatio Gallæ de morte mariti iuuenis

DOMINAE uere inluſtri, & in Chriſti timore uenerabili, filiæ Gallæ, ſeruorum Chriſti famulus. Ante menſes aliquot, Diaconi mei ex[illegible]beromeantis certa narratione comperi, non ſolum tui coniugis obitum, uerum etiam ſanctum propoſiti tui tramitem, in quo iam ambulas, illo deducente, qui eſt uia, ueritas & uita, qui fidelibus ſuis nouit per momentaneam triſticiam donum ſempiternæ largiri lætıciæ. Et quos uult ſalubriter de terrenis ad cæleſtia paternæ benignitatis diſpenſatione transferre. Necꝫ enim fruſtra Dominus (cuius incomprehenſibilia iudicia, & inueſtigabiles uias Apoſtolus prædicat Paulus) coniugem tuum religione ſyncera fidelem, corde humilem, moribus mitem, operibus miſericordem, conuerſatione penitus innocentem, ætate iuuenem, de peregrinatione huius uitæ ad æternam cæleſtis patriæ celeriter tranſtulit manſionem. Niſi ut & illi gaudia æterna conferret, & tibi facultatem melius uiuendi concederet. Illi donauit ut corpore ſpoliatus, ſit cum Chriſto ſine fine uicturus. Tibi donauit, ut quæ ſunt domini ageres, Et ſecundum Apoſtoli ſermonem, ſis ſancta & corpore & ſpiritu. Proinde ſine dubitatione crede, quod diuinitus dicitur, & cum dilectione ſpera, quod promittitur, ut poſſis benefacere quod iubetur. Primo igitur de mariti morte per Apoſtolum Paulum, quid debes fideliter tenere, cognoſce. Ait enim. Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus, ꝙ Hieſus mortuus eſt, & reſurrexit. Ita & Deus eos qui dormierunt per Hieſum adducet cum eo. Si ergo ueræ fidei tenaces ſumus, ſi de ſermonibus Dei nihil ambigimus, ſi ad futuram uitam ſpe certiſſima tendimus, ſi digne Deum proximumcꝫ diligimus, ſi non ab hominibus inanem, ſed a Deo ueram gloriam Chriſtiani nominis expectamus, non debemus uticꝫ de fidelibus mortuis, & (vt proprie dicam) de dormientibus noſtris, aliquam (ſicut infideles) habere triſticiam. Salubris etenim noxiæcꝫ triſticiæ debet in noſtro corde manere diſcretio, Qua fit, ut nec de amiſſione ſolatii temporalis concidat animus, æternis rebus deditus, & de his ſalubrem triſticiam ſumat, in quibus ſe aut minus aliquid,

Laus mariti defuncti

Non debēt Chriſtiani de mortuis cōtriſtari ſicut cæteri q ſpem nō habēt

Duplex triſticia.

aut ſecus

aut ſecus quàm oportuit feciſſe conſyderat. Propter quod Paulus utranque triſticiam non minus opere docet, quàm retributionem diſcretam. Deniq; in una ſalutis prouectum, in altera mortis poſitum demonſtrat exitium dicens. Quæ enim ſecundum Deum eſt triſticia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſeculi autem triſticia mortem operatur. Ne igitur ultra fidei Chriſtianæ modum, indiſcretam teneas de mariti morte triſticiam, nec amiſſum exiſtimes ſed promiſſum, nec ipſius iuuentutem putes immature præciſam, quam in terminabili uides æternitate firmatam. Fideli quippe animæ dicitur. Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Abſit autem ut infidelium conſentientes erroribus æſtimemus aut dicamus, quia illum iuuenem Chriſtianum abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Illos nanq; atra dies aufert, qui ſecundum Iohãnis Apoſtoli dictum, in tenebris ſunt, & in tenebris ambulant, & neſciunt ubi ambulant, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eorum. Illos abſtulit atra dies, quos ipſa lux uera uehementer obiurgans. Hoc eſt autem, inquit, iudiciũ, quia lux in mundum uenit, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem, erant enim eorum mala opera. Tales ſunt qui uiuunt, ut cum audierit uocem filii dei non ad uitam ſed ad iudicium ſuſcitentur, dicente domino. Quia ueniet hora, quando omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem eius, & procedẽt. qui bona fecerũt in reſurrectionem uitæ. qui mala egerunt in reſurrectionem iudicii. Et quia his nec breuis uita poteſt prodeſſe nec longa, conſequenter de talibus in libro Sapientiæ dicitur. Et ſiquidem longæ uitæ erunt, in nihilum cõputabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. Et ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die magnitudinis alloquutionem. Quæ eſt autem dies magnitudinis, niſi dies in qua non iudicandus ſed iudicaturus ueniet Dominus? Nunc enim cum uenit ut pro nobis iudicaretur, non fuit dies magnitudinis ſed minorationis, in qua minoratus eſt paulo minus ab angelis. Tunc autem erit dies magnitudinis, quando ſecundum Iohannis atteſtationem, omnes mali abſcondi cupient in cauernis montium, dicentes montibus & petris. Cadite ſuper nos, & abſcondite nos a conſpectu patris ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam uenit dies magnus iræ illorũ. Et quis poterit ſtare? In hac die magnitudinis, mali non habebunt alloquutionem, ſed increpationem. Non enim audient. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum eſt a conſtitutione mundi. ſed dicetur eis. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Tales igitur quantumlibet longæui moriantur, acerbo funere demerguntur, & quamuis ætas eorum matura uideatur in corpore, mortifera tamen mundi dilectio immaturę mentis acerbitatem retentat in corde. Chriſtianus autem qui in timore Dei uixerit, quacunque fuerit defunctus ætate corporis, non acerbo funere mergitur, ſed placita Deo ſubnixus maturitate transfertur. Legimus nanq; in eodẽ Sapientię libro. Quia ſenectus honorabilis eſt nõ diuturna, neq; nũo annorũ cõputata. Cani ſunt aũt ſenſus hoĩs, & ętas ſenectutis uita immaculata q̃ placita deo facta dilecta eſt. Deniq; in ſubſequentibus bene uiuentẽ quem

2. cor. 7. C

Pſal. 102. A.

Abſtulit atra dies hoc Chriſtiãis nõ conuenit.

Sap. 3. D.

Dies magnitudinis.

dies extremi iudicii

Matthæi xxv. D.

bon9 chriſtian9 etſi iuuenis, nõ mergitur funere acerbo

dam deoq́ placitum, ob hoc raptum celeriter dicit, ut nullam mutationem perferret malitiæ ſecularis. Nec anima eius aliqua fuiſſet fictione decepta. Sic ergo dicitur. Raptus eſt, ne malitia mutaret illius intellectum, aut ne fictio deciperet animam illius. faſcinatio aũt nugacitatis obſcurat bona, & inſtãtia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia, conſummatus aũt in breui repleuit tempora longa. Placita eñ erat deo anima illius. Propter hoc properauit de media iniquitate illum educere. His nempe uerbis, ſancta ſcriptura nos docet in hoc ſeculo Chriſtianis fidelibus non uitam longam prodeſſe, ſed bonam. Et ad cognoſcendum quantum poſſibile eſt, cuiuslibet defuncti meritũ, non quantum uixerit, ſed qualiter quiſq́ uixerit intuendum. Sicut enim uita mala, quanto magis fuerit temporaliter prolongata, tanto magis delinquentibus multiplicat pœnam. Sic uita bona, quamuis hic breui tempore terminata, magnam ſempiternãq́ conquirit bene uiuentibus gloriam. Vita igĩ mala immaturos acerboſq́ ſenes demergit in Tartarum. Vita uero bona defunctos iuuenes maturos perducit ad regnum. Non ergo ſis triſtis, q̃ te ille p̃ceſſerit diebus paucis, ſed eſto ſolicita, & ſic uiam mortalis huius uitæ perage, ut ad æternam uitam ualeas peruenire. Proinde Apoſtolici te oportet indeſinenter meminiſſe ſermonis, quo ait. Mulier innupta & uirgo ſolicita eſt quæ ſunt domini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Innuptam hic uiduam dicit, non quia oĩno non nupſerit, ſed quia uiro mortuo ſoluta fuerit uinculo nuptiali. De qua alio loco dicit. Si aũt mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt a lege uiri. Hãc ergo ſanctam iubet eſſe & corpore & ſpiritu. Quid aũt aliud eſt, corp̃e & ſpiritu ſanctam eſſe, niſi quod ſanctum eſt, & in opere & in cogitatione ſeruare? Etenĩ quæ mundi ſunt, illa cogitare permittitur, quæ corporali uincta connubio detinetur, eodem Apoſtolo dicente. Quæ autem nupta eſt, cogitat quę ſunt mũdi, quomodo placeat uiro. Illic eſt ergo mundanæ cogitationis ſubeunda neceſſitas, ubi mortalis caro morituro carnaliter nubit. Et quia illos ipſa carnis neceſſitas. durioribus uinculis tenet innexos, propter hoc de illis Apoſtolus dicit. Tribulationem autem carnis habebunt huiuſmodi. Mulier ergo innupta, id eſt uidua, cui præcipitur ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu, ſicut corpore deſiſtit marito ſeruire, ſic non debet corde carnalia cogitare. Sãcta q̃de ſunt Chriſtianorum coniugia, quia & coniugalis ibi caſtitas cuſtoditur in corpore, & puritas fidei ſeruatur in corde. Nam & Apoſtolica dicit auctoritas. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Non eſt ergo connubium ex colluuione peccati, ſed ex inſtitutione Dei, & in eo quod ſibi coniuges inuicem carnis debitum reddunt. In quantum id modeſte faciunt, Chriſti præcepta cuſtodiunt, quia nullatenus a coniugali charitate & caſtitate diſcedunt. Execratur autem adulterinos concubitus caſtitas coniugalis, & honeſtatis uerecundiæ tenax, ab una unus, & ab uno una expetit, quod uterq́ ſe uni tantũ legitime debere cognoſcit. Illic equidẽ carnis debitũ reddiĩ uiro. Cõiugalis aũt caſtitas magis debeĩ Chriſto q̃ uiro, q̃a & corpus tunc uere caſtũ eſt, q̃d fornicatiõe carnali nõ polluiĩ, q̃n ſpiritalis itegritas Chr̃i timore ac dilectiõe ſeruaĩ.

Non uita lõga prodeſt, ſed bona

Vt ſãcta ſit & corpore & ſpũ uidua

Ro. vii. A

Sancta chriſtianorum coniugia.

Attamen

Attamen a muliere nupta mulier innupta & uirgo non parua gradus dig Innupta
nitate diſcernit̃,q̃nquidem nupta cogitatiōibus mundanis tenet̃ obſtricta.Mu altiori
lier aũt innupta & uirgo,carnalibus tribulationibus non ſubiicit̃,quia carnalis gradu eſt
matrimonii uinculo non tenet̃.Vbi certior eſt corporalis atq; ſpiritalis conti- ꝙ nupta.
nentiæ libertas,quia nulla eſt ex coniugali ſeruitute neceſſitas.Vtrunq; igitur
donum dei eſt,& coniugalis pudicitia,& continentia uidualis.Vnuſquiſq; em̃
proprium habet donũ ex deo,& illud quidem, quantum in ſe eſt , laudabile ,
quia bonum. Hoc aũt laudabilius,quia melius.Coniugali nanq; ſeruitute tur
pitudo uincit̃ fornicationis,uiduali uero libertate creſcit dignitas caſtitatis.Illic
fides conſulit infirmitati,ne cadat in uitium,hic ſe fidelis animus ad uirtutis ex- .i.Corint.
tendit augmentum.De coniugatis em̃ dicit̃. Propter fornicationes aũt unuſ- vii. A.
quiſq; ſuam uxorem habeat,& unaqueq; ſuum uirum habeat.De uidua uero
dicit̃.Beatior aũt erit ſi ſic permanſerit. Beata ergo quæ inlicitum concubitum Ibidē G.
turpitudinis horrore non appetit,ſed beatior quę licitũ maiore puritatis amo
re contemnit. Beata quæ alligata uiro ſic uiuit,ut ſoli uiro carnis ſuæ debitum
reddat . ſed beatior,quæ ſoluta ſic permanet innupta , ne debeat. Proinde
in eo ꝙ ex coniugata facta es uidua,donum dei auctum tibi magis exiſtima , Conſola
non ablatum.Neq; em̃ te deſeruit,qui tibi ſequendam uiam uitę melioris oſtē tio uiduæ
dit.Gradibus te uoluit dominus ad meliora conſcendere,ut primitus coniuga
ta cum uno uiro fideliter uiueres,quo poſtmodum ſine difficultate abſq; uiro
uidua permaneres. Ad hoc igit̃ animum tuum diuina gratia coniugali caſtita
te nutriuit,ut quæ didiceras,illo uno uiuēte,alterum non quærere,diſceres ab
omni uiro uidua continere. Noli ergo negligere gratiam quæ in te eſt. Et tu
em̃ noſti,quanto melius ſit iugiter a concubitu continere, ꝙ uel pro coniuga
li neceſſitate concumbere. Maritus qui tibi datus fuerat ad tempus,diſceſſit in
tempore,datus em̃ tibi fuerat non ad patriæ beatitudinem,ſed ad itineris con
ſolationem.Alia quippe ſunt dei dona,quæ deus ita ſuis largit̃ fidelibus in prę
ſenti tempore,ut eorum uſum in hac tm̃ uita neceſſarius habeat̃, quo futuræ
uitæ meritum comparet̃.Sicut eſt credulitas,rectam fidem tenens.Et operatio
iuſticiam miſericordiamq; cuſtodiens,ut fides recta non deſerat̃ charitatis au
xilio,quæ in operatiōe cognoſcitur,propter q̃d Apoſtolus eam fidem ꝓbat Gal.v.B.
quæ ꝑ dilectionē operat̃. Recta igit̃ fides & miſericors operatio poſt hanc
uitam deſinent,cum per ſpeciem uidebit̃,q̃d nunc cum credit̃ non uidet̃. Nec Fides &
inter beatos erit aliquis miſer,cui miſericordia p̄rogetur.Hæc autē duo, id eſt operatio
fides & operatio,ita poſt huius uitæ finem non ſunt neceſſaria, ut ante finem miſeri-
non ſint ullatenus deſerenda.Quiſquis em̃ ante finem uitę p̄ſentis a fide recta cors ī hac
ſiue bona operatione diſceſſerit,etiam ſi in his antea ſtrenue uigilāterq; cucur uita neceſ
rerit,pro eo q̊d ab itinere recto deſiſtit,perdit meritum totiꝰ itineris quod cu ſaria ſunt,
currit. Item ſunt alia quæ ſic hoĩbus in hoc tempore pietas diuina largit̃ ,ut in patria
non ſolum in hac uita cum hoĩbus debeant continua,uerum etiam creſcant in nō erunt
retributione diuina.Sicut eſt peccatorum mundatio,ueritatis agnitio, dei pro
ximiq; dilectio.Hæc em̃ ſi quis in hoc tempore perſeueranter in ſe cuſtodie-

rit,& diuino munere proficiēdo augere curauerit inchoata, in futuro habebit æterna ſecum perfectione manſura. Tunc eñ perfecta mundatio perfectam cognitionē ueritatis accipiet,& perfecta cognitio nihil in nobis perfectæ cha
Aliqua tē ritati deeſſe permittet. Alia uero ſunt,quæ ſic a deo temporaliter donanť, ut
poraliter temporaliter auferantur,ſicut eſt copulatio coniugum,procreatio filiorum,a
& dantur bundantia diuitiarū,incolumitas corporū,& ſi qua ſimilia,quæ per ſe nec mi
& auferā ſeros hoīes poſſunt facere nec beatos. Ideo hæc & bonis & malis a dño danť,
tur a deo & nonnunq̄ bonis maliſq; diuinitus auferuntur. Beatus fuit Iob,cum in diui tiis iuſte uiueret. ſed beatior,cum in paupertate iuſtior extitiſſet. Beatus fuit cū
Exemplū decem circundareť filiis. ſed beatior,cum una cunctorum ſimul orbitate per
Iob cuſſus,in dei dilectione permanſit immobilis. Beatus etiam fuit in corporis ſo ſpitate,ſed beatior eſt factus in uulnere. Beatior etiam in aceruo ſqualoribus pleno, q̄ in palatio marmoribus adornato. Attende etiam duos,unum in di uitiis & ſanitate miſerum,alterum in egeſtate & uulnere multum beatum.
Luc. 16.E Diues ille qui induebať purpura & byſſo,& epulabať quotidie ſplendide,
Diues & q̄ inanis fuit in illis epulis,q̄ pauper in multitudine diuitiarum, quàm nud9 in
Lazarus pulchritudine ueſtium,q̄ infirmus in ſanitate corporis,q̄ famelicus in ſaturi
hic beat9, tate uentris,q̄ miſer in gaudiis,q̄ deſolatus inter amicorum conloquia,q̄ de
ille miſer. iectus inter obſequia ſeruulorum. Attende quoq; Lazarum in paupertate di uitem,in miſeria beatum,in infœlicitate fœlicem,in uulnerib9 ſanum. & quidē ſine domo,ſed non ſine domino. ſine ueſte,ſed non ſine fide. ſine bona ualetu dine corporis,ſed non ſine robore charitatis. ſine cibo,ſed non ſine Chriſto. ca nibus expoſitum,ſed ſocium angelorum, qui non accipiebat de micis quæ ca debant de menſa diuitis,ſed cæleſtem panem uiſceribus ructabat internis.
Bona tē Hæc ſunt igiť quæ nonnunq̄ bene habenť,nonnunq̄ male. nōnunq; bene cō
poralia & temnunť,nonnunq̄ male. Bene quippe habenť,cum in eorum uſu timor Dei
bñ & ma ſeruať. Bene aūt contemnūť,cum in eorum contemptu a ſummo deo gloria,nō
le habenť ab hoībus quæriť. Tales ſunt etiam nuptiæ,quæ & bene ſuſcipi poſſunt, &
pariter & bene contemni. Quam bene nuptiarum opus in caſtitate cōiugali Suſanna ſer
contem uauit? q̄ melius in continentia uiduali Iudith atq; Anna contempſit? q; optie
nuntur. in integritate uirginali Maria inſtituit? Non eſt igiť inter pcipua Dei dona coniugium æſtimandum,licet non negeť donum eſſe diuinum. Nec eſt dicen dum beatitudinis munus,quod cum bono poſſit propoſito teneri, poteſt etiā propoſito meliore contemni. Nam ſi hoc inter pcipua Dei dona æſtimari o porteret,non ore Saluatoris noſtri laudarenť,qui ſe ipſos caſtrauerunt ,pter regnum cælorum. Nec pro ſe patrem,matrem,fratres,ſorores,uxorem,filios agros,relinqui Saluator ipſe cum centupla retributionis & uitæ æternæ pro
Matth. 19 miſſione iuſſiſſet,dicens. Omnis qui reliquerit domum,uel fratres, aut ſoro
D. res,aut patrem,aut matrem,aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum,centuplum accipiet,& uitam æternam poſſidebit. Hoc aūt dicens Chri ſtus,non diuortium fieri iuſſit,ſed iuſta diſcretione,quamuis Dei munera, tñ temporalia æternis,caduca permanentibus,parua magnis,a ſuis fidelibus poſt ponenda

ponenda monſtrauit.Non damnat bona,ſed meliora plus laudat.Illa nõ odit,
ſed iſta plus diligit.Illorum em̃ ſiue adeptio ſiue amiſſio,non eſt retributio fi-
dei,ſed probatio.Fides aũt noſtra non temporibus ſed æternis eſſe debet intẽ
ta. Propter quod Vas electionis ad tolerantiam nos p̃ſentis tribulationis ex
hortans,p̃cipit,ut a contemplatione temporalium rerum cordis noſtri penit⁹
auertamus obtutum,dicens. Id em̃ q̊d in pręſenti eſt momentaneum & leue
tribulationis noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus
operaẽ nobis,non contemplantibus nobis quæ uidenẽ,ſed quæ non uidẽtur.
Quæ em̃ uidenẽ temporalia ſunt,quæ aũt non uidenẽ,æterna ſunt. Ambula
igiẽ ſicut ſcriptum eſt,de uirtute in uirtutem,& animus tuus ab intentione tem
poralium ad contemplationem tranſeat æternorum.Tranſienſq; a uirtute cõ
iugalis pudicitiæ ad potiorem uirtutem continentiæ uidualis,non minore cõ
tinentia cordis prædicata debes eſſe q̃ corporis.Et poſt obitum temporalis ma
riti,omnes in corde tuo reliquiæ debent mundanæ cogitationis extingui.Cur
em̃ uidua Chriſtiana gerat animum uinculo cuiuſquam mundanę cogitatiõis
innexum,quæ mortuo uiro mundum debet æſtimare commortuum? Cauſſa
igiẽ mundanę cogitationis deſiſtente,debet ipſa quoq; cogitatio mundana ceſ
ſare.Et ſicut antea corporaliter ornabaris uiro,qui delectareẽ ſpecie[illegible] corpo
ris.Ita nunc ſpiritaliter ornanda es Chriſto,qui ſolam in te quærit pulchritudi
nem mentis.Attende quid beatus Petrus etiam coniugatis mulieribus mãdet
quibus exterioris habitus interdicit ornatum,hæc loquens. Mulieres ſubditæ
ſint uiris ſuis,ut ſi qui non credunt uerbo dei,per uxorum ſuarum conuerſati
onem ſine uerbo lucrificenẽ,conſyderantes ueſtram in timore caſtam conuer
ſationem,qua inſit non extrinſecus capillorum implicatio,aut auri circunpoſi-
tio,aut in habitu ueſtimentorum ornatus,ſed ille abſconditus cordis homo in
corruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus,qui eſt ante deum locuples. Hoc
p̃ceptum beatus Apoſtolus ſanctarum mulierum firmauit exemplo dicẽs.Sic
em̃ & aliq̃n mulieres ſanctæ,quæ ſperabant in deum,ornabant ſe,ſubiectę ui
ris ſuis.Si ergo ſanctæ mulieres etiam coniugatæ non ſunt monilibus comen
dæ,ſed moribus, & eo magis humilitate debent ornari q̃ ueſte, qualis debet
eſſe uiduæ habitus & inceſſus,quæ non homini uiro cupit placere,ſed Chri-
ſto? quæ neceſſitate corporalis abſoluta connubii,ſpiritalia tm̃ debet ornamẽ
ta ſectari? Habitus ergo tuus talis ſit,qui non ad laſciuiã excitet,ſed ad continẽ
tiam p̃uocet. qui non inliciat ad libidinem,ſed comprimat ad timorẽ. qui nõ
attendat carnis concupiſcentiã,ſed extinguat. qui non inliciat ad concubitum,
ſed excitet ad p̃fectum.Ex q̊ cordis compunctio,nõ carnis libido naſcaẽ,unde
filio dei placeas,unde te uere caſtam obtutui ſponſi cęleſtis oſtendas.Ille etem̃
ſponſus carnem tuã maceratam uult uidere,non nitidã. Animę connubio utiẽ,
nec carnis ſed animæ pulchritudine delectaẽ.Quo circa caſtigatiõe corpis ac-
quire pulchritudinem cordis. Vilibus caro tegaẽ operimentis, & p̃cioſis anĩa
ueſtibus induaẽ.Nec quæras ut placeas oculis hoĩm,ſed ut Chriſti non offen-
das aſpectũ.Ille in te q̊d diligit uideat,q̊d dedit inueniat,q̊d delectaẽ agnoſcat.

Noſtra cura non tp̃alibus ſed æter nis debet ĩtendere.

Vidua q̃ pri⁹ viro, nũc orne tur Chr̃o

Sãc̃tę mu lieres nõ monilib⁹ ſed mori bus ſint ornatæ.

Concupiuit em̄ rex ſpeciem tuā,ſed oīs gloria filiæ regis intrinſecus. Tranſiit tempus amplectendi,nunc tempus eſt longe fieri ab amplexu. Adhæreant uiris quæ coniugali uinculo tenenẗ aſtrictæ. Tibi dicendū eſt cum ꝓpheta. Mihi aūt adhærere deo bonū eſt. Ponere in deo ſpem meā. Vnde & Apoſtolus ait Quæ aūt uere uidua eſt & deſolata,ſperauit in dño,& inſtat obſecrationibus & orōnibus nocte & die. Oratio ergo tibi ſit in poſtulatione crebra,in ſancta uero cogitatione atqꝫ oꝑatione continua. Sic em̄ poteris implere q̄d Apoſtolꝰ iubet,ut ſine intermiſſione oremus. Oratio nancꝫ ē in cōſpectu Dei oē opus bonū, q̄ delectaẗ nihil indigens deus. Et ut agnoſcamus bona opera locū orationis apud deum habere,ſcriptura nos ſancta ſic ammonet. Abſconde elemoſynam in corde paupis,& ipſa exorabit pro te. Caue ne carnis curā in deſyderiis facias, ne ſemꝑ gulæ q̄d poſcit indulgeas, Refectiōe tua nō uoluptas expleatur,ſed ſuſtenteẗ infirmitas. Tales aūt conuiuii debes habere participes,q̄ non carnis ſolent delicias laudare,ſed cordis. Quæ angelorū panē interioris hoīs auiditate ꝑquirunt. Quæ poſt ſponſum tuū in odore unguētorum eius currunt. Quæ ſuauitate deum guſtus interioris percipiunt. Quę puro affectu eſuriunt,ſitiuntqꝫ iuſticiā. Quæ operanẗ cibum, non qui perit,ſed qui ꝑmanet in uitam æternā. Cum talibus & conloquia tibi conferenda,& frequentanda conuiuia,ut cum eas cibis corꝑalibus paſcis,ad meritū tibi ſanctæ oꝑationis accedat. Et cum earū uerbis ſpiritalibus paſceris,profectus tibi ſanctę conuerſationis accreſcat. Nec uelis talibus nunc menſam tuā replere deliciis,qualibus eā replebas,qn̄ carnali cōnubio ſeruiebas. Audi Magiſtrū gētium,quid de uidua dicat. Quæ in delitiis eſt,inquit,uiuens,mortua eſt. Habes & in veteri & in nouo Teſtamento ſanctarum uiduarum,quibus ædificeris,exempla. In veteri Teſtamento Iudith,Anna conſydereẗ in nouo,quarū ſi,dño adiuuante,imitatrix fueris,& delicias carnis,& iactantiā ſecularē,uera cordis humilitate calcabis. vt illius in te ſponſi ſemper uiuat affectus,qui ſemꝑ eſt uiuus. Sicut eodem reſurgente uocis angelicæ atteſtatione firmaẗ,cum mulieribus diciẗ. Quid q̄ritis uiuētem cū mortuis? De q̊ etiam Apl̄ica ſic auctoritas loquiẗ. Viuus eſt em̄ ſermo dei & efficax. Viuus eſt ergo ille qui eſt uerbum patris,& ideo ipſe eſt fideliū uita. Hunc ſanctæ uiduæ cordis contritione,& corporis caſtigatione q̄ſierunt. Huic cordis & corporis plena continentia deuotiſſime ſeruierunt. De Iudith em̄ ſcriptum eſt. Et erat Iudith in domo ſua uidua annis tribus & menſibus quatuor,& fecit ſibi tabernaculū ſuꝑ ſolariū domus ſuæ,& impoſuit ſuꝑ lumbos ſuos ciliciū,& erant ſuꝑ eam ueſtimenta uiduitatis ſuæ,& ieiunabat Iudith oībus diebus uiduitatis ſuæ. Ac ne quis illā ſanctā uiduā non deuotiōe cordis,ſed neceſſitate pauꝑtatis exiſtimet ieiunaſſe. Audi quid de ea in ſubſequētibus diciẗ. Et erat Iudith bona aſpectu,& formoſa facie ualde, & prudens corde,& bona in intellectu,& erat honeſta ualde. Quia reliq̄rat ei Manaſſes uir eius,filius Achitob,filii Melchis,filii Heliab,filii Nathahel,filii Suriſada, filii Simeon,filii Iſrael, aurum & argentum, ſeruos & ancillas, & pecora & p̄dia. Ecce uidua præclara natalibus,facultatibus diues,ætate iuuenis,ſpecie mirabi-

Marginal notes: Officiū uiduæ adhærere deo,inſtare orōnibus — Qualiter in cibo & conuiuiis ſe gerat uidua. — .i. Timot. v. A. — Exēpla uiduarū Iudith & Anna — Laudes Iudith

lis,diuitias contempſit,delicias reſpuit,carnis incentiua calcauit,& induta uirtu
te ex alto non quæſiuit ſecundo famulari connubio. Propterea teſtimonio tã
p̃clari operis apparuit,quantum deo dilecta ſit continentia uidualis. Deniq́ȝ
cum Olofernes innumero Bethuliã obſediſſet exercitu,& oĩs Iſraelitarũ uirtꝰ
perturbata langueſceret.Egredit̃ caſtitas,oppugnatura laſciuiam,& ad interi-
tum ſuperbiæ,humilitas ſancta procedit.Ille pugnabat armis,iſta ieiuniis.Ille e
brietate,iſta oratione.Igit̃ q̃d oĩs Iſraelitarum populus facere nõ potuit,ſancta
uidua caſtitatis uirtute perfecit.Obtruncauit una mulier tanti agminis ducem
& inſperatã dei populo reddidit libertatem. Videamus & in nouo Teſtamẽ
to,qualiter nobis ſanctæ Annæ conuerſatio demonſtret̃. De qua ſanctus Lu
cas ſic refert.Et erat Anna prophetiſſa,filia Phanuel de tribu Aſſer,& hęc ꝓ
ceſſerat in diebus multis,& uixerat cum uiro ſuo annis ſeptẽ a uirginitate ſua.
Et hæc uidua uſq́ȝ ad annos octuaginta quatuor,quæ non diſcedebat de tem
plo,ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte & die.Iſtæ duæ uiduæ,licet tem
pore fuerint diuerſo,unius tñ fidei ſeruierũt ambæ myſterio.Quia Chriſtum
quem Anna cognouit in carne natum,ipſum Iudith nouerat naſciturũ. Quã
uero multum deus in utraq́ȝ uidua continentiam ſibi placitam demonſtrauit.
Nã Iudith ſpiritalibus armis accincta,caput laſciui prædonis abſcidit.Anna ue
ro ipſum caput eccleſiæ Spiritu ſancto repleta cognouit. Datus eſt Iu-
dith Olofernis interitus,Annæ reuelatus eſt Saluatoris aduentus. Illi Deus
dedit a populo repellere peſtilentiam,huic tribuit humani generis agnoſce-
re medicinam.Et quia ſanctimoniã uirginalem uidualis continentia,gradu in-
feriore ſubſequit̃.Idcirco poſtq́ȝ de uirgine natus eſt filius Dei,uidualis lĩguæ
dignatus eſt officio p̃dicari.Nec tamen de illo loquuta eſt uidua,delitiis dedi-
ta (q̃ uiuens mortua) ſed quę non diſcedebat de templo,ieiuniis & obſecratio
nibus ſeruiens nocte ac die.De quibus ieiuniis & obſecrationibus nõ eſt nũc
latius diſſerendi locus. Diſponimus em̃ ſi dñs uoluerit,& ſi uixerimus,ad ſoro
rem tuam ſanctam Chriſti uirginẽ Probam,quam Dñs hoc tempore p̃cipuũ
in urbe Roma dare dignatus eſt uirginitatis & humilitatis exemplar,de ieiu-
nio & oratione aliquid ſcribere,ſicut in Epiſtola quã ad eam nuper dedi,mea
pollicitatio continet̃.Cuius tibi p̃cipue ſancta conuerſatio eſt in oĩbus imitan
da.Quæ cum ſit auis atauiſq́ȝ nata conſulibus,& delitiis regalibus enutrita,iã
ta illi eſt humilitas dono gratiæ cęleſtis infuſa,ut amore ſubiectionis & uſu ſer
uiendi Dñam ſe aliqñ fuiſſe iam neſciat.Cum omnes dños habere delectatiõe
ſanctæ ſeruitutis affectat.Scit em̃ a Dño (cui uirginitatem uouit & cordis &
corporis) pro liberatione noſtra humilitatẽ formæ ſeruilis acceptã.Et ob hoc
delectat̃ ſponſo in huius ſeruitutis humilitate placere,ut conſortio quinq́ȝ ſapi
entum uirginũ deputata,cũ ſponſo poſſit in æterna claritate regnare.Delicias
uero corpis quanta uirtute contempſerit,& quõ ſuam famẽ ſaciandis faciat de
ſeruire paupibus.Nec ob aliud ipſa uilibus tegat̃ indumentis,niſi ut & humili
tatis ꝓpoſitũ impleat,& ueſtiendis paupibus iugem curã ſanctæ pietatis im-
pendat,Plenius ipſa uidendo cognoſcis,q̃ id a me uelis audire,q̃d minus poſ-

Gloria Iudith de oloferne occiſo.

Laudes Annæ Luc.z.E.

Cõpatio Iudith & Annæ.

Laudes Probæ q̃ erat ſoror gallæ

ſum ſermonibus explicare.Hanc ergo tibi tanq̃ ſpeculū pone,& ex ipſius cōſy
deratione,quid tibi iā inſit,uel qd adhuc deſit,ſanctorū ſtudiorū operūq; cog
noſce.Et licet illa egregio p̄cellat uirgĩtatis munere,comitē te debet in cæteris
Gallæ no habere uirtutibus. Diſce igiť tu quoq; nihil tibi de nobilitate gn̄is aſſignare.
bilitas Et licet auo,patre,ſocero,marito cōſulibus pridē fueris inter ſeculares inluſtris
Nūc in eo te inluſtrē fieri cognoſce,in q̃ tibi uirtus humilitatis accreſcit. Diſce
Mat.xi.D a dn̄o,quia mitis & hūilis corde,& inuenies requiē aīæ tuę. Nobilitatē carnis,
q̃ ſupbiæ fomes eſt,abiice,& nobilitatē ſpūs p̱fecta cordis humilitate ſectare.
Orōnibus opam da,ieiuniis inſta,& quicq̃d tuis apparatibus ſubtrahis,eſuri
Diſtribu entibus tribue.Et quicq̃d tibi deducis,egenis expende.Volūtariū ieiuniū tuū,
endū pau eſuriē ſubleuet ieiunantū,ut in fructu miſericordiæ tuorū poſſit ieiuniorum
peribus fœcunditas apparere.Proſit etiā tibi uilitas ueſtiū,& pauperū p̱ te nuditas ue/
ſtiať.Tūc em̄ utiliter fugies noxiū p̄cioſę ueſtis ornatū,ſi nudos ueſtias,ut uere
cōſortē te pauperū Chriſti,nō ĩanitate uerborū,nec oſtētatiōe fallaci,ſed teſti
monio ſanctæ opationis edoceas. Nec te illis,q̃s paſcis aut ueſtis,ſupiorē cre
Fugiēda das. aut pro eo q̃d tu tribuis & illi accipiunt,merita tua Chriſti paupibus an/
iactantia teponas,tanq̃ tu ideo potior ſis,q plura contēpſeris.Fruſtra em̄ contemnis fa
in opibus cultates tuas,ſi noxias iactātiæ teneas in corde diuitias.Nō em̄ illi ſoli peccāt,q̃
bonis. pro diuitiis quas habent aliquā geſtant in corde iactantiā.Immo grauius delin
quunt, q uolunt iactantiā cordis de diuitiis habere cōtēptis. aut qui ſe p̱pter
ea uolunt paupibus p̄ponere,eo q plura uideanť paupibus erogare.Non aūt
idē ordo eſt apud deū,qui non quantitatē contēptæ facultatis,ſed qualitatē uo
luntatis attendit.Plures diuitias paupibus pro Chriſto diciť expēdiſſe Zachę
us,pro q̃ uiliſſima piſcatoriæ artis inſtrumenta Petrus reliquit Apl̄us, & tñ a
Chriſto nō Zachęus diues paupi Petro,ſed paup Petrus diuiti Zachęo p̄po
niť,ut diuitibus Chriſti nulla de contēptis diuitiis iactātia naſcereť. Abſit aūt
Non the ut aliquid tibi theſaurizes in terra,in qua non es carnis filios relictura.Cū etiā
ſaurizan illi qui ex carne filios habent,nō ſine peccato theſaurizare ſibi delecteť in ſe/
dū ĩ terra culo.Cūctos em̄ fideles uno Saluator noſter dignať ammonere ſermōe,dicēs
ſed ĩ cęlo. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra,ubi erugo & tinea extermīat, &
ubi fures effodiūt & furantur.Theſaurizate aūt uobis in cælo,ubi neq; erugo
neq; tinea exterminat,& ubi fures nō effodiunt nec furanť.Multū metuēda eſt
illa increpatio dn̄i,quā ſtultus diues,illico moriturus audiuit.Stulte, hac nocte
aīam tuā repetūt a te .q̃ aūt paraſti cuius erūt? Oēs ergo diuitias tuas ad chr̄m
p̄mitte,ĩ cęlo tibi theſaurū recōde,quē p̱dere nō poſſis,et in ęternū ualeas poſ
Fugiēda ſidere. In oībus aūt opibus bonis,caue ne laudis humanę deſiderio uētileris,
laus ho laudari quippe in bonis opibus debes,ſed ĩ eo q̃d oparis,hoīm laudes expecta
minum re nō debes.Laudet te quidē hūana lingua,ſed tu laudē a ſolo deo deſydera.
Atq; ita fiet,ut dū tu laudē ab hoībus nō q̃ſieris. Deꝰ laudeť ĩ opibus tuis. Me
mēto qualiter nobis dn̄s interdicat,ne iuſticiā noſtrā laudis hūanę faciamꝰ ob
tētu,dicēs.Attēdite,ne faciatis iuſticiā ueſtrā corā hoībus,ut uideamini ab eis.
Alioquin mercedē nō habebitis apud patrē ueſtrū,qui ĩ cęlis eſt. Verūtñ ipſe
rurſus ait.Luceat lux ueſtra corā hoībꝰ,ut uidētes ueſtra bona opa,glorificēt

patrē ueſtrū q in cælis eſt. Cū ergo dicit ut attēdam⁹, ne faciamus iuſticiā noſtrā corā hoīb⁹, ut uideamur ab eis. Et iterū, iubet, ut lux noſtra luceat corā hoībus, nūqd cōtraria p̄cepit? Abſit, ſed ſic iubet oꝑa bona fieri, ut non nosipſos, ſed deū, uelim⁹ in noſtra oꝑatiōe laudari. Nā & Apſus in ſuis oꝑib⁹ gloriā humanā uitabat, ſed diuinā gloriā q̄rebat. Propter q̊d dicit Theſſalonicēſib⁹ ſcribēs. Neqꜫ em̄ aliqn̄ fuim⁹ in ſermōe adulatiōis, ſicut ſcitis, neqꜫ in occaſiōe auaritię. De⁹ teſtis eſt. Nec q̄rētes ab hoībus gloriā, neqꜫ a uobis, neqꜫ ab aliis. Et tn̄ idē in ſuę cōuerſatiōis auditu deū ab eccleſiis glorificatū, cū exultatione ſic memorat. Erā aliqn̄ ignotus facie eccleſiis Iudææ, q̄ erāt in Chriſto. Tātum aūt auditū habebāt. Quia ꝑſeq̄bāt nos aliqn̄, nūc euāgelizat fidē, quā aliqn̄ expugnabat, & ī me glorificabāt deū. Proīn man⁹ qdē ab oꝑe bono nō deſinat, nec tn̄ anim⁹ ita oꝑet, ut merces boni oꝑis hūanę laudis intētiōe caſſet. Apſus em̄, ſicut ipſe teſtat̄, uult ut ſim⁹ ſynceres & ſine offenſa in diē Chriſti, repleti fructu iuſticię, ꝑ Ieſum Chriſtū, in gloriā & laudē dei. In ſtudio ergo bonorū oꝑū & laudis hūanę cōtēptu, caue ne bonū q̊d facis, nō gratię dei, ſed tuę uelis aſſignare uirtuti. Immo firmiter tene, nullā tibi facultatē ineſſe poſſe bonæ uolūtatis aut oꝑis, niſi id gratuito mūere diuię miſeratiōis accepis. Scito ergo deū in te oꝑari & uelle & ꝑficere pro bona uolūtate. Proinde cū timore & tremore tuā ſalutē oꝑare. Hūiliare in conſpectu dn̄i, ut exaltet te. Ab illo poſce bonæ uolūtatis exordiū, ab ipſo poſtula bonę oꝑatiōis effectū, ab ipſo ꝑſeuerātię donū pete. Nec aliqn̄ te putes, illi⁹ adiutorio deſiſtēte, aliqd poſſe boni uelle ſeu facere. Illū roga, ut auertat oculos tuos, ne uideāt uanitatē. Ipſū poſtula, ut demōſtret tibi uiā in qua ābules. Ip̄m obſecra, ut greſſus tuos dirigat ſecūdū uerbum ſuū, & nō dn̄et̄ tibi oīs iniqtas. Illū ora, ut oꝑa manuū tuarū dirigat ſuꝑ te. Viriliter ergo age, & confortet̄ cor tuū. Iacta in deū cogitationē tuā, & ipſe te enutriet. Nec quia dixi, nihil te debere propriæ aſſignare uirtuti. Ideo tibi eſt de diuina uirtute ac pietate in aliquo diffidendū. Fidelis eſt em̄ deus in uerbis ſuis, & ſanctus in oībus operibus ſuis. Nec tibi auxiliū denegat in hoc ſeculo, nec p̄mium ſubtrahet in futuro. Qui tibi demōſtrauit rectam uiam, ipſe tibi eſt ductor ad patriam. Spera ergo in domīo, & fac bonitatem, nec te putes poſſe deficere, ſi te ille dignatus fuerit cuſtodire. Scriptum eſt em̄. Quis ſperauit in dn̄o & confuſus eſt? Aut qs ꝑmanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Aut qs inuocauit, & deſpexit illū? Ne igit̄ amittas cōfidentiā tuā, q̄ magnā hēt remuneratiōnē. Eſto ſtabilis & īmobilis, ſciens, ꝙ labor tuus nō erit inanis ī dn̄o. Potiora ſemꝑ appete, & animū tuū ad incremēta uirtutis extēde. Nūq̄ ceſſes a diuinis eloquiis, & totam delectationem cordis tui ſcripturis ſanctis indulge. Non tenearis nexibus humanæ delectationis, & de diabolo proſpere triumphabis. Et ut ſanctæ ſcripturæ teſtimonio atqꜫ ammonitione præſens tibi terminet̄ epiſtola, cūctis q̄ ſuperius dicta ſunt hoc quoqꜫ ſubnectam. In māſuetudine oꝑa tua ꝑfice, & ſuꝑ oīm gloria diligeris. Quanto magis magna es, hūilia te in oībus, & corā deo inuenies gratiam. Dominus te in uia uirtutis ſuæ dirigat, & ad regni cæleſtis promiſſa perducat, Domina inluſtris filia.

Luceat lux vr̄a corā hoībus, ut uideāt &c.

Gal. i. D.

Bonum op⁹ non uirtuti ꝓpriæ, ſed gratię dei attribuendum.

Nec diffidendū de dei auxilio.

Delectādū in ſcripturis ſanctis.

B. FVLGENTII EPISTOLA TERTIA, AD PROBAM, DE VIRGINITATE SIMVL ATQVE HVMILITATE.

Cõgratulatio de ſpiritali uite iſtituto

SPIRITALI deſyderio atq; inſtituto tuo, Sancta famula dei Proba, quantũ congratuler atq; congaudeã, uellem cõpetenter uerbis exprimere, ſi pari modo cogitationem loquutio poſſet æquare. Neq; enĩ parui propoſiti debet indicium æſtimari, q̃d cum te conſtet (illo in te operãte, a q̃ eſt omne datũ optimum, & om̃e donũ pfectum) ſpiritalibus uirtutibus p̃ditum, arbitraris te tanq; expertem de uirtutibus ammonendam. Hoc itaq; ſtudiũ, q̃ me ſancto fratre noſtro Tuto ſcilicet, dei ſeruo ſcriptis frequentibus inſiſtente, uehementer inſtigas, ut tibi exhibeam ſermõem de Virginitate atq; humilitate aliquid continentem: in deo, in quo laudanda eſt aĩa tua, multum laudo. ſed quãtum laudare debeo, laudare non ualeo. Et quantum me huic deſyderio digne laudando imparẽ cerno, tanto magis in te deum, ſeu dura negatione, ſiue diuturna dilatione, offendere timeo. Quippe Chriſtus offendiť, ſi q̃n debita ſeruitus membris ipſius denegatur. Cum non ob aliud ipſe uoluerit male quondam liberos a peccati ſeruitio liberare, niſi ut nos doceret nos inuicem libera charitate ſeruire. Quos enĩ compreſſos inuenit iugo ſeruilis ac peſſimæ libertatis, ſubleuauit dono liberalis atq; optimæ ſeruitutis. Illius deniq; noxiæ libertatis, in qua magis libet peccato ſeruire q̃ deo, Apoſtolico nobis intimatã tenemus ſermone lęticiam. Dicit nanq;. Cum enĩ ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſticiæ. Et adiiciens ait. Quem ergo fructum habuiſtis tunc, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorũ mors eſt. Illã q̃q; ſeruitutẽ, quã liberati accepim9, ut liberatori deo liberaliter ſeruiremus, in ſubſequentibus eiuſdẽ doctrinæ ſermonibus inuenimus, cum dicit. Nunc aũt liberati a peccato, ſerui aũt facti deo habetis fructum ueſtrum in ſanctificatione, finẽ uero uitam æternam. Ecce q̃ ducit ac perducit hæc ſancta ſeruitus? in qua ueræ libertatis eſt mun9. Ad uitã ſcilicet æternã, in qua ſemp uiuiť, ſempq; regnať. In qua nemo tamen hoĩm uiuet, niſi qui mortificať huic mundo. In qua nemo regnabit, niſi qui humilis pſeueret in deo. Illa nanq; uita huic mortificationi promittiť, & illa celſitudo huic humilitati ſeruať. Ipſi humilitati, quã ſcilicet efficaciter ſectaris, & in qua ſanctã uirginitatẽ, deo cuſtodiente, cuſtodis, me q̃q; deuote libenterq; ſeruire compellis. Et ego quidẽ, Sancta Filia, in quantũ me charitatis dei, q̃ diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritũ ſanctũ q̃ datus eſt nobis, tam delectabiliter q̃ liberaliter ſeruire Chriſti membris inſtigat. Volo, q̃d iniunxiſti, competenter implere, ſciens illum uere Chriſto ſeruire, qui per illam charitatem Chriſti mẽbris ſeruit, per quam ut eiuſdem Chriſti membrũ fieret, prior pro eo Chriſt9 ipſe ſer

Marginal notes: Seruitutis bona Chriſto. — Noxia libertas peccato — Seruire inuicẽ debẽt membra Chriſti p charitatem

ipſe ſeruiuit. Propter quod Apoſtolus,ut ad libertatem perueniamus æternã, ſeruitutem liberam inuicẽ Chriſti membris imperat exhibendã,dicens. Vos Gal.v.B. eñ in libertatẽ uocati eſtis fratres tñ,ne libertatem in occaſionem carnis de- tis,ſed per charitatem ſeruite inuicẽ. Quanto magis igiť reddere,q̃d exigis,hu ius ſeruitutis pcepta compellor,tanto magis uirium mearum conſyderatione deterreor. Eſt eñ talis utriuſq; uirtutis copula,de qua mihi eſt aliquid,in Copula quantũ Deus donauerit,diſputandũ,ut in pſenti uita ipſa ſit oĩm perfectio cul uirgĩtatis menq; uirtutum.Quia nec in corpore eſt aliquid integritate melius,nec in aĩa cũ hũilita eſt aliqd fideli humilitate ſublimius. Eſt mihi tñ confidentia diuinæ opitulatio te maxĩa nis,in eo q adiuuor orõnibus ueſtris.Ob hoc eñ Deus ſancti deſyderii feruo uirtus rem filiis filiabuſq; ſuis inſpirat,ut cum a conſeruis ſuis ſpiritale debitum flagi tant,ipſi q̃q; pro eis orare dñm non quieſcant. Atq; ita mutuæ charitatis of ficio ſic debitũ,q̃d ſibi debeť,exigant,ut debitoribus q̃d exigunt reddant. Ne Debitũ mo eſt eñ fideliũ,qui ſic ſibi charitatẽ flagitet reddi,ut ipſe non illã ſuo debeat mutuæ reddere debitori. Quę licet in diuerſis donationibus ſecundũ gratiã q̃ data eſt charitatis nobis,differẽtibus,diuerſo reddi uideať effectu.In adiutorio tñ mutuæ orõnis & orõnis omnes facit unius debiti participes,in qua facit ſingulos omnibus debitores.

Vide,qualiter ille,qui ſe debitorem ſapientibus & inſipientibus profiteť,debi tum orõnis & cunctis reddat & ab oĩbus exigat.Romanis ait,reddens hoc de bitum.Teſtis eñ mihi eſt Deus,cui ſeruio in ſpiritu meo,in Euangelio filii ei⁹, Ro.i.B. q̃d ſine intermiſſione memoriã ueſtri facio ſemp in orõnibus meis. Sed huius debiti,cuius eſt deuotus redditor,uide q̃ ſit auarus exactor. Iiſdem denuo ait. Obſecro igitur uos fratres per dñm noſtrum Hieſum Chriſtum,& per chari tatem ſpiritus,ut adiuuetis me in orõnibus pro me ad dñm. In hoc debito Sufficien q̃d exigitis a nobis & redditis nobis,adiuuari me non dubito. ut Deus,q ope tia noſtra ratur in ſuis & uelle & perficere,pro bona uoluntate,ipſe donet q̃d digne co- ex deo ẽ. gitem,digne dicam. In bonis enim cogitationibus non ſumus idonei cogitare aliquid a nobis,quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Et ob hoc nõ deficimus indigentia,quia gratuito munere ab illo ſufficiẽtia noſtra eſt,in quo indigentia ulla non eſt. Qui ſicut bonorum noſtrorum non eget,ſic ſemp abũ dat ut donet. Nec donando fit indignus,quia hoc donat quo ſemper eſt ple- nus.Nec eſt quod illi a nobis afferatur cogitationis,ſermonis aut operis placi tum munus,quod ipſe non fuerit gratuita benignitate largitus. Idcirco aũt A Deo gratuita ſemper eſt Dei ſancta largitio,quia humanorum meritorum nulla un uelle & p quam præcedit exactio.Quia etſi quod eſt bonum cuiuslibet hominis meri- ficere. tum,ab ipſo eſt utiq;,a quo eſt omne datum optimum,& omne donum per fectum. Quod nec habere poteſt homo,niſi ab ipſo fuerit datum. nec perſe uerãter habere,niſi fuerit ipſo cuſtode ſeruatum.Ab ipſo igitur poſco reddi huius debiti facultatẽ,a q̃ reddendi uoluntatẽ accepi. Neq;.n. uel reddere ali Mode quatenus uellẽ,niſi miſericors ipſe donaret ut uellẽ. Si q̃d itaq; in hoc ope di- ſtia aucto xero q̃d placeat & ſufficiat,uł ſi nõ ſufficiat,ſaltẽ placeat ſancto deſyderio tuo ris. nõ eſt meę indigẽtiæ,ſed diuinę ſufficiẽtię.Si q̃d uero forſitã ita dixero,ut nec

ſufficere tuo ſancto poſſit deſyderio, nec placere. non eſt ſufficientiæ diuinæ,
ſed indigentiæ meę. Proinde Chriſtiana charitas utrobiq; operis ſui partes ex
hibeat, ut et ſufficientiã dei humiliter agnoſcat, & indigentiæ ſeruili patiẽter ig

Virginis filiꝰ uirginitatis author & ſponſus

noſcat. Virginem ſacrã te ſibi munere gratuito fecit, qui oĩa q̃cunq; uoluit fe
cit, a q̃ ideo gratia nullis p̃cedentibus meritis datur, ut illi ſemp gratiarum actio
pura cordis humilitate reddat̃. Hic eſt aũt unigenitus dei filius, unigenitus etiã
uirginis filius. Vnus omniũ ſacrarum uirginum ſpõſus, ſanctæ uirginitatis fru
ctus, decus & munus, quem corporaliter ſancta uirginitas peperit, cui ſpiritali
ter ſancta uirginitas nubit, a q̃ ſancta uirginitas fœcũdat̃, ut perſeueret intacta
a quo decorat̃, ut permaneat pulchra. a q̃ coronat̃, ut regnet perenniter gl'ioſa.

Quapropter bonum depoſitũ cuſtodi, & meritum tanti boni, q̃d ut haberes
deus dedit, & ut deo uoueres, ipſe fecit. Ex noĩs ip̃ius ſignificatione perpende,
Tum magnum q̃ppe deus uoluit eſſe bonũ uirginitatis, ut illud non aliunde,
ſed ex uocabulo dignaret̃ noĩare uirtutis. Virginis itaq; ſi quis uelit diligenter
conſyderare uocabulum, ex uirtutis inueniet noĩe deriuatum. Virgo eñ di-

Virgo, quaſi uirago

citur, quaſi uirago. Viraginem uero ſcriptura ſancta non ob aliud uocatam di
cit, niſi quia de uiro ſumpta eſt. Hoc aũt a S. Hieronymo ſecundũ hebraicam
p̃prietatem libri Geneſeos docet expreſſa translatio, in qua ſic habet̃. Immiſit
ergo dñs deus ſoporem in Adam, cumq; obdormiſſet, tulit unã de coſtis eius,
& repleuit carnem pro ea, & ædificauit dñs deus coſtam quã tulerat (de Adã
in mulierẽ, & adduxit eam ad Adam. dixitq; Adam. Hoc nunc os ex oſſibus
meis, & caro de carne mea. Hæc uocabit̃ uirago, quoniam de uiro ſumpta eſt.

Virago a uiro, uir a uirtute dicitur

Itaq; cũ uirginis nomẽ ex noĩe uiri deſcenderit, q̃s dubitet q̃ uir a uirtute uo
catus ſit? Et q̃a ſicut Paulus docet illa oĩa in figura facta ſunt noſtri, p̃fecto in
illa uirgine q̃ ex uiri fiebat coſta, futura iã tũc p̃figurabat̃ eccleſia, q̃ uere de ui
ro ſumpta, & de q̃ ſumpta illi cõiuncta. Inde habet in ueritate uirtutẽ, unde hẽt
uerũ uiraginis nomẽ. Propter q̃d hãc uiraginẽ, id eſt uirginẽ q̃ de uiro ſumpta

Eccleſia & uirgo & uir ab apoſtolo dicitur

eſt, nõ ſolũ uirginis, ſed etiã uiri noĩe Paulꝰ nõ dubitat appellare, ait.n. fidelibꝰ.
Deſpõdi eñ uos uni uiro uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Chriſtꝰ eſt q̃ppe uir
de q̃ hęc uirgo ſumpta eſt. Ipſis denuo fidelibꝰ Ap̃lus dicit. Donec occurramꝰ
oẽs in unitatẽ fidei & agnitiõis filii dei, in uirũ p̃fectũ, in mẽſurã ætatis plenitu
dinis chriſti. Per ſanctũ q̃q; dauid tã uiris q̃ mulieribꝰ in cõe ſpiritalis huiuſce
modi p̃mulgat̃ hortatio. Viriliter agite, & cõfortet̃ cor ueſtrũ, oẽs q̃ ſperatis
in dño. Typice itaq; a uiro dicit̃ uirginis uocabulũ, q̃a nomẽ a Chriſto ducit̃

A chriſto Chriſtiana eccleſia, ſicut a uiro uirgo dicit̃

chriſtianũ. Chriſtꝰ eñ dei uirtus eſt & dei ſapiẽtia, ex q̃ eſt eccleſia, q̃ uirgo in
fide & charitate p̃ſiſtẽs, & ſapietiã poſſidet & uirtutẽ. Ideo nec ſeductiõe deci-
pit̃, nec uiolẽtia uincit̃, q̃a internę uirginitatis integritate fulcit̃. Huic uirgini Eſa
ias dicit. Q̃m cõplacuit dño in te, & terra tua inhabitabit̃. Habitabit eñ iuuenis
cũ uirgine, & habitabunt in te filii tui. Et ut oſtẽderet nõ aliũ eſſe iuuenẽ q̃ ſpõ
ſum, nec aliam eſſe uirginem q̃ ſponſam, ſponſum autem & ſponſam Chriſtũ
& eccleſiam, ſequutus adiunxit. Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam. Et gau
debit ſuper te deus tuus. Hæc uirgo mater eſt, cui dicitur. Habitabunt in te
filii tui.

filii tui. Et hæc mater uirgo eſt, de qua dicit̃. Habitauit em̃ iuuenis cũ uirgine.
Hęc uirgo ſpõſa eſt, de qua dicit̃. Et gaudebit ſuꝑ ſpõſam ſuã. Hæc igit̃ eccleſia
una & uera catholica ſpõſa eſt, quia ĩhęret Chriſto. Mater eſt, quia fœcũdat̃ a
Chriſto. Virgo eſt, quia ĩcorrupta ꝑſeuerat in Chriſto. Huius ſpõſę nec fœcun
ditate uirgitas corrũpit̃, nec uirgitate fœcũditas ĩpedit̃. Tale nãqꝫ iſtius eſt uiri
uirginiſqꝫ cõnubium, ut idcirco ab hoc uiro fœcũdet̃ hęc uirgo, quia in hoc
cõnubio nulla unq̃ põt eſſe corruptio. Et tanta in hac matre uirginitatis ꝑſeue
rat integritas, ut niſi uirgo ſemꝑ eſſet, mater eſſe nõ poſſet. Iſtius matris ac uir
ginis nomẽ nouũ ita ꝓnũciat Eſaias. Et uocabit̃ tibi nomẽ nouũ, q̊d os dñi noĩa
uit. Ergo quia Chriſtus uirtus eſt, ſicut eccleſia uocabulũ uirgĩs a uirtute ſũpſit,
ſic a Chriſto chriſtianũ nomẽ accepit. Quæ cũ in diuerſis mẽbris ſuis habeat
donatiões ſecundũ gratia q̃ data eſt ei differẽtes. Maiorẽ tñ gratiã donationis
in illis mẽbris accepit, in quibus ita ſpiritaliter uirgo dicit̃, ut etiã corporeæ uir
ginitatis integritate potiat̃. Nã in cęteris fidelibus mẽbris, q̃ in deũ ſecundũ fi-
dei catholicę regulã recte credũt, & pudicitiã cõiugalẽ uidualẽ ue cuſtodiũt. q̃
ſcilicet nec actualis ſunt fornicatiõis cõluuione reſperſa, & ab oĩ ſtupro manẽt
infidelitatis ĩmunia, ſpiritali tm̃ uirginitate potit̃ eccleſia. In his uero mẽbris in
quib⁹ ſic fidẽ cuſtodit rectã, ut etiã carnẽ ab oĩ cõcubitu reſeruet intactam, q̃to
pleniorẽ habet uirgitatẽ, tãto plenius & ꝑfectius eiuſdẽ uirgitatis poſſidet no
mẽ. In illa quippe nihil min⁹ hẽt ad uitã. In hac aũt amplius aliquid acquirit ad
gloriã. Quia ſicut Paulus ait. Alia eſt gloria ſolis, & alia gloria lunæ, & alia glo
ria ſtellarũ, ſtella em̃ a ſtella differt in gloria. Sic & reſurrectio mortuorũ. De
nicqꝫ ſub ſpadonũ noĩe, q̃s etiã in euãgelio ꝓpter regnũ cęlorũ ſe ipſos caſtraſ
ſe Saluator affirmat, meliorẽ locũ in domo ſua, & in muro ſuo Dñs ꝑ Eſaiam
uirgibus repromittit. Sic em̃ ſcriptũ eſt. Hęc dicit dñs ſpadonibus. Quicũqꝫ cu
ſtodierint p̃cepta mea, & elegerint q̃ ego uolo, & amplectũt̃ teſtamẽtũ meũ,
dabo illis ĩ domo mea & in muro meo locũ noĩatum meliorẽ filiorũ & filiarũ,
nomẽ electũ dabo illis, & nõ deficiet. In apocalypſi q̊qꝫ S. Ioãnis, illi ſunt qui ſe
quunt̃ agnũ q̊cũqꝫ ierit, qui uirgĩes ꝑmanſerũt. Claret itaqꝫ inter cæteras ec-
cleſię donatiões, illius p̃cipuũ munus ſpiritalis eſſe chariſmatis, ubi uirt⁹ ipſa in
tegritatis ꝑfecto meret̃ uocabulo cẽſeri uirtutis. Q̃uis em̃ ſit ꝓphetia ſecũdũ
rõnem fidei, ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo, ſiue qui docet ĩ doctrĩa, qui exhor
tat̃ in exhortãdo, qui tribuit in ſimplicitate, qui p̃eſt in ſolicitudĩe. Hęc dona di
uerſa ꝓpriis inueniunt̃ appellari noĩb⁹. Integritas aũt carnis deo fideliter cõſe
crata, & in cordis uirgitate, deo iuuãte & ꝓtegẽte, ſeruata. Idcirco ꝓprie uirgi
nitas dicit̃, ut ibi ꝑfectio ueræ uirtutis ineſſe monſtret̃. Melior eſt igit̃ cæteris
actualibus donis intemerata ſanctitas uirginalis, quę diuini gratia muneris uir
tute uidetur originem uocabuli trahere, ut ex ipſo nomine ſemper ſe ammo
neri cognoſcat, ea q̃ uirtutis ſunt debere ſeruare. Vnde non ĩmerito doctor
gentiũ ac uas electionis cœlibẽ coniugalẽqꝫ uitam tali definitione diſcernit, ut
iſtam ſolicitã, q̃ Dei ſunt, in ſanctificationẽ corꝑis & ſpiritus deo placere. Illã
uero mundanis cogitationibus deditam, placẽdi uiro ſtudiũ geſtare cõfirmet.

Eccleſia ſancta di- cit̃ mater, uirgo & ſponſa

Maior gratia do nationis in uirgini bus q̃ in aliis

De Spadõib⁹ melior lo cus in mu ro ꝓmit- titur.

Melior uirgitas mentis & corꝑis q̃ alia dona

Qui ſine uxore eſt, inquiens, ſolicitus eſt, q̃ dei ſunt, quõ placeat deo. Qui aũt
i.cor.7.F. cum uxore eſt, ſolicitus eſt, q̃ ſunt mundi, quõ placeat uxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & uirgo cogitat, q̃ ſunt dñi, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. q̃ autem nupta eſt, cogitat quę ſunt mũdi, quõ placeat uiro. Veruntamẽ hoc Apoſtolus dicens, non ſic aſcripſit uirginibus ſanctitatem corpis & ſpiritus, ut
Coniugatis q̃q; aſcribit ſãctitas, ſed maior uirginibus. illam uel coniugatis demeret, uel uiduis abnegaret, p̃cipue, qui ſuperiori loco eiuſdem epiſtolæ fidelium corpora membra Chriſti & templum appellet Spiritus ſancti. Dicit eñ. Neſcitis quia corpora ueſtra membra Chriſti ſunt? Et paulo poſt. An neſcitis, quia membra ueſtra templum eſt Spiritus ſancti, qui in uobis eſt, quem habetis a deo, & non eſtis ueſtri? Empti eñ eſtis p̃cio magno. Glorificate & portate deum in corpe ueſtro. Et ut ſe coniugatis q̃q; ſcribere demonſtraret, continuo ſubiunxit. De quibus aũt ſcripſiſtis. Bonũ eſt homĩ mulierẽ non tangere. propter fornicationes aũt unuſquiſq; ſuam uxorẽ hẽat, & unaquæq; ſuum uirũ habeat. In epiſtola q̃q; ad Epheſios, coniugatis utiq; loquebaĩ, quibus dicebat. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit
Ephe.v.E eccleſiã. Et paulo poſt. Qui ſuã uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo eñ unq̃ carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eã, ſicut & Chriſtus eccleſiã, qa mẽbra ſumus corpis de carne eius, & de oſſibus eius. Petrus q̃q; Ap̃lus coniugatas fideles ſanctas non ambigit appellare, dicens. Sic eñ aliq̃n mulieres ſanctę
i.Pe.3.A ſperantes in deo ornabant ſe, ſubiectæ uiris ſuis, ſicut Sara obſequebaĩ Abrahæ, dñm eum uocans. Non ergo Ap̃lus Paulus a ſanctificatione corpis & ſpiritus fideles cõiugatas ſeparat. ſed hoc eas cogitare dicit, ubi earũ cogitationẽ amplius teneri cognoſcit. Quis enim neſciat ſanctam uirginum cogitationem magis ad ſpiritalia recurrere, & ſanctarum coniugatarũ cogitationem magis coniugali neceſſitati ſeruire? Scimus ergo nuptias nõ eſſe peccatum, ſed dei
Nuptiæ non ſunt peccatũ ſed donũ dei opus & dei donum, quas ipſe Dñs connexuit fidei uinculo, gratificauit benedictionis dono, multiplicauit propagationis augmento. Nouimus honorabile connubiũ in oĩbus, & thorum immaculatũ. Nouimus a deo non coniugia, ſed fornicationes & adulteria iudicanda. Fornicatores eñ & adulteros iudicabit deus. Fatemur eñ a deo eſſe nuptiarũ fidẽ, coniugũ charitatẽ, naturę fœcunditatẽ. Sed quia unuſq̃ſq; ꝓpriã habet donũ a deo, alius quidẽ ſic, alius autẽ ſic.

Nos q̃q; ſic utriuſq; doni gradũ diſcernimus, ut utrũq; donũ a deo tribui fidelibus nõ negemus. Nõ igiĩ inferius donũ dei deuocamus in culpã, cũ potioris doni p̃ferimus gratiã. Nec cũ primũ pudicitię donũ ꝑponimus, ſecundũ tertiũue dãnam⁹. Nec in eo q̄ ĩtegritatis uirgĩalis agnoſcim⁹ culmẽ, pudicitię coniugalis aſſerim⁹ crimẽ. Neq; ſic uirgĩtatẽ frumẽtis adſcribim⁹, ut cõiugiũ ĩter
M̃tiplex inter uirgitatẽ & cõnubiũ cõpatio zizaniã deputemus. Nõ eſt coniugium nocturni ſeminis fructus, quia hoc in agro dñico non ſator ĩuidus ſupſeminauit, ſed dñs bonus inſtituit. Veruntñ utriuſq; rei cõgrua diſcretiõe momẽta pẽſantes, tm̃ dicimus a ſanctis nuptiis, ubi nubunt qui ſe continere non poſſunt, ſanctam uirginitatẽ merito potiore diſtare, q̃tũ diſtãt a bonis meliora, ab humilibus celſa, a terrenis cæleſtia, a beatis beatiora, a ſanctis ſanctiora, a mundis mundiora, a mortali connubio

immortale

immortale connubium,a carne ſpiritus,ab infirmitate uirtus,a fœtu tráſitiçiæ prolis permanſuri germinis fructus,a tribulatione ſecuritas,a pturbatione trã quillitas,a bono q̃d eſt cum anguſtia momentaneũ,melius,q̃d ẽ cũ lętitia ſem piternum. Nec dubitamus dicere, tantũ a ſancta uirginitate carnis & ſpirit9, fidelium coniugatorũ (licet a Deo conceſſum) infirmæ mortaliſq; carnis hu ius diſtare concubitum,quantũ ſimilitudo pecorum ab imitatione diſcernitur angelorum.In uno quippe ad terram ſpiritus,terrena carnis uoluptate depri mitur.In altero aũt terrena caro,cæleſti delectatione ſpiritus,ad cæleſtia ſub leuat.Ad placendum quippe carnali coniugio ſępe mundana mentem cura ſo licitat.Ad placendum uero ſpiritali connubio,mens dulcedini cæleſtis cogitati onis intenta,corpus ſuum ſpiritali pingueſceus delectatione caſtigat. In ope corporalium nuptiarum uirginitas carnis amittit̃,ut ad carnis fœcunditatẽ ue niatur.vbi tamen nonnunq; ſic incertæ ſpei fructu fraudat̃ humana delecta tio,ut quæ uirgo eſſe deſtitit,mater eſſe non poſſit,& ſterilitatis obſtaculo co ercita,nec in corpore queat reparare q̃d perdidit,nec ex corpore ualeat habe re q̃d cupit.Plærunq; (quod eſt grauius) grauiore dolore fœtus carnis pdit, q̃s graui dolore ſuſcepit.Et ad hoc pariens pericula gemituſq; tolerat,ut amit tens q̃s cum gemitu pepererat,deterius gemat.In copula uero matrimonii ſpi ritalis cum ſponſo Chriſto,ſic coniugat̃ anima,ut etiam caro ſeruetur intacta, Quanto magis uirginalis integritas uiget,tanto magis immortalis fœcunditas pollet.Sic em̃ ibi non eſt mortalis fructus ex corpore,ut immortalis fœtus nõ deſit ex corde.Ibi maritalis acceſſus nõ uitiat corpus,quia Chriſti ſpiritalis am plexus,& animam ſeruat & corpus.In tali connubio nullus effectus æſtuanti cupiditati conceditũ,quia ſanctæ charitatis feruore refrigerio ſpiritali nutritur. O angelicæ imitationis non humana in homibus uirtus.O ineffabile ſuperni ſempiterniq; muneris decus.Quod qui accipiunt,hoc meditant̃ in carne mor tali,quod ſunt immortalitate ſumpturi.Eligunt em̃ bonam partem,q̃ non aufe retur ab eis,ſed perficiet̃ in eis.Quod em̃ ab eis nunc inuiolatum ſeruat̃ in ope re,hoc eis gloria immortalitatis cumulatũ reddet̃ in munere.Quocirca,q̃ non eſt ſeculi uirgo ſed Chriſti,ſicut non debet monilibus,ita debet uirtutibus ad ornari. Ornatus aũt uirginis eſt,uirginitatis bonum non minus mente q̃ car ne ſeruare. Vt ſcilicet ſemetipſam tanto muneri condignam ſemper exhibeat, & ſic ueritatis teneat uiam,ut nõ diuertat ad dextram uel ſiniſtrã.Siniſtrã qppe obſidet carnalium turba uitiorũ.Dextrã tenet ſpiritaliũ iactatio ſupba uirtutũ. Illa carnem publicis delectamentis oblectare cõtemnit. hæc menti laudẽ pro priæ uirtutis imurmurare non deſinit. Illa nanq; blandiens uirgini pſuadere conat̃,ut tantũ carnis integritate ſeruata,quicqd pertinet ad delitias ciborũ,ni torẽ ueſtiũ,fomenta balnearũ,ſomnorũ lenitatẽ,iocorum hilaritatem. ſub ſpe cie uitandæ infirmitatis & cuſtodiendæ corporeæ ſoſpitatis diligat, appetat, teneat. Et quaſi molliori cliuo deuexum latioris uiæ monſtrat gradienti de ſcenſum, Quia non conſcendat ad cælum, ſed deuoluatur in Tartarum, inſinuat uitandum itineris anguſti laborem, ne perueniatur ad requiem,

Virgitas lõge ſupi or connu bio carna li.

Infortũia coniugii circa plẽ corpalem

Bona uir gitatis cir ca plem ſpiritalẽ

Virgitas aũt ſic am bulet,ne declinet ad dextrã nec ad ſi niſtram

Via dex Eſt alia, quanto occultius tanto periculoſius parat uirgini p̃cipitium, dũ cal
tra, ſupba lide conlaudat aſcenſum. Etenim ſi teneaſ in cibis abſtinentia, ueſtis non ſit ni
iactatio tida ſed deſpecta, buxeũ pallorem, rubore ſublato, corpori ieiunia generent,
uirtutum candorem carnis lauandi cõtemptus obfuſcet, laſſo corpori ſomnus ſtratis du
rioribus deſ, cutis lenitas deſpectis aſpereſ vnguentis, cõtractior uultus riſui
ſemper obſiſtat & ioco. Hæc oĩa non diuino adiutorio deputat, ſed uirib9 hu
manæ poſſibilitatis aſſignat. Proinde ad exteriorẽ uirginitatem interiorẽq;
Delicias ſeruandam, ſolicita debet uirgo ſemper exultare cautela, delicias carnis & ob
carnis uir lectamenta corporis (quæ ſibi non tam neceſſitas exigit q̃ uoluptas) oĩno ſa
go chriſti cra uirgo refugiat. Spiritalis eñ uirginum ſponſus non quærit in uirgine car
fugere nem deliciis accuratam, ſed ieiuniis caſtigatam. Hoc Doctor gentium cum ſe
debet. facere dicit, nobis q̃q; inſinuat faciendum. Caſtigo, inquiens, corpus meũ, &
ſeruituti ſubiicio. Et rurſus. In uigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis. De
i.cor.9.D uidua uero dicit. Quæ aũt in deliciis eſt, uiuens mortua eſt. Non quærat ergo
2.cor.xi.F Chriſti virgo carnis delicias, quas nec uiduæ uidet eſſe conceſſas. In ſaturitate
i.Timot. cibi uiuens Sodoma, cibus ignis effici meruit. Et Niniuiticus populus diuinũ
5.A. furorem, cũctorũ iam ceruicibus iam imminentẽ, ieiunio lachrymiſq; ſubmo
Gen̄.19.B uit. Igiſ ſi uiſibilis cupiditas uindicatur in corpore, inimica ĩuiſibilis poteſtas nõ
Ionæ 3.B dñatur in corde. Illam fœliciter uincim9, ſi fortiter cum iſta certemus. Et de illa
triumphus acquiritur cum iſta calcatur. Porro ieiuniis ſic eſt adhibenda tem
peries, ut corpus noſtrũ nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet.
Talis igiſ tantaq; uirginis ieiunium refectio ſubſequaſ, ut nec ſuauitate corpus
Tẽperies inliciat, nec ſaturitate ſuccendat. Suauitate quippe minuiſ eleemoſyna paupe
ieiuniorũ rum, ſaturitate corpus efficiſ bellicoſum. Illic fratribus debitum inuadiſ, hic ho
ſti auxilium ſubrogaſ. Volentibus eñ nobis concupiſcentiã gulæ diuerſis ob
lectare pigmentis, q̃d egenus accipere debuit, uoluptas inſumit. Proinde ieiu
nium nec debilitas p̃ripiat, nec ſaturitas extollat. Vtraq; eñ noſtris aduerſariis
militat, quia una utilitatem ieiunii p̃cedentis adimit, altera facultati ieiunii ſub
ſequentis obſiſtit. Saturitas facit, ut inaniter ieiunemus. Debilitas facit, ne ieiu
Virginũ nare poſſimus. Veſtis q̃q; talis ſit ſacræ uirginis, quæ teſtis exiſtat intimæ ca
ueſtes ſtitatis. Nihil nitoris in habitu exterioris hoĩs quæraſ, ne interioris hoĩs habi
quales tus ſordideſ. Virgo, quæ ornatum corporeæ ueſtis affectat, animam ſuam uir
tutum ſplendore deſpoliat. Nec habet caſtitatem ueram, quæ intuentibus pa
rat inlecebram. Nec fidem ſeruat Chriſto, quæ populo quærit magis placere
q̃ ſponſo. Conſequenter aũt neceſſe eſt, ut quæ humano conſpectui concupi
ſcentiam ſeminat, in diuino conſpectu iracundiam metat. Qui eñ ſeminat in
Gala.6.B. carne ſua, de carne metet corruptionem. Qui vero ſemĩat de ſpiritu, de ſpiritu
metet uitam æternam. Verum de his atq; horum ſimilibus, quæ ad curã per
tinẽt carnis, & animam faciunt ſub uirginitatis noĩe in concupiſcentiis dormi
tare, illæ potius admonendæ ſunt uirgines, quæ delitioſæ, quæ uagæ, quæ io
cis deditæ. Nobis aũt nunc ad ſpiritalem uirginem loquentibus, de illis eſt la
queis euitandis aliquid memorandũ, q̃s (ut ita dicam) non in terrenis rebus;
ſed in ipſis

ſed in ipſis cæleſtibus aduerſarius tendit. Nec a uia manifeſto ſeducit errore, ſed (ſicut ait propheta) in uia hac, qua ambulabam, abſcõderunt laqueos mihi, Pſal. 141. Vbi bene ambulantes perſpicit in operibus bonis, ibi uehementius & periculoſius ſub colore ſimulatæ pacis occultis repugnat inſidiis, & nõ valetis uirginitatem carnis in carne perdere, virginitatem ſpũs conatur auferre. Propter quod non eſt Chriſti virginibus negligentius intuendum, quantũ cordis virginitas carnis virginitati p̃ponderet. Hæc em̃ ſi a fidelibus cõiugatis ac viduis in fide (quæ ꝑ dilectionem operat̃) etiã ſine virginitate corporea in hac uita fuerit cuſtodita, in futuro nec carnis virginitate priuabit̃, & regni cæleſtis beatitudinẽ perfruet̃. Corporalis uero uirginitas, etiã deo dicata, ſi virginitatẽ nõ ſeruauerit cordis, nihil proderit in corpe cuſtodita, ſi ſpiritalis caſtitas fuerit in mente corrupta. Vtrãq; Diabolus ꝑſequitur, vtranq; callidis cõſiliis inſectat̃. Sed Diabolus utranq; oppugnat uirginitatẽ, carnis ꝑ hoĩes, mẽtis, ꝑ ſeipſum. virginitatẽ carnis ꝑ hoĩem nititur p̃ripere. Cordis uero virginitatẽ ꝑ ſeipm̃ conatur auferre. Nam plærunq; ad hoc carnis virginitatem (quæ inferior eſt) non impugnat, ut illius q̃ potior eſt, fundamẽta ſuffodiat, & tanq̃ diuerſis machinis ſic innumeris utit̃ argumẽtis, & cũ certamini manifeſto cedit, ad hoc ſe victum demonſtrat, ut vincat. Ad hoc fugam ſimulat, ut ꝑſequentem, miſſis poſt tergum ſagittis, occidat. Euidentibus quippe viciis ꝓuocat, dum uirginitatem cordis impugnat, in quibus ſi palã ſuperet̃, illico ſuperbiã ꝑniciofiſſime iaculatur, & viciorꝫ auctor in eo q̃d uincere nõ põt viciis ſuis, vincit uirtutibus alienis. Armis, quibus elidit̃, ſurgit, & virtute, qua deiicit̃, deiicit. Laudat, quã ſe perſpicit ſuperari uirtutẽ, ut uictus poſſit captiuare vincentẽ. Iniicit em̃ cordi iactantiam, ut grauiori lapſu de alto poſſit deiicere, ſi q̃s in humilibus uidet gradu firmiore pugnare. Nam (verbi gratia) cum gulæ delectamenta porrigit, ſi ſuſcipiat̃, fomitẽ libidinis ſubminiſtrat, ſi reſpuat̃, iactãtiam de abſtinentia ſeminat. Inſinuat dilectionẽ pecuniæ, ſi tenuerit aſſenſum, auaritiæ gladio aĩam confodit incautam. Si aũt fuerit repulſus, inſidias, quas ꝑ tenacitatem tendere nõ potuit, per liberalitatẽ nequiſſimus tendit. Et in ope miſericordię facit cordis ſuperbiã pullulare, ut eo q̃d egenti largit̃, magna ſibi habere merita videatur. In multis hęc facit, ut maxime ſic repugnare ſpiritales dei famulos & famulas aſſueuit, ut ſiquis rebus noxiis mortiferiſq; nõ vincitur, uitalibus remediis occidatur. Bonis opatur mala, ſalubribus noxia, iuſtis iniuſta, & cõmodis præſtat incõmoda. Hoc in ſeipſo primũ operatus eſt, qui non ex cõditione habuit originem criminis, ſed ex elatione uirtutis ueritatem per iniuſtitiam detinere uoluit, & per iniuſtitiam lapſus, in ueritate non ſtetit. Quõ enim ſtare potuit, cui pro ſuperbia reſtitit ille qui nunq̃ cadit? Initium enim oĩs peccati ſuperbia, propter q̃d Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Hæc aũt ſuperbia ideo initium oĩs peccati dicit̃, ut omne peccatum de ipſa tanq̃ de radice pullulare monſtret̃, quæ multiplici modo miſeris inferens mortem, publico certamine carnales deiicit, ſpiritales uero, ſiquos incautos inuenerit, occultiore cõflictu proſternit. Quis em̃ neſciat, fornicarios, idolis ſeruientes, adulteros, molles maſculorꝫ cõcubitores, fures, auaros, ebrios, maledicos, rapaces, ſu

Callidi hoſtis varia tentatio cõtra virgines.

Sup̃bia initiũ oĩs peccati

perbas aduerſus Deum ceruices erigere,& nequiſſimis operibus magis diabo
Hipocri- lo militare. Sunt alii, quos in conſpectu hoim ſuperbia tanq̃ ſuos demon-
tæ ſuper ſtrat hoſtes,& intrinſecus habet nequiſſimos milites. Ab his iniquitas callide
bi mente. geritur,humanis obtutibus iuſtitia fallaciter oſtendatur. Hoc Dñs noſter ſic in
crepat. Vos eſtis,qui iuſtificatis uos corã hoibus, Deus aũt nouit corda ueſtra
Quos ut ſuperbos euidẽter oſtenderet,ſequutus adiunxit,quia q̃d hoibus al
tum eſt,abhominatio eſt ante Dñm. Ad eos etiam,qui ſub Chriſtiana ꝓfeſſio
ne uiuunt,& Chriſti præcepta manifeſte peccando cõtemnunt, ſic ipſe Chri-
Lu.16.G. ſtus loquit. Quid aũt uocatis me Dñe Dñe,& nõ facitis quæ dico? Tales gen
tium quoq; Doctor,his uerbis obiurgat. Confitent ſe noſſe Deum, factis aũt
negant,cum ſint abominati & incredibiles.Et ad omne opus bonum reprobi.
Nam & Beatus Iacobus dicit. Quid proderit fratres mei,ſi fidem quis dicat ſe
habere,opera aũt non habeat? Nunquid poteſt fides ſaluare eum? Humilitas
Mat.ii.D ergo (quam docuit Chriſtus,dicẽs. Diſcite a me,quia mitis & humilis corde)
non in ſola cõſiſtit fide,ſed in fide ſimul & opere. Nam ſcriptum eſt, Quia &
Dæmones credunt & cõtremiſcunt,qui tñ Deo humiles nõ ſunt. Vnde etiam
Apl̃us Paulus aſſerit. Quia ſapientia carnis inimica eſt Deo,Legi eñ dei non
ſubiicitur.Nec eñ poteſt,quæ ſapientia ſecundum Iacobi ſententiam non eſt,
Duplex deſurſum deſcendens,ſed terrena,animalis,diabolica. Manifeſta igit ſuper
ſuperbia. bia deprehenditur,cum manifeſte peccatur. Attñ cum fuco iuſtitiæ iniquitas
tegitur,illa ſuperbiæ peſtilentia uenenoſius ſerpit,illa periculoſius inrepit,cum
ab his,qui iuſtitiæ ſtudium gerunt,uel alioꝝ uita tanq̃ indigna deſpicit, uel in
operibus bonis aliquid humanis uiribus aſſignat. Illa deniq; ſuperbia, qua cæ
teri ab his qui ſibi iuſti uident,uelut peccatores deſpiciunt, in phariſeo cõdem
Parabola natur Sicut etiam ſanctus Euangeliſta teſtat, dicẽs. Dixit aũt & ad quoſdam,
Chr̃i de qui in ſe confidebant tanq̃ iuſti,& aſpernabant cęteros,parabolam iſtam.Duo
phariſæo hoies aſcenderunt in templum,ut orarent,vnus phariſeus,& alter publicanus.
& publi Phariſeus ſtans,hæc apud ſe orabat.Deus gratias ago tibi,quia non ſum ſicut
cano. cæteri hoies,rapaces,iniuſti,adulteri, ſicut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in
ſabato,decimas do oĩm quæ poſſideo. Publicanus aũt a longe ſtans, nolebat
oculos ad cælum leuare,ſed percutiebat pectus ſuum,dicens. Deus propitius
eſto mihi peccatori.Dico uobis. Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab
illo. Quia oĩs qui ſe exaltat,humiliabit,& qui ſe humiliat,exaltabit. In cõſpectu
iudicis miſericordis & iuſti,non eſt accepta ſuperba iactatio bonoꝝ operꝝ,ſed
humilis cõfeſſio peccatoꝝ. Illi etiam,qui uirtutem bonæ uoluntatis aut bonæ
Ro.x.A operationis,ſuis nitunt ſuperbe uiribus aſſignare,ab Apl̃o taliter denotantur.
Quia ignorantes Dei iuſtitiam,& ſuam q̃rentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt
ſubiecti. In ſua igitur iniuſtitia profecto deficit,qui iuſtitiæ Dei ſuperba colla
non ſubiicit. In his itaq; quatuor ſuperbię generibus,quibus diabolus uelut
quadrigis uehitur,& ad gehennam miſeroꝝ, quibus inſidet mortifero curſu
raptatur. Duobus animas apprimit,quas in canne iacentes perſpicit, aliis duo
bus animas deiicit,quas de carne uolare cognoſcit. Iſtas captiuat delectatione

vitiorum. Illas circūuenit elatione uirtutum. Illarꝫ ſic uirginitatē præripit, ut ſe fornicari non dubitent, iſtas ſic cōſtuprat & maculat, ut ſe conculcari non æſtiment. Proinde, ut integra permaneat, Deo dicata uirginitas, ſicut cuſtodit integritas corporis, multo amplius cuſtodiēda eſt humilitas cordis. Si qua enī uere uirgo eſt Chriſti, non poteſt Chriſto, niſi cordis humilitate coniungi. Filii Dei thalamus elatas non recipit, & humilis ſponſus a cōnubio ſuo ſuperbas expellit. Sit igitur ſtudium tuum (ſicut decet uirginem ſacram) ſectari iuſtitiā, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Non tamen, ut cōſyderatione tui quaſlibet Chriſtianas, etiam in inferiori poſitas profeſſiōe, deſpicias, aut te in bonis operibus, præſumptione propriæ uirtutis, extollas. Quicquid enim ſpiritalium donorꝫ plus habueris, quam habent aliæ, non parua eſt iactura uirtutis, ſi in ipſa principali uirtute (quæ eſt humilitas) non alias antecellas. Cum non neſcias ſcriptum. Quanto magnus es, humilia te in oībus, & coram Deo inuenies gratiam. Attende igit̃ in te ſponſi tui amorem, cōſydera dn̄i pietatem. Pius eſt dn̄s, qui te ſibi fecit ancillam, ſpecioſus ſponſus, qui te caſtificauit ſponſam. Idem tamen, quia uerus eſt dn̄s & ſponſus eſt, uerus utriuſcꝫ poteſtatis partes exequitur. Exigit de ancilla humilem ſeruitutē, in ſpōſa quærit integram caſtitatem. Serui ergo dn̄o cum timore, & exulta ſpōſo cum tremore. Nam quia dn̄s eſt territat, & quia ſponſus eſt, zelat. Timēs igitur cuſtodi dn̄i terrenis imperium, & tremens dilige ſponſi zelantis affectum. In ancilla dn̄i nihil ſuum prædo reperiat, in ſponſa Chriſti nihil ſuum adulter agnoſcat. Sicut in corpore uirginis nō dominat̃ libido, ſic in corde uirginis nulla dominetur elatio. Cum timore & tremore tuam ſalutem operare. Deus eſt enim qui operatur in te & uelle & cōficere, pro bona uoluntate, quotiens cogitas de perfectione uirtutum, noli conſyderare, quid aliæ minus habeant q̄ꝫ tu habes, ſed quid tu minus habeas, q̄ꝫ habere iam debes. Nec ideo te putes uirtutibus perfectam, ſi q̄lbet aliam uideas criminibus deditam. Nec propterea tibi aliquid uelocitatis aſſignes, ſi quaſlibet, aut retro redeuntes, aut ſegniter uideas ambulantes. Necꝫ enim idcirco ſanos oculos habere pronūciandus eſt lippus, quia uidet̃ cæcus, a lumine penitus alienus. Nec ideo ſanus dicendus eſt, q graui iacet vulnere ſemiuiuus, ſi alius grauiore vulnere reperiat̃ occiſus. Nec ibi debet tanq̄ uictor uindicare gloriam, quiſquis, licet ab hoſte non ſit occiſus, tenetur tamen ab hoſte captiuus. Noli ergo aliis te comparare, ſed tibi. Audi Ap̄l̄um hoc ſacientem, & ut hoc faciamus, ſalubriter ammonentem. Ad Corinthios quippe ſcribens dicit. Non enim audemus inſerere aut cōparare nos quibuſdam, qui ſeipſos cōmendant, ſed ipſi in nobis noſmetipſos metiētes, & comparantes noſmetipſos nobis. Si ergo ſemetipſam comparet uirgo Chriſti, & ut ad perfectam perueniat ſanitatem, non debet de aliorum ſibi periculo grauiore blandiri, ſed de ſua curet infirmitate triſtari. De qua ille triſtabatur iugiter, qui dicebat. Tota die cōtriſtatus ingrediebar, Q̄m anima mea impleta eſt inluſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Et ut oſtenderet, huic triſtitiæ humilitatem debere coniungi, ſtatim ſequutus adiunxit. Incarnatus ſum, & hu

Virgo ſu pba chr̄i ſpōſa nō eſt.

Chrs & dominus & ſpōſus ē uirginū iō & hu militatē exigit & ītegritatē

Phil'ii.B

Nō aliis ſed ſibi ipſi debet ſe hō cō parare

miliatus ſum nimis. Et ut deſyderio ſanitatis hoc a ſe fieri perdoceret, adiunxit.
Rugiebam a gemitu cordis mei, & ante te eſt omne deſyderium meum, & ge-
mitus meus a te non eſt abſconditus. Iſte autē qui hoc dicebat, fatetur ſe aliqñ
tanq̃ de uirtute ſanitatis elatum, & in eo ſe periculum grauiſſimæ infirmitatis
Pſal.xxix. expertum. Dicit enim in alio pſalmo. Ego dixi in abundantia mea, non moue
bor inæternum. Et quia hoc dicens, adiutorio diuinæ gratiæ fuerat deſertus,
& in ſua defecerat infirmitate, turbatus ſequitur dicens. Dñe in bona volunta
te tua præſtitiſti decori meo virtutem, auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum
Adiutori um diuię gratiæ ſp poſcēdū conturbatus. Et ut oſtenderet adiutorium diuinæ gratię, q̃uis iam habitum
humiliter eſſe & ſine intermiſſione poſcendū, hoc quoq; ſubnectit. Ad te dñe
clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Nemo aũt deprecatur & rogat, qui
non aliquid ſe cognoſcit minus habere, aut quod habet, ſua tm̃ virtute poteſt
ſeruare. Quiſquis igiť & beneficium rogat, & adiutorium flagitat, neceſſe eſt,
ut & euidētiam ſuæ imbecillitatis & egeſtatis agnoſcat. Et ideo egeſtas noſtra
dari ſibi quod non habet poſcit, & imbecillitas noſtra cuſtodiri ſibi poſtulat
quod accepit. Egeſtas audit, quid enim habes, quod non accepiſti? Et nō pōt
homo accipere quicq̃, niſi datum fuerit ei de cælo. Imbecillitas audit. Reuela
ad dñm uiam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet. Audit etiam ab ipſa uirtute.
ps. cxxvi. Sine me nihil poteſtis facere. Audit a Propheta. Niſi Deus cuſtodierit ciuita-
tem, in vanum vigilant qui cuſtodiũt eam. Dicat ergo egeſtas illi, qui propter
nos pauper factus eſt, cum eſſet diues, ut illius paupertate nos diuites eſſemus.
Dicat. Da mihi intellectum, ut diſcam mādata tua. Dicat etiam imbecillitas illi,
qui pro nobis crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. Et qui ſic in
Pſal.xvi. firmatus eſt propter peccata noſtra, ut ſemper ipſe ſit dei virtus & Dei ſapien-
tia. Dicat ergo illi imbecillitas humana. Cuſtodi me dñe, ut pupillam oculi, ſub
Scti q̃q; i hac uita aīę hñt af flictiones ꝓpť inci dentes co gitatiões. vmbra alarum tuarum protege me, A facie impiorum, qui me affixerunt Gra
uiter hic affliguntur animæ oīm iam iuſtificatorum & ex fide viuētium, immo
ſolæ animæ intelligunt, in qua ſint afflictione poſitæ, quibus ſe infundit lumen
verum, quod inluminat oēm hoīem venientem in hunc mundum. Vident eñ
quia licet ſint gratiæ dono ab operum malorum contagione liberæ, teneantur
tamen cogitationũ uarietatum captiuę. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habe
re cor? aut quis gloriabiť mundum ſe eſſe a peccatis? Attendamus qualis quan
tuſq; iuſtus dixerit, in multis enim offendimus oēs. Et ille qui dixit. Si dixeri-
mus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis nō
eſt. Ille etiam qui condelectabatur legi Dei ſecundum interiorem hoiem, vide
bat aũt aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuan
tem eum in lege peccati, quæ erat in membris eius, donec eum ſuæ infœlicita-
tis conſcium, de corpore mortis huius liberaret gratia Dei per Hieſum Chri-
ſtum dñm noſtrum. Ab hac ergo lege peccati, quæ eſt in membris noſtris, nō
virtus cuiuſlibet hoīs fortis, non induſtria ſapientis, ſed ſola liberat gratia ſalua
Iaco.4.B toris. Quæ non niſi humilibus gratis datur. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humi-
libus aũt dat gratiam. Veruntñ hæc gratia, ſicut non niſi humilibus dať, ſic hu

milis homo eſſe non poteſt,niſi detur. Datur enim ut humiles eſſe incipiãt,& datur,ut humiles eſſe non deſinant. Gratia igitur Dei facit,& ut humiles ſimus & humiles perſeuerare poſſimus. Qui enim potuit quod non habuimus dare ipſe poteſt quod accepimus cuſtodire.

Præcepta ꝓ ſanctis virginib9 ex ſcripturis deducta.

Proinde,ut in te ſit uera humilitas, quæ uirginitatis eſt interna uirginitas,non ignoras,quanta ſacræ virgini debeat paupertas ſpũs ineſſe,ut regnum cælorum mereatur accipere,quanta manſuetudo,ut illa poſſideat viuentium terram,in qua ſe Dauid bona dñi viſurum plena credulitate confidit. Quanta etiam cautione virgini luctuoſa ſit præſentis ſeculi lætitia fugienda,cui ſemper in hac uita præſtolanti ſponſi cæleſtis aduentum,magis ſit ex deſyderio ſpiritali lugendum, ut adipiſcatur intimum certumq; ſolatiũ. Quãtam quoq; virgo Chriſti debeat eſuriem ſitimq; iuſtitiæ perpeti,ut plena mereaẽ æternæ dulcedinis ſacietate lætari. Qualibus etiam ſit induenda viſceribus miſericordiæ,ut in conſpectu dei miſericordiam ualeat inuenire,mundandiq; cordis quantum debeat ineſſe ſacræ virgini ſtudium,ut illum uidere mereaẽ fœlicibus oculis ſponſum,ſpecioſum forma præ filiis hoĩm, ad quem carnis virginitas non poteſt peruenire,niſi humili corde fulciatur virtute virginitatis internæ. Quantam etiam pacificæ quietis virgo poſſidere virtutem debeat,ut deſideriorum carnalium tela ſpiritalibus armis induta compeſcat. Talibus te ſponſus tuus uti fruiq; monilibus cupit,qui te ſibi fide deſpondit,ſpe firmauit,charitate coniunxit.

Oẽ opus bonũ gr̃a dei in nobis præuenit.

Neq; vero fidei veritate carniſq; integritate ſpiritaliter tali ſponſo nupſiſſes,ſi non eum, contempta vanitate ſæculi,dilexiſſes,nec tamen eum fuiſſes aliquatenus dilectura,niſi fuiſſes gratuita ſponſi dilectione præuenta. Dixi aũt te præuentam, non ſolum dilectione,qua ille te dilexit,ſed etiam dilectione,quam tibi gratis,ut a te diligereẽ infudit. Totum ergo quicquid in te ſanctæ dilectionis erga ſponſum tuum habes,in te quidem habes,ſed ex te non habes

Diues virginũ ſponſus

Pauperem te accepit ditiſſimus ſponſus,quicquid in te boni habes,non ex te ſed ex ipſo habes,& quicquid nõdum habes,tunc habebis,ſi ſponſus dederit,qui omnia bona quæ habes, gratuita largitate iam dedit. Ipſi ergo de acceptis humiliter gratias age, ipſum de accipiendis humiliter poſce. Sic enim diuitem ſponſum habes,ut nec egeat his quæ dedit,& abundet ad largiendum multo meliora ꝗ̃ dedit.

Quõ ſeruanda uirginitas.

Hæc humili ſemper compunctione conſydera,& uirginitatem,quam Deo vouiſti, non ſolum carnis integritate,ſed & cordis humilitate cõſerua. Ab illo tibi ſemper cuſtodiam virginitatis & humilitatis expoſcens, qui non dormitauit neq; obdormiet cuſtodiens Iſrael.

Cõcluſio libri.

Ecce ſancta filia,inquantum Dominus dedit,
breuem ad te libellũ de virginitate & humilitate conſcripſi,
magis eligens,pauca tibi deſyderanti tranſmittere,
ꝗ̃ debitæ ſeruitutis officium ſponſæ Do
mini denegare.

B. FVLGENTII EPISTOLA QVARTA, AD PROBAM DE ORATIONE AD DEVM ET COMPVNCTIONE CORDIS.

Hũilitas Probę, oĩb⁹ imitanda contra uanã gloriam.

DOMINAE in Chriſto plurimum uenerabili, & cũ omni
honorificentia nominandæ famulæ Dei, filiæ Probæ, Ful-
gentius ſeruorum Chriſti famulus, in Dño ſalutem. Epiſto-
lam ſanctitatis tuæ, cum tota cordis gratulatiõe, ſuſcepi, non
ſolum ſtudium boni operis, ſed etiam humilitatem cordis tui
certis indiciis præferentem. Bene igitur, ſancta filia, in laudem Dei, non de bo-
nis operibus ſuperbiæ vento extolleris, ſed ad implenda Domini præcepta,
infirmitatem inualidamq; teſtaris. Ita debet ſentire, quiſquis verbi dei non au-
ditor obliuioſus, ſed factor operis eſſe deſyderat, qui non hic ab hominibus re-
cipere mercedem ſuam, ſed a Deo in die retributionis expectat, qui non in prę-
ſenti tempore inanis gloriæ vanitate raptatur, ſed ſancto igne diuini amoris
Luc.xii.F accenditur. Hunc enim Chriſtus uenit mittere in terram, ut omne ſuperbiæ
germen exurat, & humiliato cordi feruorem ſanctæ compunctionis iniiciat.
Sic fit ut in noſtris peccatis noſmetipſos ueraciter accuſemus, & in bonis operi-
bus noſtris Deum uera cordis humilitate laudemus. Illi aſſignemus, quæ no-
bis eius pietas donat, nobis imputemus, in quibus eum noſtra infirmitas exa-
cerbat. Et quia frequenter a nobis offenditur, neceſſarium eſt, ut frequenti
oratione, & iugi cordis compunctione mitigetur. Compunctio enim cordis ex-
citat orationis affectum. Oratio humilis diuinum promeretur auxilium. Com-
punctio cordis vulnera ſua reſpicit. Oratio uero medelam ſanitatis expoſcit.
Et ad hæc quis idoneus? Quis enim uel orare competẽter ualeat, niſi medicus
ipſe nobis initium deſyderii ſpiritalis infundat. Aut quis perſeuerare in orõne
queat, niſi Deus in nobis hoc quod cœpit augeat, q̊d ſeminauit enutriat, & q̊d,
miſericordia p̃cedente, gratis donauit indignis, ad effectũ pfectionis, miſericor-
dia ſubſequente, perducat.

Orõ & cordis cõpũctio a deo, ut infũdat, expoſcẽda

Sic enim a nobis poterit boni operis meritũ non
perire, ſi deus auctor atq; adiutor ſemper glorificet̃ in opere, nec putemus, ſic
eum auctorem boni operis extimandum, tanq̃ in ipſo tm̃ creatiõis exordio ſic
Deus naturæ humanæ boni opis facultatẽ dederit, ut ipſius adiutorio deſiſten-
te, ſola per ſeipſa poſſit humana natura q̊dcunq; bonum uelle ſeu facere, cum
hoc nec in ipſo primo hoĩe potuerit ſola implere conatu ꝓprio, qñ necdũ fuit
uitiata peccato. Quõ ergo infirma, ſine iuuamine medici, ſoſpitatẽ ſuam repa-
rare potuerit? quæ dum ſana eſſet, ſoſpitatem ſuam cuſtodire nequiuit. Non
ergo gloriet̃ terra & cinis, quia in uita ſua ꝓiecit intima ſua, nec vulneratus, de
hoc, quod in ſe ſanum exiſtimat, tanq̃ ſan⁹ exultet, ſed ſuorꝝ vulnerꝝ putredinẽ
ꝑs.xxxvi. cõpuncti cordis humilitate cõſyderet, ut clamãs cũ propheta (Computruerũt.

Quõ deus ẽ auctor boni opis noſtri.

& deterioratæ ſunt cicatrices meæ, a facie inſipiẽtiæ meæ) Poſſit medelã, non ſuo merito, ſed gratuito munere diuinæ pietatis accipere. Quid em̃ habet hõ, quod nõ accepit? Si aũt accepit, quid gloriat̃, quaſi nõ acceperit. Solus igit̃ de9 põt oĩbus, qbus uoluerit dare, vnde vera ſalus acquiri poſſit. Et ideo ſolus põt in accipiente cuſtodire, q̃d dederit. Niſi em̃ dñs cuſtodierit ciuitatẽ, inuanũ vigilant q cuſtodiunt eam. Ille itaq; nõ patiet̃ furtiuum nequiſſimi prædonis ingreſſum, cui nõ defuerit dñi uigilantis auxilium. Ipſe em̃ non dormitauit, neq; obdormiet, qui cuſtodit Iſrael. Sicut aũt, qui ad patriam tendit, donec puẽniat, ſemp̃ habet vbi ambulet, ſic etiam nos, q̃diu in hoc mortali corpe cõſtituti peregrinamur a dño, p̃ſens uita nobis eſt uia, in qua ſemp̃ habemus vbi poſſimus p̃ficere, donec Deo p̃ducente, ad illam ualeamus beatæ ĩmortalitatis æternam patriam p̃uenire. Magnæ igit̃ btitudinis eſt, ſi in p̃nti viuere ſæculo, ut profectui ſpiritali oĩs fidelis opam det, nec tñ hoc ſuis aliqñ uiribus ſuperbus aſſignet, ſed humili corde a deo poſcat, iugem cuſtodiam accepti muneris, a q̃ emanat totius bonæ, non tm̃ principium, ſed etiã p̃fectio uoluntatis. Neq; enim Iacobi Apſi p̃dicatio, aliqua põt argumentatione caſſari, dicẽs. Omne datum optimũ, & oẽ donũ p̃fectũ deſurſum eſt deſcendens a patre luminũ. Nec q̃ſq̃ hoĩm, ſiue ad cogitandũ, ſiue ad opandum q̃dcũq; bonũ, põt eſſe idoneus, niſi fuerit munere gratuito diuinæ opitulationis adiutus. Deus eſt em̃ q̃ operat̃ in ſuis & uelle & p̃ficere pro bona uoluntate, ſicut Vas electionis affirmat. Quo etiã docente cognouimus. Quia nõ ſumus idonei, cogitare aliqd a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Ille igit̃ nobis oẽm boni ſufficientiã ſubminiſtrat, cuius nõ minuit̃ plenitudo cũ donat. Qui nobis omne bonũ benigne largit̃, ut habeam9, & in ſeipſo ſine diminutiõe p̃manet plenus. Quod nec angelica põt, nec hũana p̃ſtare natura. Ac ſic, nulla, licet ſpiritalis, tñ creata ſubſtantia, quia oẽ q̃d creatũ eſt, ſicut anteq̃ crearet̃ nõ fuit, ſic anteq̃ accipet habere nõ potuit. Et ſicut ſubſiſtere nõ põt ſine illius opatione q fecit, ſic bonũ non põt velle ſeu facere, niſi Deus dignet̃ iugiter adiuuare. Ab ipſo nanq; eſt initiũ bonę volũtatis, ab ipſo facultas boni opis, ab ipõ p̃ſeuerantia bonę cõuerſationis, ab ipſo dat̃ in p̃nti ſeculo uera cordis hũilitas, & in futuro retributiõis ęternæ fœlicitas, vt ipſi ſint ſine fine fœlices, q nũc ſine fictione ſunt hũiles. Nec ſe inflatiõe vana ſeducũt, in qua ſic nõ põt eſſe bonis plena ſecuritas, ut tũc facili9 aduerſitas ſubrepat, cũ ſe proſperitas fraudulẽter oñdat. Nec eſt aliq̃d huius uitæ tp̃s, in q̃ nõ hoĩbus muſcipulã tendat inimicus, cuius laqueos nemo põt p̃priis uiribus euadere, niſi quẽ deus gratia ſua p̃ Hieſum Chriſtũ dñm noſtrum dignatus fuerit liberare. Ideo Vas electiõis, cũ captiuari ſe in lege pcti ſentiret, exclamabat dicẽs. Infœlix hõ ego, qs me liberabit de corpe mortis huius? Gra dei p̃ Hieſum Chriſtũ dñm noſtrũ. Propterea etiã p̃pheta, nõ ſua v̄tute, ſed diuio munere, pedes ſuos e laq̃o p̃dicat euellẽdos, di. Oculi mei ſp̃ ad dñm, qm̃ ipſe euellet de laq̃o pedes meos. Et alio loco, ex p̃ſona ſctõꝝ, q̃s de hui9 ſæculi laq̃o liberatos, ad ęternã dignat9 eſt dñs ſecuritatẽ lętitiãq; trãſferre, ſic dr̃. Aĩa nr̃a ſicut paſſer, erepta ẽ de laq̃o uenantiũ, laq̃us cõtrit9 ẽ, & nos liberati ſumus.

In hac vita ſemp̃ p̃ficere debem9

Non põt hõ ex ſe abſq; dei gr̃a qcq̃ boni opari, ne uelle quidem.

Laq̃os di aboli p̃ ſe abſq; dei gr̃a null9 euadere poteſt.

P̃s. cxxi.

Tota die cõtriſtat⁹ ingrediebar. Veruntñ,ut ſuam aĩam vnuſquiſq; noſtrum inter aduerſitates & laqueos inimici uerſari cognoſcat,nec in hoc ſæculo noxia vnq̃ ſecuritate torpeſcat, idẽ propheta dicit.Tota die contriſtatus ingrediebar,Q̃m anima mea impleta eſt inluſionibus,& nõ eſt ſanitas in carne mea.Quid eſt aũt.Tota die cõtriſtatus ingredi,niſi totius huius vitæ tpe,peccatorꝝ recordatione triſtari? In quo eñ anima inluſionibus impletur,niſi cum cõcupiſcentiarum carnalium frequenti tentatione concutit? Quibus &ſi conſenſione non cedit, fatigatiõe laſſeſcit. Quãuis enim ſubinde ſuis dñs in certamine,ne deficiant,adiutorium tribuat,permittitur tamen fatigari propriæ infirmitatis onere prægrauata mortalitas, ſed cũ in ſeipſa nullum uirtutis inuenit firmamentũ,ad poſcendum diuinæ pietatis cito recurrat auxilium. Hic ergo tunc aduerſarium uincimus,ſi lachrymis & ora

Ecci.35C tionibus & continua cordis humilitate pugnemus. Scriptum eſt aũt,quia orõ humilium nubes penetrat,& nõ elongat dñs,donec exaudiat.Humilium ergo fletus,magnus eſt cõcupiſcentiæ carnalis interitus. Lachrymæ, quæ ex cõpunctione cordis ueniunt,& inimicum uincunt,& nobis donum lętitiæ triumphalis acquirunt.

Euntes ibãt & flebant mittentes ſemina ſua. Qui enim euntes eunt,& flent,mittentes ſemina ſua,ipſi uenientes uenient in exultatione,portãtes manipulos ſuos.Quam bene aũt ſanctus propheta ſemina bonorꝝ operum riganda docet flumine lachrymarꝝ. Omnia etenim ſemina non geminant,niſi fuerint irrigata,nec de ſemine procedit fructus,ſi fuerit aquarꝝ iuuamine deſtitutus. Proinde nos quoq;, ſi uolumus fructus noſtrorꝝ ſeminum capere,non deſinamus ſemina noſtra lachrymis irrigare,quæ magis corde ſunt fundendæ q̃ corpore. Ideo nanq; nobis dicit̃ p prophetam,ut ſcindamus noſtra corda,& non ueſtimenta noſtra,quod tunc facere poſſumus,cum ſcilicet recordamur noſmetipõs,& ſi non in opere,ſaltem in

Sap.ix.D cogitatione frequenter delinquere. Quia terrena inhabitatio ſenſum,multa cogitantem,deprimit,& terra noſtra germinare ſpinas nobis & tribulos,non quieſcit,nec poſſumus puenire ad eſum panis noſtri, niſi fuerimus ſudore vultus

Fatigatio nr̃a in reſiſtẽdo cõcupiſcentiis. & fatigatione confecti. Fatigamur enim ſudoribus,dum propriis cupiditatibus repugnamus. In quibus vincendis,idcirco maior eſt certaminis difficultas quia non extrinſecus ex altero,ſed intrinſecus ex ſeipſo certanti homini concupiſcentiæ carnalis generatur aduerſitas,quæ fatigationem ingerit humanæ imbecillitati dum naſcitur,quamuis diuinæ virtutis opitulatione vincat̃. Caro eñ concupiſcit aduerſus ſpũm,ſpũs aũt aduerſus carnem. Hæc eñ inuicẽ aduerſantur,ut nõ q̃cunq; volumus illa faciamus. Hinc eſt,q nondum deo ſumus oĩno ſubiecti,quia ex nobis naſcit̃,quod diuinę renititur iuſſioni.Nam licet ex gratia dei ſit volũtas,nobis bona,q̃ nos Deo reddat humiles,non nobis tñ deeſt prauæ cupiditatis exortus,qui nos faciat cõtumaces. Per Dei ergo gratiam ſumus iam Deo ex parte ſubiecti,per culpam uero noſtrã ſumus adhuc ex parte non ſubditi. Propter quod ad Hebræos dicit̃,nec dum oĩa Chriſto eſſe ſubiecta. Sic enim ait. In eo enim q̃d ei ſubiecit oĩa, nihil dimiſit nõ ſubiectum ei. Nunc aũt necdum videmus oĩa ſubiecta ei, ſubiecti ſumus igit̃ Deo, ex eo q ipſo in nobis operante cõdelectamur legi dei ſecundũ interiorem hominem.

Necdum

Necdũ aũt ſumus ſubiecti, ex eo ꝙ videmus aliã legẽ in mẽbris noſtris, repugnantẽ legi mentis noſtrę, & captiuantẽ nos in lege peccati, quæ eſt in mẽbris noſtris. Subiecti ſumus Deo, quia ipſius miſeratione eripimur a tentatiõe, ipſi enim cantamus. A te eripiar a tentatione, ſed necdum ſumus oĩno ſubiecti, q̃a tẽtatio eſt uita hoĩs ſuper terram. Subiecti ſumus Deo, in quo greſſus noſtros dirigit ſecundũ verbum ſuum, ut non dominetᷣ nobis oĩs iniquitas, ſed necdum ſumus oĩno ſubiecti, quia in multis offendimus oẽs. Subiecti ſumus, in quantũ ipſo donante, in carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus, ſed necdum ſumus oĩno ſubiecti, quia & ſi habemus ex dono Dei, ut mente ſeruiamus legi Dei, habemus tñ ex reliquiis peccati, ut carne ſeruiamus legi peccati. Propter quod Apl̃us dicit. Igitᷣ ipſe ego mente ſeruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Omnis enim qui nunc iuſte viuit, carne quidem ſeruit legi peccati, dum in ſe naſci carnalem concupiſcentiam ſentit, mente aũt ſeruit legi Dei, quia eidem carnali concupiſcentiæ non conſentit. Carne ſeruimus legi peccati, dum filii Babylonis naſcentes, inquietant aĩam noſtrã, ſed mẽte ſeruimus legi Dei cũ iidem paruuli Babylonis eliduntur ad petram. Babylon enim confuſio interpretatur, cuius filia eſt oĩs carnalis cupiditas, quam cordis cõfuſio generat. Quam diu autem in corpore peregrinamur a dño, partus ſuos nobis ingerit iſta cõfuſio. Ex ipſa quippe confuſione oĩs praua cogitatio naſcitur, quæ paruula tunc ad petram eliditur, dum celeri recordatione atq; opitulatione Chriſti ſuperata calcatur. Igitᷣ liceat habeamus, vnde gratias agere Deo debeamus, quia nos ſibi gratuita miſeratione ſubiecit, ut humiles ſimus. Habemus tamen, vnde cõtinuis præcibus diuinas aures pulſare debeamus, quia q̃diu in hoc mortali corpore ſumus, ſicut non poſſumus ſine peccato eſſe, ſic nec dum valemus perfectam humilitatem diuinis iuſſionibus exhibere. Propter quod agendæ quidẽ ſunt gratię Deo, inquantũ nobis donat, ut bene operemur, ne muneribus eius exiſtamus ingrati. & dãda eſt opera, ut ad meliora proficiamus, ne mortiferam incidamus ſuperbiam, ſi conuerſationem noſtram putemus ex omni parte perfectam. Proinde gemamus & fleamus coram dño qui fecit nos, ut a concupiſcentia carnis, & a concupiſcentia oculorum, & ſuperbia ſæculi, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, liberet nos, & ad illam nos ſubiectionem perducat, in qua nobis nihil repugnet ex mortalitatis vitio, ſed ex immortalitatis dono totum, quicquid in nobis eſt, fiat ſubditum Deo. Tunc enim erit in nobis vera perfecta & excelſa humilitas, cum & in carne, & in mente noſtra, nulla remanſerit praua cupiditas, nec cogitationibus fatigabitur ſpũs, nec laboribus macerabitur corpus, nulla erit ſollicitudo certaminis, ſed perfecta erit ſecuritas pacis, nulla nobis erit iuſtitiæ indigentia, ſed cum delectatione ſaturitas plena. Ibi erimus enim perfecta celſitudine beati, quia perfecta erimus Deo carnis & ſpũs humilitate ſubiecti. Ibi nec minor erit laudatione noſtra dilectio, nec inferior dilectione laudatio. Erit enim plena noſtra laudatio, quia tunc in nobis erit dei proximiq; perfecta dilectio. Tunc laudabimus & habebimus, tũc habebimus & amabimus, tunc ſatiabimur cum delectatione, & delectabimur cũ ſacietate.

Pſal.xvii.

ii.Corin.x.A

Ro.vii.D

Paruuli eliduñ ad petram

Et grãs agere & cõtinuas p̃ces effũdere deo debem⁹

In hac ui ta fleam⁹, ut in p̃ria ſim⁹ qeti.

Qualis in cælo beatitudo.

B. FVLGENTII EPISTOLA QVINTA, AD EVGYPIVM ABBATEM, DE CHARITATE ET EIVS DILECTIONE.

Dulcedo ex lectione literarũ ĩexplicabilis

DOMINO BEATISSIMO, ET PLVRIMVM venerabili, ac toto charitatis affectu deſyderabili, ſancto fratri & cõpresbytero Eugypio, Fulgentius, ſeruorum Chriſti famulus, in Dño ſalutem. Vtinam ſancte frater, tanta meo facultas ſuffragaretur eloquio, ut ad explicandam ſpiritalem, quam ex tuarum literarum lectione percepi dulcedinem, verba ſufficientia reperirem, quod dum volo, necualeo, mirum mihi aliquid eueniſſe cognoſco, videns gaudium, quod ex tuis ſermonibus ſumpſi, non poſſe meis ſermonibus explicare. Nempe, quod mihi ſcripſiſti, poſtquam cogitatione inuentum diſpoſitumq́ eſt, ſic in literas digeſſiſti, ut aut ipſe manu ſcriberes, aut ore dictares. Vnde igitur factum eſt, ut os meum delectionem dictando parere non poſſit, quam cor meum, ex tui oris dictatione concepit quæ eſt inops opulentia, uel opulenta inopia, ut eo minus mihi ſermo ſufficiat, quo me magis affectus inſtigat? Et quod ideo loquor, quia delector, minus eloquar q̃ delector. Quid rogo eſt hoc, quod eloquio ſignificare uolo, nec ualeo? Nimirum aliquid eſt, quod ſic corporali eloquio ſtilo ve ſignificatur, vt tamen non corporaliter, ſed ſpiritaliter habeatur.

Charitas prim9 fructus ſpiritaliũ donoꝝ

In ſpiritalibus autem donis, primus fructus eſt charitas. Vnde non inordinate eam Vas electionis ita poſuit, fructus autem ſpiritus eſt Charitas, gaudium, pax & cætera. Alio quoq́ loco, præcipuũ quiddam cæleſtium uoluit ſignificare chariſmatum, cum diceret. Quia charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hæc charitas, quam ſpiritus ſancti dono, cum indigni eſſemus, accepimus, tam bona tam ſancta, tam ĩmenſa eſt, ut eam etiam qui habet in corde, nunquam poſſit ſermonibus explicare. O qualis charitas, multum miranda, multum laudanda, multumq́ diligenda.

Charitatẽ nõ diligit q ex eã nõ hẽt

Verũtamen non omnes, qui charitatem mirantur & laudant, ſtatim diligunt charitatem. Et ideo, niſi eam quiſq́ diligat, nihil ei proderit, q̃ eam miratur & laudat. Tunc autem fructuoſa eſt, ammiratio charitatis & laudatio, ſi non deſit in admirante atq́ laudante dilectio. Sed nunquid ſicut eam poſſunt ammirari atq́ laudare, qui eam non habent, ita poſſunt eam diligere, qui eam nec dum habent? Nequaq́. Charitas quippe ipſa eſt dilectio. Quomodo autem dilectionem iam diligit, qui dilectionem habere non cœpit? Nam ecce multa uiſu corporeo uidemus, ubi non hoc eſt ipſe uiſus, quod eſt illud quod eo uidemus, quia illud eſt ſenſus quo uidem9, illud aũt ſenſibile, quod uidemus. Et cum illud, quod uidetur, ab oculis tollitur, ſi ſanitas ineſt oculis, ſic illud quod uidebat̃, a ſenſu uidentis aufertur, ut ipſe ſenſus a

uidente

vidente nullatenus auferatur. Ita fit,ut uidendi ſenſus in homine maneat,q̃uis ab eo quod uidebatur uiſus ipſe diſcedat. At cum charitas diligitur, quia non niſi dilectione diligitur,non poteſt homo tanq̃ oculum corporis a quacunq; re uiſibili,ſic a charitate intentionem auertere dilectionis, ut poſſit & charitatem non diligere,& dilectionem habere. Charitas quippe,id eſt,dilectio, nullatenus diligitur,niſi dilectio habeatur, qua ipſa dilectio diligatur. A ſe ipſa igitur dilectio diligitur,quia tunc diligitur, cum habetur, nec diligitur niſi habeatur. Equidem poteſt diligi a nobis etiam cum petimus,ut augeatur in nobis,ſed non diligit eius augmentum,qui nõ habet initium. Non ergo ſic charitas diligitur,ſicut nummus aut aliquid eiuſmodi. Poteſt enim quiſq; vnum non habere nummum, & multitudinem diligere ac deſyderare nummorum. Diligit ergo iſte nummorum multitudinem,cum ne vnius quidem nummi habeat facultatem. Apud ſe vnum nummum non inuenit, & foris nummos innumerabiles quærit. Hoc & in cæteris rebus corporis inuenimus, ut aliquid eorum poſſit diligi,ita,ut hoc ipſum quod diligitur, nulla ex parte habeat. Eſt tale quiddã & in plærisq; ſpiritalibus donis. Velut, ſi quis diligat (uerbi gratia)ut habeat prophetandi donum,quod nullus negat,inter dona ſpiritalia literis Apoſtolicis contineri. Alii quippe datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ,ſicut Vas electionis affirmat. Alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu. Alii gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alii prophetia. Alii diiudicatio ſpirituum. Alii genera linguarum. Alii interprætatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Cum igitur, ut de cæteris taceamus ſpiritalibus donis, poſſit diligi prophetia nec haberi. Charitas tamen non habetur, ſi non diligatur,nec diligitur,ſi non habeatur. Ideo cętera ſancti ſpiritus dona,id eſt linguę, prophetia,ſacramentorum ſcientia, fides, facultatum in pauperes diſtributio, corporis quoq; ipſius exuſtio,poſſunt hæc haberi ſine uolũtate bona. Ad hoc ſcilicet,ut habentem onerent,non honorent. Charitas uero ſine bona uoluntate non poteſt haberi,quia uoluntatem,in qua charitas fuerit, malam fieri non permittit. Charitas enim nec agit perperam, nec cogitat malum. Et quia non gaudet ſuper iniquitate,neceſſe eſt,ut in qua eſt,bonã faciat uoluntatẽ. Maliuolus ergo animus nõ impendit charitatẽ alteri, quia nõ habet ſibi. Cũ aũt cœperit habere exordiũ,ut ita dixerim,charitatis,nec maliuolus põt eſſe nec ſterilis.

Non diligitˀ charitas ſicut pecunia

Non diligitˀ charitas ſicut alia dona ſpũs.

Cætera dona ſine bona uoluntate haberi põt,charitas neq̃q̃.

Et quia donec ꝑmanet in charitate,in deo permanet,& Deus in illo manet, ſemper habebit,ſi eam ſemper impenderit. Qñ aũt eam nõ impenderit,nõ habebit. Proprium eſt ẽm charitatis,q̃d ad curſum pręſentis attinet uitæ,ut in eo qui eam erogat,creſcat,ab eo aũt,qui ſibi tm̃ habere uoluerit,ſine dilatiõe diſcedat. Ille igitur eam magis habebit,qui libenter impẽderit. Quia ſicut eam nec impendere põt nec hr̃e maliuolus,ſic nec hẽt eam quiſq; nec impendit inuitus. Homo ergo beniuolus eſt domicilium charitatis.Hoc aũt nomẽ,id eſt,beniuolus,ex bene & uelle cõpoſitum eſt,ſi ergo alteri quiſq̃ male uelit,inquantũ male vult,beniuolus non eſt. Ac per hoc maliuolus eſt. In maliuolam autẽ animam

q manet in charitate,in deo manet & de9 in eo.

non introibit ſapientia. Maliuolus autem homo ille proprie dicitur, non omnis qui vel ſibi uel alteri contrarium aliquid cupit aut poſcit, ſed qui noceri di voluntatem gerit, ſiue bonum ſiue malum poſſit eſſe quod cupit. Voluntas autem uel bona uel noxia, non ex officio, ſed ex fine rei eſt cuiuſcꝫ penſanda, quia non ex eo quod facit, ſed ex eo propter quod facit, qualitatem ſuæ quiſcꝫ voluntatis oſtendit. Nam & Paulus contrarium ſibi aliquid volebat, cum poſceret, ut ab eo ſtimulus auferetur, quem ſalubriter aduerſus vitium elationis acceperat, nec tamen habuit maliuolam mentem, q̄uis vtilitati ſuæ contrariam gereret uoluntatem. Vt enim a ſe ſtimulum, quo colaphiſabatur, rogaret auferri, ſalutem corporis ſui plus volebat prædicationi prodeſſe q̄ ſibi, non quęrens, quod ſibi vtile eſſet, ſed quod multis, ut ſalui fierent. Illis ergo volebat prodeſſe ſoſpitatem ſuam, quibus ſuam prodeſſe ſciebat & vitā. Denicꝫ cum deſyderium haberet diſſolui, & eſſet cum Chriſto, quod eſſet multo melius. Sciebat tamen manere in carne, neceſſarium eſſe, propter illos, in quibus Apoſtolatus miniſtrabat officium. Charitas ergo eum Chriſti vrgebat, ſiue cum a ſe ſtimulum rogaret auferri, ſiue cum in carne, q̄uis aliud deſyderans, cuperet, immorari, coartabatur enim latitudine Charitatis, ut & cum Chriſto deſyderaret eſſe, & officium uellet piæ neceſſitatis implere. Charitatem igitur vtrobicꝫ dilexit, quam ſemper bona voluntate ſperauit. Quiſquis itacꝫ ſecundum charitatem (quæ Deus eſt) diligit fratrem, ipſam in eo q̄maxime diligit charitatem. Ideo cum ſaluator noſter Apoſtolos ſuos nouo dignaretur innouare mandato, dicens. Mandatum nouum do uobis, ut inuicem diligatis, iubens per ſe fraternitatem diligi, ipſa quocꝫ charitatem fraternitatis, per Apoſtolum Paulum præcepit diligendam. Chriſto enim in ſe loquente, gentium Magiſter vult nos dilectionem habere ſine ſimulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Hinc eſt, q in vndecimo confeſſionum libro Egregius ille doctor, Beatus ſcilicet Auguſtinus, cum Deo amorem ſuum, quem ut eum diligeret, ab ipſo acceperat, confiteretur, ait. Iam dixi & dicam, amore amoris tui facio iſtuc. Pſalmum quocꝫ centeſimum duodeuigeſimumcꝫ exponens, cum illius loci intelligentiam explanaret, vbi dicitur. Incola ego ſum in terra, ne abſcondas a me mandata tua. Poſt aliqua ſic ait. Quid autem diligendum diligitur, ſi ipſa dilectio non diligatur? Vnde conſequenter iſte incola in terra, cum Dei mandata, ne abſconderentur, oraſſet, in quibus dilectio præcipitur, uel ſola, uel maxime, & ipſius dilectionis dilectionem ſe uelle habere proclamat, dicens. Concupiuit anima mea deſyderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Nonne tibi uidetur aperte propheticis atcꝫ Apoſtolicis dictis tracta Beati Auguſtini de diligenda dilectione ſententia? Quo circa dilectio Dei & proximi, quæ plenitudo legis, finiſcꝫ præcepti eſt, & in Deo charitatem diligit, quæ Deus eſt, & in proximo charitatem diligit, quæ ex Deo eſt. Tunc enim recte Deus proximuſcꝫ diligitur, ſi & in Deo & in proximo ipſa charitas diligatur. Ita fit, ut & in Deo ipſum Deum & in proximo Deum, ſine dubio diligam⁹. Necꝫ ēm fruſtra poſt dilectionem Dei, non

Volūtas bona, nō ex officio ſed ex fine eſt

ii. Corin. xii. B

In dilectione pximi diligit̄ & charitas.

Ro. xii. C.

ps. 118. C.

Dilectio dei & pximi ex uera charitate.

Dei,non alia niſi proximi ſola nobis eſt mandata dilectio: ſcilicet, ut agnoſca mus,illam creaturam nos debere diligere,ubi charitatem ipſam poſſumus inue nire. Omne nanq; animal irrationale,ſicut nõ habet ratione,ſic non habet cha ritatem. Nec aliud mihi uidet̃ eſſe ratio pręcipua,q̃ cõpetens atq; ordinata di lectio,quæ ab hoĩe ſoli deo debet̃ ex proxio. Vide ſancte frater,q̃ prolixum tecum cõſerui de charitate ſermonem,dũ nimis in te,ipſam diligo Charitatem. Quam utiq; ipſe quoq; in nobis diligis. Nec ob aliud,niſi quia hãc in nobis ſic amas,qua dono Dei plenus es,ut etiam quos diligis, ſimiliter plenos eſſe deſy deres. Hoc ergo ſupereſt,ut quia nos pure diligis,inſtanter pro nobis orare di gneris,ut Deus qui nos prior dilexit,& dedit nobis charitatem,qua diligatur a nobis,ſicut non habentibus,ipſe eam,gratia præueniente,largitur,ſic in nobis o ẽs reliquias mundanæ cupiditatis abſumat,& nos ſpũ ſeruientes in charitate perficiat. Illiuſq; nos faciat beatitudinis cõpotes,in qua ſicut nulla eſt delectatio praua,ſic nulla mors timetur ex pœna,vbi nihil quiſq; ex carnis fragilitate per petitur,ſed ab om̃ibus ſanctis in Dei & proximi perfecta ſemper charitate re gnatur. Orantem pro nobis ſanctitatem ſuam,clementia diuina cuſtodiat,q̃d opto dñe ſancte ac beatiſſime frater. Domnus Ianuarius ſanctitatem tuam to to ſalutat puritatis,& plenæ ratiõis affectu. Benedictionem a uobis directam, tota cum exultatione ſuſcepi. Libros ſicut præcepiſti, ad Monimum datos, in quaternionibus deſtinaui,in quibus,ſi aliquid placuerit,vtinam veritatis,& nõ ſolum amoris eſſe cognoſcam. Hi ſunt igit̃ meę paruitatis oblatio,quam vobis faciet puritatis ueſtri cordis acceptam. Suggeſtione fratris communis accepta,quæſo,ut adiutrix adſit veſtrę charita tis induſtria. Obſecro ut libros, quos opus habe mus,ſerui tui deſcribant de codicibus ueſtris

Cond'o li bri,ut ex charitate ꝓ nobis inuicem oremus

B. FVLGENTII EPI STOLA SEXTA, AD THEODO RVM SENATOREM, DE CON VERSIONE A SÆCVLO

DOMINO illuſtri,& merito inſigni,ac præſtantiſſimo filio Theodoro,Fulgentius ſeruorum Chriſti famulus, in Dño ſa lutem. Vt ignotus corpore videar epiſtolari tibi meam no titiam inferre ſermone,quæſo ne impudentiæ deputes,ne ue importunitati opus charitatis adſignes. Adſcribendum nãq; primum Sancti fratris Romuli dulcis epiſtola. Deinde fratrum exinde venan tium,qui a vobis in Dño benigne ſuſcepti ſunt, eo me magis ſuaſio compulit,

Occaſio reſcriben dæ epiſtæ ex amicis

quo veſtri ſpiritalis ꝓpoſiti cognitio libentius inuitauit. Retulerunt quippe ꝙ
Chriſti cõpulſus affectu, noſtri nominis in conloquio benigne feceris mentio
nem, dicens te noſtra epl'a delectari. Libens igitur feci, quod te uelle libenter
agnoui, malẽs incultus uideri ſermone, q̃ eſſe frigidus charitate. Dñe inluſtris
Ver⁹ tri/umphus ex cõtem/ptu mũdi de diabo/(lo — & merito inſignis ac præſtantiſſime fili. Itaq; multum gaudeo, ꝙ iam ſæcu
laris dilectionis nexibus non teneris, & mundũ cõtemnenda calcas, a quo cum
eum diligeres, calcabaris. Nunc uero conſulatu proueheris, nũc fœlici trium
pho certiſſime ſublimaris, non cui populus Romanus applaudat, ſed cui angeli
cus cœtus adgaudeat. Beatus es, quia hoc non caro & ſanguis reuelauit tibi, ſed
ille pater qui eſt in cælis, inter quos cęlos & tu factus es cęlum. Quantũ putas
ineſſe luctum diabolo, ꝙ a te contemptum ꝓſpicit mundũ, & te cõuerſum co
gnoſcit ad Chriſtum, ꝙ te uidet ea, in quibus videris eſſe deſerere, & ab amo
re temporalium terrenarumq; rerũ, ad illa cęleſtia & æterna, iam corde migra
re? Quãuis enim Chriſtus ęqualiter ſit pro cunctis fidelibus mortuus, & ęqua
Gal. iii. D — le cunctis beneficium redemptionis impenderit, dicente Apl'o. Quicunq; eñ
in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt ſeruus neq; liber. Non
eſt maſculus neq; fœmina, oẽs eñ uos vnum eſtis in Chriſto Hieſu. Tamen
Exempla optimatũ trahũt p⁹ ſe multi/tudinem — conuerſio potentium ſæculi multũ militat acquiſitionibus Chriſti. Sicut eñ
multi fratres & amici, clientes & ſubditi, noti pariter & ignoti, taliũ Authorita
te, ad mundanæ dilectionis excitant̃ ardorem, & eo magis igne ſæcularis cõcu
piſcentiæ ſuccendunt̃, quo ſublimes ſæculi dilectione mundana libenter capti
uos teneri cõſpiciunt. Ita quotiens ille, qui reſpicit in terram, & facit eam treme
re qui tangit montes, & fumigabunt, dum terrenis rebus intenta corda miſeri
corditer reſpicit, & conſyderatione iudicii ſui tremere cõpellit. Dumq; cõtin
git ſuperba corda ſublimiũ, uelut altitudines montium, ut cõfeſſione fumigẽt
peccatorꝝ. In talium tremore plurimi contremiſcunt, & in talium conuerſione
multi ad ſubſidium miſerationis diuinæ cõfugiunt. Ita fit, ut qui ſunt in ſæculi
culmine cõſtituti, aut plurimos ſecum ꝑdant, aut ſecum multos in uia ſalutis ac
quirant. Magna tales, aut pœna manet, ſi multis prębeant malę imitationis la
Vtile exẽplũ ex cõ/uerſione maiorũ. — queum, aut gloria, ſi multis oſtendant ſanctæ conuerſationis exẽplum. Quis
enim nõ paruam deſpiciat cellam, qñ ſenator domum deſpicit marmoratam?
Quis non terrena cõtemnens ad acquirenda cœleſtia ſibi conſulat, qñ ad cęlũ
Romanus conſul terrenorꝝ cõtemptu feſtinat? Vere in te illud, quod Prophe
ta cecinit, opere uidemus impleri. Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. Quis enim
Pſalm̃. lxxvi. C — in te hoc operari potuit, niſi ille, qui ordinem mutabilium rerum, ſecundum in
commutabile nouit regere ac diſpenſare conſilium. Quia ut ſingula pro opor
tunitate temporꝝ, pro uarietate cauſarum, uel in deterius uel in melius commu
tentur, illius incõmutabili conſilio fit, qui nec melioribus rebus nec deteriori
bus cõmutatur. Neq; enim habet vbi proficiat ipſe in melius, aut vnde in dete
rius deficiat. Ille quod eſt, ſemper eſt, & ſicut eſt, ita eſt, non in ſe habet nõ eſſe
poſſe, quod eſt, quia nec in ſe habet eſſe poſſe, quod nõ eſt. Et hoc quod ſic eſt,
non initio ꝑuenitur, non fine concludit̃, non tꝑibus uoluit̃, nõ locis continetur,

non ætatibus uariatur. Nihil ibi deeſt, quia totum in illo eſt. Nihil ibi ſuper eſt, quia nihil præter illũ eſt. Si qui ergo rerum temporalium & mutabilium amore contempto, in illius dilectionem tranſeunt, in ipſo erunt pleni, in quo nihil indiget. in eo ſecuri, in quo nihil metuit. in eo uere ſemperq́ glorioſi, cuius uera & ſempiterna gloria nec aufertur nec minuit nec augetur. Quis non illius uitæ deſyderio, præſentem uitam deſpiciat? Quis non illius abundantiæ delectamento, diuitias temporis labentis exhorreat? Quis non illius regni dilectione, omnia terrena regna contemnat? Illam ergo uitam tunc accipiemus, ſi huic nos uitæ mortuos æſtimemus. & illas diuitias tũc poſſidebimus, ſi hic pauperes ſpũ uiuamus, & ad illius regni culmen tunc perueniemus, ſi hic humilitatem, quã Deus ille Magiſter docuit, uero corde teneamus. Talibus mortuis dicit Beatus Apſſus. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, cum Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cũ illo in gloria. De talibus etiam pauperibus ipſe dñs loquitur dicens. Beati pauperes ſpũ, quoniam ipſorum eſt regnũ cęlorꝝ. De talibus quoq́ humilibus dicit. Quoniam qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Et alio loco. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus ueſtris. Hanc humilitatẽ nõ hñt, ſiue q̃ mundũ diligũt, ſeu q̃ ſuis uirib⁹ aſſignãt, cũ ea q̃ ſunt in mũdo contẽnunt. Hæc duo ſuperbię gña, vno uerſiculo ſpũs ſanctus deſignauit in pſalmo, dicente Dauid. Qui cõfidunt in ꝟtute ſua q́ in abũdantia diuitiarꝝ ſuarꝝ gloriant̃. In abundantia eñ diuitiarꝝ ſuarꝝ gloriant̃, qui ſic diuitias ſuas diligũt, ut in ipſis ſummam beatitudinis collocent. In ſua uero uirtute confidunt, qui ſic contemnunt diuitias, ut ipſum contemptum uiribus ſuis aſſignent. Ac per hoc vtriq́ ſuperbi ſunt. Illi, quia in diuitiis confidunt, non in deo. Illi autem, quia q́ diuitias ſpernunt, ſibi uolunt aſſignare, non deo. Illi, quia quod bene diligi non poteſt, male diligunt. Iſti, quia quod bene ſperni poteſt, non bene ſpernũt. Ac per hoc, illi malum male faciunt. iſti, bonum male operantur. Proinde, quoniã dño in te miſericorditer operante, iam didiciſti, in abundantia diuitiarum tuarum non gloriari. Hoc ſupereſt, ut non confidas in uirtute tua, id eſt, ne deputes uiribus tuis, q́ ſeculi facultates diuitiaſq́ contemnis, q́ honores mundi pro nihilo ducis, q́ deſyderio regni cæleſtis accẽderis, q́ viam mandatorum dei currere delectaris. Hæc enim omnia nullatenus haberes, niſi a deo munere gratuitę donationis acciperes. Non hoc homini dat natura ſed gratia. Non hoc ex qualitate conditionis humanæ habetur, ſed ex benignitate diuinæ inluminationis acquiritur. Hõ quidem ſic a deo factus eſt, ut hęc habere poſſit, ſed habere non poteſt, niſi dono Dei miſerantis acceperit. Nam & oculus ſic factus eſt, ut uidere lumen poſſit, ſed uidere non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit. Quod ergo uidet oculus, beneficium eſt luminis, quo ſi caruerit, cæcus remanebit in tenebris. Non omne, quod aliquid eſſe poteſt, iam hoc eſt q̃d eſſe põt. Cui naturaliter hoc eſt eſſe poſſe quod ſemper eſt. Hic aũt vnus deus ipſa Trinitas eſt, id eſt, pater & filius & ſpũs ſanctus, q ſolus eſt oĩm rerum creator, quia ſolus a nullo creatus eſt. Omnia uero, q̃m ab illo creata ſunt, non de illo,

Qualis uita æterna

Bti mortui paupe res & humiles in hoc ſeclo

Qui in abundãtia diuitiarũ ſuarꝝ gloriantur.

Ne ſupbiat hõ de ꝟtute ſua

naturaliter & detrimento ſubiacent & cremento. Vt ergo quędã in deteriora non recidant, gratia eius gubernat. Et ut quædam ad meliora conſcendant, gratia ipſius eleuat. Et ut in ęternum permaneant, ipſa gratia uiuificat & cõſeruat.

Gr̃a dei ſp poſcenda qa & uelle & p ficere dat

Huius gratiæ adiutorium ſemper eſt nobis a Deo poſcendum. Sed ne ipm quod poſcimus, noſtris uiribus aſſignemus. Neq; enim haberi poteſt ipſe ſaltim orationis affectus, niſi diuinitus fuerit attributus. Vt ergo deſyderemus adiutoriũ gratiæ, hoc ipſum quoq; opus eſt gratiæ. Ipſa nanq; incipit infundi, ut incipiat poſci. Ipſa quoq; amplius infunditur, cum poſcentibus datur. Quis uero poteſt gratiam poſcere, niſi uelit? Sed niſi in eo Deus ipſam uolũtatem operetur, velle nullatenus poterit. Propter quod Beatus Apſus, non ſolum bona opera hoĩm, ſed etiam bonam voluntatem Deum in nobis operari teſtatur, dicens. Deus eſt enim qui operatur in vobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Hoc eſt quod ſollicitudinem fidelibus humilitatemq; commendans, permiſit, dicens. Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Et ibi adiecit. Deus eſt enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Vt ad eum quoq; veniamus, currimus. Et ideo currimus, quia currere volumus.

Phil.ii.B

Nõ volẽtis neq; currentis ſed miſerentis eſt Dei.

Sed ne uel uoluntatem uel ipſum curſum aſſignemus uiribus noſtris, idem nos informat Apſus, dicens. Non uolentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quocirca, ut in his bonis, quæ a Deo accepiſti, permaneas & proficias, ut nec in uia remaneas, nec retro redeas, nec in dexteram ſiniſtram ue diuertas, quicquid habes bonæ uoluntatis, uel bonæ operationis, deo aſſigna qui dedit. Et ipſum humiliter roga, ut & conſeruet & augeat q̃d donauit. Nihil tibi boni tanq̃ tuum aſſignes, ne non accipias, quod accipere poteras, & q̃d acceperas, perdas. Deteſtabilis eſt enim cordis humani ſuperbia, qua facit homo, quod deus in hominibus damnat. Sed illa deteſtabilior, qua ſibi tribuit homo, quod Deus hominibus donat. Tanto enim deterioris tenetur iſte ſuperbiæ reus, quanto in melioribus donis exiſtit ingratus. Damnabilis eſt, qui ſubſtantia ſeculi male vtitur, ſed damnabilior, qui ſpiritalibus donis ſuperbus effertur.

Hũilitas animi, ſublimitas ẽ chriſtiani.

Creſcat igitur in te humilitas animi, quę uera eſt & integra ſublimitas Chriſtiani, & tanto magis in te cognoſce Dei gratiam creſcere, quanto magis tibi humilitatem cordis videris abundare. Quam ut ſemper habeas, in qua ut ſemper proficias, cum timore & tremore tuam ſalutem operare. Nec lectio deſit operibus bonis, nec bona opera deſint ſtudio lectionis. Bona coram deo & hominibus prouide. In ſcripturis ſanctis ſtudium tui cordis impende. Et ibi ſi fueris, qui ſis, quicq; debeas eſſe cognoſce. Ad has, ſi humilis & mitis acceſſeris, ibi profecto inuenies, & præuenientem gratiam, qua poteſt eliſus ſurgere, & comitãtem, qua uiam recti queat itineris currere, & ſubſequentem, qua valeat ad regni cæleſtis beatitudinem peruenire. Sanctam multumq; in Chriſto venerabilem matrem ueſtram, quæ tuo ſpiritali ſtudio Chriſtiana fide, & vere materna charitate concordat. Sed & venerabilem ſororem, tibi iam in Chriſto cõiugem tuam, obſecro, ſalutare digneris. Inſeparabilis Trinitas protectione vos virtutis ſuæ cuſtodiat, quod opto, Dñe illuſtris fili.

B. FVLGENTII EPISTOLA SEPTIMA, AD VENANTIAM,

De recta Pœnitentia,& futura retributione.

DOMINAE inluſtri,& merito venerabili,filię Venantiæ, Fulgentius ſeruoꝝ Chriſti famulus,in Dño ſalutem. Sicut vera lux nullatenus obſcurať,ita nunq̃ veritas æterna mentitur. Lux aũt & veritas Deus eſt, de quo ſcriptum eſt. Erat lux uera,quæ inluminat oẽm hoiem venientem in hũc mundum. Ipſa quoq̃ lux & ueritas dicit. Ego ſum lux mũdi. Et rurſus de ſe ait. Ego ſum via veritas & vita. Ipſius ergo doctrina monemur, quia arbor bona bonos facit fructus. Et quia ex fructibus arbor agnoſciť, in ipſo te, dña inluſtris & merito venerabilis filia, cum ſis ignota, iam ſcio, in ipõ tibi, cum ſis tam procul conſtituta congaudeo. Per epĺam ſiquidem clariſſimi filii mei Iunilli, propoſitum ſimul & ſtudium tuæ Chriſtianitatis agnoui, qui mihi gratiam, quam tibi largitus eſt deus, in tm̃ ſignificare curauit, ut in ſuis literis tuæ q̃q; ſalutationis mihi demonſtraret indicium. Hoc procul dubio nõ feciſſes, niſi Chriſtum tota puritate mentis in ſuis famulis dilexiſſes. Nec incognitum ſeruum, tam benigne in dño ſalutares, niſi dñm pio corde geſtares. Gratias illi, qui multiplicat gaudiũ noſtrum de charitate fidelium. Ipſe eſt charitas, quæ credentes perducit ad deum, quia ipſa charitas eſt Deus. Vnde Iohannes Aplus dicit. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in deo manet, & Deus in illo manet. Hæc ubi habitare cœperit, non permittit dñari peccatum, ſed cooperit multitudinem peccatorum. Nec ſolum præſentia peccata facit uetari, quin etiam preterita oia relaxari. Hanc ſuperbi contumaceſq; repudiant, qui de pctõꝝ remiſſione deſperant. Et non ſolum ſalutis ſuæ curam, miſeranda cæcitate reiiciunt, quin etiã fideles animas, ſi puertere nequeũt, perturbare mortiferis ſermonibus nõ quieſcunt. His etenim plærunq;, aut peccatoꝝ ĩmanitas, aut ætatis nequiter pactæ, longæuitas, ſpem ſalutis adimit, & ad deteriora ppetranda cõpellit. Ita ut in talibus illa ſanctæ ſcripturæ ſententia compleať. Peccator cum in pfundum malorum uenerit, contemnit. Et uere maloꝝ pfunditas necát, ſi quos deſperatio indulgentiæ deteſtanda cordis obduratione p̃iudicat. Quis enim nõ uideat, q̃ ſit impium, q̃q; ſacrilegum, ſi hoĩ per pœnitentiam preteritoꝝ maloꝝ ad bona conuerſo credať cuiuſq; pctĩ dari nõ poſſe remiſſio? Quid aũt aliud his uerbis agiť, niſi ut oĩpotentis medici manus, ſub humanæ ſalutis effectu, deſperationis uitio repellať? Ipſe quippe medicus ait. Non indigent, qui ſani ſunt, medico, ſed qui male habẽt. Si peritus eſt medicus noſter, oẽs põt infirmitates ſanare. Si miſericors eſt Deus noſter, vniuerſa põt peccata dimittere. Non eſt pfecta bonitas, a qua nõ ois malitia uinciť, nec eſt pfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inueniť, ſcriptum uero teneť in literis ſacris, Sapientiã aũt nõ uincit malitia. Et oĩpotentia medici noſtri talibus in Pſalmo ſermonibus intimatur.

Prologꝰ de arbore bona ferente bonos fructus

Mat.7.C

Bonũ charitatis mĺtiplex cõtra peccata

Prouer. xviii.A

Nequaq̃ de dei miſericordia deſperandum

p̄s.cii.A Benedic anima mea dn̄m,& oĩa interiora mea nomen ſanctum eius. Benedic anima mea dn̄m,& noli obliuiſci oẽs tribulationes eius.Qui propitius fit oĩbus iniquitatibus tuis,qui ſanat oẽs languores tuos, qui redimet de interitu vitam tuam,qui ſatiat in bonis deſyderium tuum,qui coronat te in miſeratione & miſericordia,renouabit̃ ſicut aquila iuuentus tua. Quid rogo nobis putemus remitti non poſſe,cum propitius ſit dn̄s oĩbus iniquitatibus noſtris? Aut quid in nobis ęſtimamus ſanari non poſſe,cum dn̄s ſanet oẽs languores noſtros? Aut quõ ſanato & iuſtificato,indigentiæ aliquid relinquit, cuius deſyderium in bonis ſaciat? Vel quatenus plenæ remiſſionis beneficio potiri nõ credit̃, cui etiã corona in miſeratione & miſericordia condonat̃? Nemo igit̃ de medico deſperans,in infirmitate remaneat,nemo miſericordiam Dei minorans, in iniquitati

Ro.v.A bus cõtabeſcat. Ap̄lus clamat. Quia Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Ipſe itidem dicit. Quia Chriſtus Hieſus uenit in hunc mundũ, peccatores ſaluos facere. Sed forſitan dicit̃,illos peccatores poſſe ſaluos fieri,qui poſt pct̃ã merent̃ Baptiſmatis ablutione mundari,deinceps aũt,pct̃ã,quæ uidet̃ baptiſatus admittere,irremiſſibilia p̄manere.Nunquid nõ baptizatis loquebat̃ Iohãnes Ap̄lus quibus dicebat. Filioli mei hæc ſcribo uobis,ut nõ peccetis. Et ſi quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem Hieſum Chriſtũ iuſtum, & ipſe eſt ęxoratio pro pct̃is noſtris. Qualecunq; ſit ergo pct̃m̃,a Deo quidem põt remitti conuerſo,ſed ille ſibi remitti non ſinit, qui deſperando, contra ſe indulgentiæ oſtium clauſerit.

Obiectio de nõ baptizatis

Querite & iuenietis

Cæterų veritas non mentit̃,quæ dixit. Quærite & inuenietis. Petite & accipietis,pulſate & aperiet̃ vobis,oĩs eñ qui quærit,inueniet,qui petit,accipit,& pulſanti aperiet̃. Vnde & propheta ſanctiſſimus Eſaias, ad re-

Mat.7.B miſſionem pctõrų nullatenus deſperandam,impios & iniquos hortat̃, dicens. Quęrite dn̄m,dum inueniri põt,inuocate eũ,dum prope eſt.Derelinquat ergo

Eſai.lv.B. impius uiam ſuam,& uir iniquus cogitationẽ ſuam,& conuertat̃ ad dn̄m,quia multus eſt ad ignoſcendum. Relinquat ergo impius uiam ſuam,qua peccat, relinquat iniquus cogitationem ſuam,qua de peccatorų remiſſione deſperat. Et ſecundum prophetę dictũ,conuertat̃ ad dn̄m, quia multus eſt ad ignoſcendũ. In hoc multo nihil deeſt,in quo eſt oĩpotens miſericordia,& oĩpotentia miſericors eſt. Tanta eſt autẽ & benignitas oĩpotentiæ,& oĩpotentia benignitatis in Deo,ut nihil ſit quod nolit aut non poſſit relaxare cõuerſo. Salubris aũt cõuerſio duplici ratione conſiſtit,ſi nec pœnitentia ſperantem,nec ſpes deſerat pœnitentem. Ac per hoc,ſi ex toto corde quiſq; renunciet peccato ſuo, & toto corde ſpem ponat remiſſionis in Deo. Etenim nõnunq; aut ſpem pœnitenti homini diabolus adimit,aut ſperanti pœnitentiam tollit. Vnum,dum onerat comprimit. Alterum,dum eleuat,deiicit. Iudas qui Chriſtum tradidit, peccati ſui pœnitentiam geſſit,ſed ſalutẽ p̄didit,quia indulgentiam non ſperauit. Deniq; ſic de illo Euangeliſta loquit̃. Tunc uidens Iudas,qui eum tradidit, quia damnatus eſt,pœnitentia ductus,retulit triginta argenteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus dicens. Peccaui,tradens ſanguinẽ iuſtum. At illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et p̄iectis argenteis in tẽplo,ſeceſſit,& abiens,laqueo ſe ſuſpendit. Digne

Multꝰ eſt ad ignoſcendum Deus.

Deſperatio Iudæ pœnitentia ſine ſpe.

dit. Digne quidem pœnitentiã geſſit, quia peccauit, tradens ſanguinē iuſtũ, ſed ideo ſibi fructum pœnitentiæ denegauit, quia pctm̃ traditionis ſuæ ipſo, quem tradidit, diluendũ ſanguine nõ ſperauit. Plerosq; ſub vna ſpe indulgentiæ in pctis diabolus tenet, & cõpellit eos dei iuſtitiã nõ metuere, q̃s inaniter ſuadet de dei bonitate gaudere. Tales dicũt ſe ſecundũ Apl̃i obiurgationē. Faciamus mala, ut ueniant bona, quorꝫ damnatio iuſta eſt. His inditiis euidenter agnoſcimus, inaniter hoĩem pœnitere, ſi dum pœnitentia geriť indulgẽtia deſperať. Et fruſtra indulgentiã ſperari ſine pctorꝫ pꝑnitentia. Ac ꝑ hoc, nec ſub ſpe remiſſionis debet aliquis peccare ſecurus, nec pctorꝫ ſuorꝫ cõſyderans multitudinē, remanere cathena deſperationis obſtrictus. Hortať eñ nos ſcriptura ſancta, ut peccare iam deſinamus, nec deſperemus nobis remittenda quæ fecimus. Dicit quippe. Fili peccaſti, ne adiicias iterũ, ſed & de pręteritis deprecare, ut tibi dimittanť. Vtrãq; ſancta ſcriptura p̃monuit, & oſtendit, q nec in peccato debeamus remanere, nec de remiſſione cuiuſlibet iniquitatis ambigere. Cur eñ iubetur, ne adiiciamus pctã pctis, ſi eſt in pctõ manendũ? Aut cui iubeť, ut de p̃teritis dep̃cemur, ut nobis dimittanť, ſi ſunt aliqua, q̃ dep̃cantibus dimitti nullaten⁹ poſſunt? An forſitan temporꝫ cuiq; põt ꝓdeſſe longęuitas, ut ſicut pacto tricennali ſpacio, nullus ſiniť legibus humanis ablata repetere, ſic legibus diuinis, poſt longa peccandi ſpacia, nõ liceat indulgentiã poſtulare? Abſit, ut hoc ſit in Deo noſtro, q̃d in litibus habet humana cõditio. Deus etem̃ noſter ſic eſt miſericors & bonus, ſicut infinitus eſt & inuictus. Proinde bonitas inuicti nõ uincitʼ, & infiniti miſericordia nõ finiť. Deniq; oẽ vitæ p̃ntis tp̃s cõuerſioni demonſtrat aptiſſimũ, dicens. Iniquus, ſi ſe conuertat ab oibus iniquitatibus ſuis quas fecit, & cuſtodierit oĩa mandata mea, & faciat iuſtitiã & miſericordiã, uita uiuet & nõ morieť. Oĩa delicta eius, q̃cunq; fecit, non erunt in memoria. In ſua iuſtitia, qua fecit uiuet. Nunquid uoluntate uolo mortem peccatoris, dicit Dñs, q̃ ut auertatur de uia ſua mala, & uiuere eum? Cum ſe aũt auerterit iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundum oẽs iniquitates quas fecit ille iniquus, oẽs iuſtitiæ eius, quas fecit, non erunt in memoria. In delicto ſuo, quo deliquit, & in peccatis ſuis, quibus peccauit, in ipſis morieť. Et infra dicit. In eo cum conuertat ſe iuſtus a ſua iuſtitia, & faciat delictum, & moriať in ſuo delicto quod fecit, in ipſo morieť. Et in eo q̃d auertať iniquus ab iniquitate ſua quã fecit, & faciat iudicium & iuſtitiã, hic aĩam ſuam cuſtodiuit, & auertit ſe ab oĩbus iniquitatibus ſuis quas fecit, vita uiuet & non morietur. Vtraq; ſententia uera eſt, quia vtraq; diuina eſt, ſiue iuſtum, cum auerſus fuerit a iuſtitia ſua, om̃es iuſtitias eius obliuioni tradendas. Siue iniquum, cum ab iniquitate fuerit conuerſus ad iuſtitiam, ipſum ſaluandum, & omnes iniquitates eius in memoria non futuras. Iniquum vero eſt, ſi putemus iniquum quandoq; cõuerſum, nõ poſſe ſaluari. Iuſtus eſt Deus & miſericos. Sicut ergo põt ꝑ iuſtitiã dãnare auerſum, ſic põt ꝑ miſericordiã ſemꝑ ſaluare cõuerſum. Nulla prolixitas tp̃is uel æquitati diuinæ uel pietati præiudicat. Pœnitentia nunq̃ eſt apud Deum ſera, in cuius conſpectu ſemꝑ ꝓ præſentibus habenť tam præterita q̃ futura. Si diutur

Spes ſine penitētia uana eſt p̄ſumptō

Eccl̃i xxi. A

Om̃e tp̃s p̃ntis uitę cõuerſiõi aptũ eſt.

nitas peccatorꝝ Dei vinceret miſericordiã,nõ in ętate mundi nouiſſima Chriſtus ueniret,ut peccatũ mũdi ꝑeuntis auferret. De q̃ dicit Iohãnes. Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccatũ mundi. Et ipſe ſaluator de ſe. Venit em̃ filius hoĩs quęrere & ſaluare q̃d perierat.

Parabola de Samaritano & vulnerato.

Samaritanus noſter nunq̃ vulneratũ ad ſtabulũ miſericorditer impoſitũ iumento ꝑduceret,ſi aliq̃d in eo vulnus inſanabile iudicaret. Nunq̃ꝫ duobus denariis datis,redditurũ ſe, quicq̃d ſuperogaret, ſtabulario ſpopondiſſet,ſi ſuperogationem illã nõ plenæ ſanitati ꝓnoſceret ꝓfuturã. Vt quid em̃ ſtabularius aliq̃d ſuperogat,ſi eſt in ſautio vulnus, q̃d curari nõ ualeat. Sicut ergo medico noſtro nulla eſt incurabilis plaga,ita nec in aliquo vulnere,nec in aliq̃ tpe,cæleſtis põt deficere medicina. Ideo ipſe medicus, ſemper ſe poſſe cõuerſo ſalutem donare teſtaĩ,dicens. Cum cõuerſus ſueris,& ingemueris,ſaluus eris. Propter quod duritiam quorundam ſic ꝑ Hieremiam Deus non deſinit increpare. Nunquid qui cadit nõ reſurget, aut qui cõuerſus eſt non reuertetĩ? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalẽ auerſione contentioſa? Indurauerunt ceruices ſuas,noluerũt reuerti. Non punit deus in peccatore pctã,ſi pctõris ceruix nõ fuerit indurata.

Iuſtitia dei cõuerſos ſaluat auerſos damnat

Bonũ nobis eſt igiĩ,ſi ad eius miſericordiã cõfugiamus,cuius effugere iuſtitiã nõ ualemus. Ipſa em̃ iuſtitia dei talis eſt,ut auerſos dãnet,cõuerſos ſaluet. Propter q̃d dicit. Cõuertimini ad me,& ſaluabo uos. Semꝑ aũt delectaĩ conuerſione noſtra,nec tẽpus hmõi q̃diu in hac uita eſt,poſuit,q̃ ꝓpitiari cõuerſo nõ poſſit. Immo tp̃s om̃e pñtis vitæ cõuerſioni noſtræ cognoſciĩ deputaſſe. Beatus em̃ Petrus dicit. Non tardat dñs ꝓmiſſum ſuum,ſicut quidã tarditatẽ exiſtimant,ſed patienter fert propter uos,nolens aliquẽ perire,ſed oẽs ad pœnitentiã cõuerti.

Parabola de operariis in uinea

Si aliquã ætatem iudicaret dñs cõuerſionis remedio ineptã,nõ diuerſis tp̃ibus operarios uocaret ad vineã. In diuerſitate quippe horarꝝ,nõ incõgrue accipiĩ ætatũ diuerſitas,ita ut ætas puerilis accipiat in mane,pubertas in tertia,iuuentus in ſexta,grauitas declinantis ætatis in nona, & in vndecima ſenilis ætas ipſa nouiſſima. In quacũq̃ꝫ igiĩ quis ætate vocatus,ſi benignitatẽ vocãtis dñi nõ ſpernat,neceſſe eſt denariũ vitæ ꝑennis accipiat. Neq̃ꝫ em̃ nõ ſemꝑ delectaĩ conuerſionem noſtrã. De quo nobis clamat Iohel propheta. Hęc dicit dñs deus ueſter. Conuertimini ad me ex toto corde ũro,in ieiunio & in fletu,& in plãctu, & diſrumpite corda ueſtra,& non ueſtimenta ueſtra,& conuertimini ad dñm deum ueſtrum,quia miſericors & patiẽs eſt,& magnanimis,& multũ miſericors,& patientiã habẽs in malis. Propter q̃d Ap̃lus Paulus, duritiã cordis increpat in his qui pœnitentiã ſuorꝝ negligũt agere pctõꝝ.

De ſp delectaĩ cõuerſione noſtra.

Dicit em̃. Propter q̃d inexcuſabilis es o hõ oĩs q iudicas. In q̃ em̃ iudicas alterũ,teipm̃ condẽnas. Eadem em̃ agis q̃ iudicas. Scim⁹ aũt,qm̃ iudiciũ dei eſt ſecundũ ỽitatẽ in eos q talia agũt. Exiſtimas aũt hoc o hõ oĩs q iudicas eos,q talia agunt,& facis ea,qa tu effugies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis ei⁹ & patiẽtię & lõganimitatis contẽnis ignõrans,qm̃ benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secundũ duritiã aũt tuã & impœnitens cor theſaurizas tibi irã in die iræ,& reuelationis iuſti iudicis dei. Qui reddet vnicuiq̃ꝫ ſecundum opera ſua. Alio quoq̃ꝫ loco non tã plangit qui peccare

peccare grauiter videbantur, ꝗ̃ eos, qui peccatorum ſuorum pœnitentiam
gerere noluerunt. Deniq; dicit Corinthiis. Ne iterū cum uenero humiliet me
Deus apud vos, & lugeã multos ex his ꝗ ante peccauerunt, & non egerunt pœ
nitentiã ſuꝑ imunditia & fornicatione, & impudicitia quã geſſerunt. Nec ĩme
rito luget Apſlus, ꝗ pœnitentiã non agunt. Scit eñ plus eſſe gaudiũ corã ange Lu.xv.B
lis dei ſuꝑ vno peccatore pœnitentiã agente, ꝗ̃ ſuꝑ nonaginta nouẽ iuſtis, qui
bus nõ eſt opus pœnitentia. Digne igiť illos ꝓ impœnitẽtia cordis luget Bea
tus Apſlus, ꝓ qbus nõ gaudet angelicus chorus. Benignitas ergo dei ad pœ
nitentiã nos adducit, ideo nos tribulatiõibus affligit, infirmitatibus corripit, an Variis
guſtiis erudit, ut qui in ſanitate corꝑis peccauimus, in infirmitate peccatis abſti modis
nere diſcamus. Qui in lętitia miſericordiã dei contẽpſimus, correpti flagello tri nos ad pę
ſtitiæ, iuſtitiã ipſius formidemus. Ita fit, ut ꝗ nobis, abutẽdo ſanitate, infirmitatẽ nitentiã
peperimus, ꝑ infirmitatẽ ſanitatis bñficia reparemus. Et ꝗ ꝑ lętitiã in tribulatio uocat de⁹
nes incidimus, ꝑ tribulationes ad lætitiã recurramus. Deniq; magis erga nos di
lectionẽ dei flagellis & correptionibus ſcriptura ſancta teſtať oſtendi. Dicit eñ
Fili ne deficias in diſciplina Dñi, neq; fatigeris, cũ ab eo increparis. Quẽ eñ di
ligit dñs, corripit. Flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit. Nã & ipſe ſaluator illos
ſe dicit amare q̊s arguit. Ego, inquiens, q̊s amo, arguo & caſtigo. Et Apſlorū do Via q̃ du
ctrina ꝓ̄dicare nõ ceſſat, quia oportet nos ꝑ multas tribulationes introire in re cit ad ui
gnũ Dei. Ipſe q̊q; dñs arctã viã, & anguſtã dicit eſſe portã, q̃ ducit ad uitã. Vt tam
aũt nouerim⁹ illos qui gaudiis tẽporalibus oblectanť, & iuſſa diuina contẽnũt,
æternis ignibus cõcremandos. Illos uero, ꝗ mala tꝑalia cũ timore dei patiẽter
tolerant, æterna quiete potituros. Attendamus diuitẽ purpuratũ, & pauperem
Lazarũ. Illũ poſt epulas flãmis perennibus traditũ, iſtũ poſt erũnas in æterna Lu.xvi.B
ſinus Abrahæ quiete ſecurũ. Vbi cũ ſtillã diues ardens digito beati pauꝑis lin-
guæ ſuæ poſceret inrorari, hæc ad eũ beati Abrahæ ꝓtinus eſt directa rñſio.
Fili, recordare, ꝗa recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc
aũt cruciaris, hic ỽo reqeſcit. Nõ fuit alia cauſa, qua diues pœnas lueret, pauꝑ
gaudio potireť ac requie, niſi ꝗa ille bona recipit in uita ſua, ille aũt mala Nõ
oẽs aũt, ꝗ bona pñtis vitæ hñt, bona pñtis uitæ recipiũt. Nec oẽs, ꝗ mala huius Nõ idẽ ẽ
uitæ patiunť, mala huius uitæ recipiunt. Sed illi recipiunt bona in uita ſua, ꝗ in bona pñ-
gaudio & delitiis vitæ pñtis exultant, & in eo ſe beatos credunt, ꝙ ſe nulla con tis vitæ
cuti aduerſitate cõſpiciunt. Illi aũt mala recipiunt in uita ſua, qui preſſuras & hr̃e & re-
tribulationes pñtis vitæ cũ timore dei tolerãt, & in corde cõtrito & humiliato cipere
non tꝑalia gaudia ſed æterna ſuſpirãt. Nec tranſitura bona, ſed ꝑmanſura deſy
derant. Deniq; illis, ꝗ in bonis pñtiũ rerũ uolũt hr̃e lętitiã, dicit pſalmus. Filii
hoĩm uſq; q̊ graues corde, ut quid diligitis vanitatem, & quęritis mendatium? Pſal.iiii.
Et alio loco. Nolite ſperare iniquitatem, & in rapina nolite concupiſcere. Di-
uitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Tales etiã Beatus Iacobus increpare non Pſal.51.
ceſſat, dicens. Agite nunc diuites, plorate, vllulantes in miſeriis, q̃ aduenięt vo
bis. Diuitiæ ueſtræ putrefactę ſunt, & ueſtimenta ueſtra a tineis comeſta ſunt. Iaco.v.A
Aurũ & argentũ ueſtrũ eruginauit, & erugo eorū in teſtimoniũ uobis erit, &

mãducauit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorꝝ, q meſſuri erũt regiones ueſtras, q fraudatus eſt a uobis, clamat, & clamor eorꝝ in aures Dñi Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſup terram & luxuriis enutriſtis corda ueſtra. Taliũ quoqꝫ riſum & gaudiũ in luctũ cõuerti pci-

Iacob.4.B pit & mǽrorẽ, dicens. Emũdate manus peccatores, & purificate corda duplices aĩo, miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus ueſter in luctum cõuertať, & gau-

Retributio futura & bonis & malis — diũ ĩ mǽrorẽ. Humiliami in cõſpectu Dñi, & exaltabit uos. Neqꝫ ũo putemꝰ triſtitiã humiliũ, & lętitiã ſupborꝝ, luctũ piorꝝ, & gaudiũ impiorũ, futura poſſe retributõe priuari, manet utriuſqꝫ cõdigna merces, diuĩo reddẽda iudicio. Quã iudex ipſe tali cognoſcit̃ decreuiſſe ſententia. Ve uobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Ve uobis, q ridetis nunc, qꝛ lugebitis & flebitis. Beati, q nunc eſuritis quia ſaturabimini. Beati q nunc fletis, quia ridebitis. Beati, q lugent, qm̃ ipſi cõ-

ps.cxxv. ſolabunť. Tales etiã Dauid, ſemina qdem dicit in fletibus iacere, nec tñ ſilet cũ gaudio & exultatione meſſuros. Sic eñ ait. Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes aũt uenĩet in exultatione, portantes manipulos ſuos. Talibus etiã nunc aſſerit Dñm ꝓpin-

ps.33.D quare, dicẽs. Prope eſt Dñs his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpũ ſaluos faciet. In tm̃ uero ꝓdeſt tribulatio Chriſtianis, ut ꝑ hanc ſpũs noſter deo ſacrificium fiat. Scriptũ nanqꝫ contineť in Pſalmo. Sacrificiũ Deo ſpũs cõtribulatus

Ne tardaueris ad dñm conuerti. — cor cõtritũ & humiliatũ Deus nõ deſpiciet. His & innumeris huiuſcemodi teſtimoniis informati, principaliter ad Deũ cõuerti, quantocitius feſtinemus. Dicit eñ ſcriptura. Ne tardaueris cõuerti ad dñm. Et ne differas de die in diẽ, ne ſubito ueniat ira eius, & in tpe vindictę diſpdat te. Conuerſi aũt, de remiſſione peccatorꝝ, nullatenus deſperemus. Timentes dñi fidele ꝓmiſſum, q̃ ait. Cũ cõuerſus fueris & ingemueris, ſaluus eris. Preſſuras tribulationeſqꝫ pñtis tpis longanimiter toleremus, & a timore Dei nullatenus diſcedamus. Pręcipit eñ

i.cor.ii.G. nos Apl̃us eſſe in tribulatione patientes. Qui etiã correptionẽ pñtis tpis, ad cui tandã futuri iudicii poenã, multũ nobis ꝓdeſſe teſtať, dicens. Cũ iudicamur aũt

In tribulationibus nr̃is grãs deo agamus. — a dño corripimur, ut non cũ hoc mũdo damnemur. Verum in ipſis tribulationibus gratias agamus dño. Et hoc q̃d ſanctus Azarias dixit in fornace, nos in tribulatione dicamus. Bñdictus es dñe deus patrũ noſtrorꝝ, & laudabilis, & glorioſum nomẽ tuũ in ſęcula, qm̃ iuſtus es in oĩbus q̃ feciſti nobis, & oĩa opa tua uera, & rectę uiæ tuæ, & oĩa iudicia tua ueritas, & iudiciũ ueritatis feciſti, ſe-

Dañ.3.C cundũ oĩa q̃ induxiſti nobis, & ſup ciuitatẽ ſanctã patrũ noſtrorꝝ Hieruſalem, Qm̃ in ueritate & iudicio induxiſti hæc oĩa, ꝓpter pctã noſtra. Qm̃ peccauimus, & inique egimus, diſcedentes a te, & multũ peccauimus in oĩbus, & mãdatis tuis nõ obediuimus, nec cõſeruauimus, neqꝫ fecimus, ſicut pcepiſti nobis, ut bñ nobis eſſet. Et oĩa, q̃ induxiſti nobis, & oĩa q̃cunqꝫ feciſti nobis, in uero iudicio feciſti. Et paulo poſt ait. Et nunc ſequimur in toto corde, & timemus faciem tuam, ne confundas nos.

Plura ex Fulgentio, Codex ille uetuſtus non habuit. Quæ uero ſequuntur, aliunde ſunt excripta, Ex Bibliothecis S. Laurentii & S. Egidii Norinbergæ.

REVERENDAE MATRI AC DOMINAE, CHARITATI PIRCKHEIMERIN ABBATISſæ Virginum ſanctæ Claræ, Norinbergæ. Dominæ ſuæ omni honorificentia præcolendæ, Io. Cochlæus.

DVM PESTIS FRANCOFORDIANA ME
hic ſpe diutius diſtineret, Mater obſeruãdiſſima;
ne illuc, vbi reſidere debeo, irem, allatus eſt ad fra
trem tuum (quo non eſt hic alius, uel fama notior
uel omniiuga literarum eruditione clarior) codex
quidem peruetuſtus, Longobardicis & inſuetis
atq; adeo incognitis huic ſęculo literis perſcriptus,
in quo cõtinebantur opera Beati Fulgentii, Theo
logi vndecunq; ſuſpiciendi, non ſolum honore an
tiquitatis, verum etiã vbertate doctrinę, elegantiaq; ſtyli & copia dicendi. Con
tinuo igiť pſuaſit Germanus ille tuus, & Kobergero noſtro, Bibliopolæ inquã
famatiſſimo, vt Calchographiæ impenſas miniſtraret, & mihi antiquo ſuo di-
entulo ut codicem dum hic eſſem, excriberem. Fuit is mihi labor haud quaq̃ fa
cilis, nõ ſolum ꝙ oculi mihi ſint alioqui hebetiores, languidioreſq;, q̃ ut facile
percurrant ſcripta vetuſtiora, ſitu blattiſq; ſqualentia, uerũetiam, ꝙ totum vo
lumen adeo inſolitis ſcriptum erat characteribus, ut neceſſe fuerit, me uelut a
nouo Alphabetarium (fratri tuo literas quaſdam pręmonſtrante) fieri. Vltra
hanc moleſtiam ſuberant difficultates non paucæ. Erat enim opus admodum
informe, non ſententiæ punctis, nõ uerba ſpaciis, non titulis libri erant diſtin
cti, ſed perpetua quædam textura, ceu vaſtum aliquod mare, deſertum ve cam
peſtre, vbi neſcit ignotus, aut quouſq; pergat, aut quo retro cedat. Eo tædio to
tum perſcribendum fuit opus, non enim poteram inſolitam eiuſmodi ſcriptu
ram cito relegere, ut ſenſum Authoris uelut ſcopum certum intenderem. Itaq;
licet eſſem perq̃ cupidus intelligendi ſingulorum librorum argumenta, nihil
tamen commode conſequi potui, donec omnia perſcripſiſſem, ut meam dein-
ceps ſcripturam, utpote notiorem mihi oculiſq; meis magis peruiam, cito per-
ſpicerem, quid ſibi uelit Author intellecturus. Veruntamen non ſtatim, nacto
tranſcribendi fine, omnis eſt labor finitus. Erant adhuc ſine frontibus titulo-
rum libri, contextus uerborum ſine punctis flaccidi & indiſtincti, ſine annota-
tionibus ſcripturarum loca, margines nudi, & id genus defectus plurimi, qui-
bus adimplendis, frequenter fuit totum opus reuoluendum. Supra omnes ue
ro moleſtias fuit inquiſitio locorum, quibus frequentiſſime (quæ illius erat co-
pia ingeniiq; uis uſus eſt Author. Nam eo tempore ita erat ſacra ſcriptura
omnibus Theologiæ ſtudioſis nota, ut inter allegandum non foret opus neq;

Authoris neq; libri, multo minus capitis, noīe. Satis tum erat dixiſſe, ſcriptum eſt, aut dicit ſcriptura, ſeu propheta. Quemadmodum & antea uſq; ab initio Chriſtianæ doctrinæ obſeruatum fuerat, primum a ſaluatore ipſo & Apoſtolis eius, deinde a patribus, quotquot ſacris literis operam dederant, anteq; Barbarorum immanitate temporumq; iniuria omnis recta interiret eruditio. At noſtris temporibus adeo neglectui fuerunt literę diuinę, ut non ſatis ſit, ſi notus fieri debeat locus quiſpiam allegatus, nomen uel Authoris, vel libri, capitis ve indicaſſe, niſi & certa capituli portio, per alphabeti literas diſtributa, demonſtretur. Laborioſum itaq; fuit, tot allegata perquirere, ſuiſq; libris & capitulis reddere, ac literis demum certis, uelut digitis, oſtendere. Accedebat alia quoq; difficultas, q̄ Author alia, q̄ nos, vſus eſt interpretatione latina, ut non raro mihi opus fuerit, nō tam uerba q̄ ſenſum allegatum perquirere. Volui tamen vnus tot importunitates perferre, ut omnibus per Calcographiam facilis & abſoluta communicetur tanti lectio Authoris, qui ante mille iam annos tam præclare literas ſacras edocuit. Ideo & amplioribus in marginibus breues extraxi ſententiarum ſummas, ut uel per tranſennam inſpicienti peruia ſit mens Authoris. In titulis item librorum argumenta comprehendi, ſinguloſq; ſuis prefixi libris, atq; vniuerſos in primam cōgeſſi paginam, ut in promptu habeat lector vbi ſummam huius operis agnoſcat abſq; foliorum reuolutione. Ne uero lectori quiſpiam in Authore quærenti, opus foret ſemper ad caput libri recurrere, ſingulis paginis & argumentum & librum affixi. Atq; ut opus auctius fieret, multas hic bibliothecas, & publicas & priuatas, locupletes ſane ac neutiq; vulgares, diſcuſſi, ex quibus, quæ Fulgentii eſſent, huic operi adiungerem. Nihil autem inueni uſquam, niſi in Curia diui Laurentii, vbi prępoſitus (ut eſt tam vita q̄ doctrina inſignis Theologus) oſtendit mihi vnum Fulgentii ad Donatum libellum, aliquotq; eius ſermones in uetuſto uolumine contentos. Sed eorum quatuor iam antea tranſcripſeram ex libro quodam, quem Abbas Sancti Egidii inquirenti mihi benigne communicauerat. Inueni item tres libros Mythologiarum, & vnum de abſtruſis ſermōibus, qui itidem aſcribuntur Fulgentio. Quia uero aliena ineſt illis materia, magis grammaticæ q̄ theologiæ conueniens, non libuit, præſertim ex fratris tui conſilio, eos libros huic albo Theologico inſerere. Accipe igitur, reuerenda mater, hanc meam, quantulacunq; eſt, operam, eo, quo tibi offertur, animo. Nempe ut tuo ſub nomine (quod doctiſſimis plæriſq; iam pridem celebre eſt & venerabile) bonis omnibus communicentur tam pręclari Theologi (qui tot ſæculis latuit) opera, tam eloquentia q̄ eruditione referta. Adieciſſem alicubi ſcholia, niſi acceleratum fuiſſet, non ſolū ab impreſſore, ſed a me ipſo, nam iter mihi nunc maxime ſuadent, nō ſolum literę amicorꝫ, uerū etiam peſtis ipſa, quæ illic placata, in his nunc regionibus ſęuire occipit, & gelu diuturnum ita uias explanauit, ut commodiſſimum ſit nunc iter arripere. Bene uale mater doctiſſima, cum ſtudioſo virginum choro. Ex Norinberga vndecimo calendas Ianuarii. Anno ſalutis. M. D. XIX.

B. FVLGENTII AD DONATVM LIBER VNVS, DE FIDE ORTHODOXA ET DIVERSIS ERRORIBVS HÆRETICORVM.

DOMINO eximio, & in Chriſti charitate plurimum deſyderabili filio Donato, Fulgentius, ſeruorum Dei famulus, in Dño ſalutem. Multis bñdico Dñm, dilectiſſime fili, cuius gratia talis es, ut cum ſis ętate iunior, non q̃ ſunt carnis, ſed q̃ ſunt ſpũs, cõcupiſcas. Et de fidei feruore ſuccenſus, illa laudabiliter iam incipias meditari, quibus non voluptas carnem damnabiliter nutriat, ſed agnita ueritas animũ ſpiritaliter paſcat. Ipſius enim factum inſpiratione non dubito, ut cum ſtudiis inſiſtere ſoleas ſæcularium literarum, diuinis eloquiis affectũ ĩpendas. Illud utiq; volens magis apphendere, nõ vñ tumida eloquentia diſcitur, ſed vnde vitæ pennitas comparat. Quiſquis em̃ fidem ueram tenet, vitam poſſidet, iuſtus enim ex fide uiuit. Et quiſquis in eiuſdem fidei myſterio cupit inſtrui, vitæ ſcientiam deſyderat adipiſci. In qua tñ quiſq; creſcit, quanto magis, quod uerum & ſalutare eſt, diſcit. Huius ſcientiæ qui tenuerit indubitanter initium, perueniet ad perfectum, & qui non ſpreuerit, lac Apoſtolici ſermonis humiliter accipere, ipſe merebitur ſolidi cibi perceptione gaudere.

Laudabilis in iuuene affect⁹ ad ſacras literas

Iuſtus ex fide uiuit

Siue aũt quis intra eccleſiam catholicam lacte nutriat, ſiue cibo paſcatur, tñ a ſinu matris eccleſiæ non receſſerit, vitæ particeps permanebit, quia tenens fidei iuſtitiam, poſſidebit & uitam. Quam uitam nec ille poſſidebit, qui permanet in infidelitate, nec ille qui perſeuerat in crimine, qm̃ de illis eſſe conuincitur, qui ſecundum Apli ſententiam ueram, ambulãt in uanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habentes intellectũ, alienati a uia Dei per ignorantiã, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum. Ipſa enim cordis cæcitas, & quid credat, & quid agat, ignorat.

Quis vitæ particeps.

Dicis itaq;, a quibuſdam Arrianis de patre & filio propoſitam quæſtionem, in qua patrem maiorem, & minorem filium aſſerebant. Te uero, propter diuinarũ ignorantiam literarum, qbus minus inſtructus es, non inueniſſe, quid eis in defenſionem veræ fidei reſponderes. Hoc in te itaq; primitus in nomĩe dñi lauddo, quia ſi tibi non fuit tanta reſpondendi facultas, permanſit tamen in corde tuo ueritatis firma credulitas. Non em̃ om̃es qui Chriſti participes ſunt, etiam reſpondendo poſſunt defenſare q̃d credũt, ſed etiam illa pars eſt profecto victoriæ, ut q̃diu quis ſermone non poteſt defendere veritatem, fideli tñ corde deuitet errorem.

Donatus de trinitate tentat⁹ ab Arrianis

Expedit aũt, ut ſaluberrima Petri Apli uerba ſectemur, præcipientis, ut ſimus parati ſemp̃ ad reſpondendum omni poſcenti nos rõnem de fide & ſpe, quæ in nobis eſt. Volens ergo ad reſpondendũ paratior inueniri, petis, ut noſtro inſtructus ſermõe, agnoſcas, queadmodum Hæreticis, fidem noſtram impugnare uolentibus, diuinis valeas armatus eloquiis obuiare. Proinde illud admoneo principalr̃ teneas ſan

Ad rñdẽdũ de fide paratí eſſe debemus.

ctam Trinitatē,id eſt,patrē & filiū & ſpūm ſanctū,naturaliter verū eſſe deum ſummū uerū & bonum vnius naturæ,vnius eſſentiæ,vnius oīpotentiæ,vnius bonitatis,vnius æternitatis,vnius imenſitatis.Ac ſic,cū vnū deū audis, patrē & filium & ſpūm ſanctū,vnā naturā ſummæ illius Trinitatis intellige. Et cū trinitatē audis,patrē & filiū & ſpūm ſanctū,tres pſonas vnius ſummæ illius diuinitatis agnoſce. Tres em̄ pſonæ ſunt,pater & filius & ſpūs ſanctus,ideo trinitas dicitur.Sed vna ſubſtantia eſt patris & filii & ſpūs ſancti,ideo ipſa Trinitas vnus deus ueraciter a fidelibus prædicat̃.

Tres pſonæ,non tres naturæ.

Tres itaq; pſonas eſſe, patrē & filiū & ſpūm ſanctū,oñdunt ipſius eloquia ueritatis. Vnde Saluator noſter ait. Non ſum ſolus,ſed ego & qui miſit me pater. De ſpū ſancto q̊q; dicit. Ego rogabo patrē,& aliū paraclitū dabit uobis ſpūm ueritatis. Præcepit etiā baptizari gentes,in noīe patris & filii & ſpūs ſancti. His itaq; hmōi teſtimoniis oſtendit̃, patrem & filiū & ſpūm ſanctū,tres eſſe pſonas,ſed nō tres eſſe naturas. Vnde trinitas illa ſancta digne credit̃ in pſonis. Tres aūt deos dici,patrē & filiū & ſpūm ſanctū,nō pmittit vnitas naturalis.

Aeq̄litas ī trinitate

Et qa in vna natura Trinitatis, nulla pōt eſſe diuerſitas,ideo in tribus pſonis manet incōfuſa ꝓprietas,& in vnitate naturæ regnat incōmutabiliter ſubſtantialis æqualitas. Ideo de filio dicit̃. Qui cū in forma dei eſſet,nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo. Et quia nō ſolū ſoluebat ſabbatū,ſed & patrē ſuū dicebat deū,æqualē ſe faciens deo. Ad hanc

Phil.ii.A

æqualitatē naturę uirtutiſq;,etiā illud ptinet,q̊d ipſe filius ait. Quia quæcunq; pater facit,hæc eadē & filius ſimiliter facit. Et ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ſic & filius q̊s vult viuificat. In illa Trinitatis natura, ſic totū vnū eſt, ut nihil ibi poſſit ſeparari uel diuidi. Sic totū æquale eſt,ut nihil ibi maius aut minus valeat inueniri.

Scripturæ teſtimonia, q̄ trinitas ſit vnꝰ deus.

Iſtū nobis vnū deū,noui & ueteris teſtamenti ueridica demōſtrat Authoritas. De hoc em̄ vno deo Beatus Moyſes dicit. Audi Iſrael, Dn̄s Deus tuus, deus vnus eſt, & dn̄m deū tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et ipſe dn̄s deus de ſe. Videte q̄ ego ſum ſolus,& nō eſt alius deus p̄ter me. De hoc & beatus Dauid dicit. Quis deus,p̄ter dn̄m,aut quis deus,p̄ter deū noſtrū. Sanctus q̊q; Iacobus Apl̄us,iſtū vnū deū p̄dicans,ait. Tu credis,quia vnus eſt deus,benefacis. Demones credūt,& cōtremiſcunt. Verūtn̄ nō ignoramus iſta teſtimonia,& ſi qua ſimilia in diuinis reperiunt̃ eloquiis, quibus vnus & ſolus aſſerit̃ deus. Nō ipſi ſanctæ trinitati,ſed vni tantū pſonæ,id eſt, ſoli deo patri, ab Hæreticis aſſignari. Proinde illoꝝ,q̄ ꝓpoſuimus teſtimonia,id eſt,illius, q̊ dicit̃. Audi Iſrael,Dn̄s deus tuus,deus unus eſt. & alterius,q̊ legit̃. Dn̄m deum tuū adorabis,& illi ſoli ſeruies,inquantū,ipſo dn̄o Deo donante,poſſumus,intelligentiā requiramus.

Audi Iſrael,dn̄s deus tuus, deus unꝰ eſt.

Primū quippe nos teſtimoniū poſuiſſe meminimus illud,q̊ dicit̃. Audi Iſrael,Dn̄s deus tuus,deus vnus eſt. Hoc itaq; ſic vtrunq; fatemur eſſe firmiſſimū,ut ab hoc teſtimonio nullius exiſtimet aliquatenus recedendū. Proinde,qm̄ duos a fidelibus coli,regula p̄cepti,huius nulla rōne pmittit,aut patrē & filiū credant vnū naturalr̄ deū,ſi uolunt ſine huius tranſgreſſione mādati,vnū deū ſic colere,ut nec patrē colant ſine filio, nec filiū ſine patre. At quia deus maior & deus minor,deus vnus eſſe non poſſent, neceſſe eſt, ut

aut patrem ſolũ dñm deũ ſuũ dicant, & filiũ dñm deũ ſuum oĩmodis negent. Aut ſolũ filiũ, dñm deũ aſſerant, & a dei patris cultura recedant. Sed deum patrem dñm deũ ſuũ negare nõ põt, quęuſq; adeo dñm deũ oĩm eſſe cõfirmant ut etiã ei diuinitatem filii tanq; minoris dei inuitæ ſeruitutis ſubiugare contendant. Filiũ uero, ſi dñm deũ ſuũ negare uoluerint, ipſius paternæ uocis teſtimonio ꝓtinus arguunt̃. Per os eñ Prophetę, ex pſona dei patris dicit̃. Et domui Iudæ miſerebor, & ſaluabo eos in dño deo ſuo. Ipm dñm eſſe deũ noſtrũ Euãgelicę quoq; ueritatis cõmendat auctoritas, vbi beati Thomæ Apl̃i cõfeſſio prauitati hæreticæ prorſus cõtradicit, exclamantis atq; dicentis. Dñs meus & Deus meus. Ergo qñ & patrẽ dñm ſine dubio confitent̃, & filiũ dñm deum fateri, Prophetica atq; Euangelica ueritate cogunt̃, aut patrẽ & filiũ, perſonarꝝ ꝓprietate ſeruata, vnũ dñm deũ naturaliter dicãt, aut cõfitentes ſolũ patrẽ ſuũ dñm deũ, cõſequenter dicãt filiũ nec dñm ſuũ eſſe nec deũ. Quod cũ dixerint, nunq; ſe audebũt aſſerere Chriſtianos, cũ utiq; chriſtianus a Chriſto nomen accepit. Chriſtianus aũt nullatenus eſſe poſſit, quiſq; ſi ipm Chriſtũ dñm deum ſuũ eſſe nõ dixerit. Fateant̃ ergo patrẽ & filiũ nõ duos dominos deos, ſed vnũ dñm deũ ſuũ, ſi uolunt ueritatẽ tenere fidei, & nolũt rebelles pceptis legalibus atq; Euãgelicis inueniri. Sic eñ poterunt & illius teſtimonii, q dictũ eſt. Dñm deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies, intellectũ pariter officiũq; ſeruare. Neq; eñ fas eſt, ſic adorare deũ patrẽ, ut deũ filiũ nõ adoret, cũ utiq; de ipo filio ſcriptũ ſit in Deutronomio. Lętamini cęli cũ eo ſimul, & adorẽt eũ oẽs angeli dei. De ipſo quoq; beatus Dauid in pſalmo dicit. Adorabũt eũ oẽs reges terræ, oẽs gẽtes ſeruiẽt ei. Quia ſi filius ſecundũ diuinitatem vnus deus cũ patre nõ eſſet, vnius cũ eo naturæ utiq; nõ fuiſſet, & ſi naturæ alterius eſſet, creatura ſine dubio eſſet. Si aũt creatura eſſet, ſeruiendũ ei, ſanctarꝝ ſcripturarꝝ auctoritas nõ iuberet, ſed potius ꝓhiberet. In primo eñ decalogi mandato, ſicut vnius Dei cultura ſeruituſq; manifeſtiſſime pcipitur, ita oĩ creaturæ adoratio ac ſeruitus a fidelibus exhibenda, uehemẽtiſſime prohibet̃. Ibi eñ dicit̃. Ego eñ ſum dñs deus tu⁹, q eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, nõ erũt tibi dii abſq; me. Sed ſi hoc ſimul a patre & filio dictũ accipit̃, vnus dñs Deus credat̃ pater & filius. Sed ſi hoc aut pater ſine filio aut ſine patre credit̃ dixiſſe filius, neceſſe eſt, ut aut pater dñs neget̃, aut filius. De illo eñ q dixit. Ego ſum dñs deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, non erunt tibi dii abſq; me. De ipſo ſanctus Moyſes ait. Audi Iſrael, Dñs deus tuus deus vnus eſt. Et quia ipſe deus ſibi ſoli pcipiens tm̃mõ ſeruiendũ, ſeq; iubens a fidelibus adorandũ, prorſus interdixit, ne quis auderet creaturã adorare, creaturæq; ſeruire. Propterea in fine illius primi pcepti, de oĩbus q creauit ita loquit̃. Nõ adorabis ea nec ſeruies eis. Ego eñ ſum dñs deus tuus. Quod utiq; ſciens beatus Apl̃us irã dei reuelari ꝓnunciat ſup oẽm impietatẽ & iniuſtitiã eorꝝ, q cõmutauerũt ueritatẽ dei in mendaciũ, & coluerũt & ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori, qui eſt bñdictus in ſæcula. Veritatẽ dei tenere, eſt vnũ deũ colere. Veritatem Dei in mendaciũ cõuertere, eſt creaturę ſeruire. Vera eñ religio in vnius con

Fili⁹ quoq; dñs deus dicitur.

Rõ fortiſſima contra Arrianos de patre et filio

Adorãd⁹ eſt & fili⁹

Exo. xx A

Deu. 6. A

Idolatræ ueritatẽ dei cõmutãt i mendacium

ſtat ueri Dei ſeruitio. Ipſa nanqꝫ veritas vnus eſt deus, & ſicut excepta vna ve
ritate nõ eſt alia ueritas, ſic abſqꝫ vno deo uero nõ eſt alius uerus deus. Ipſa em̃
vna ueritas, eſt naturaliter vna uera diuinitas. Et ita non poſſent duo ueri dii
Scriptura veraciter dici, ſicut ipſa vna ueritas, naturaliter non põt diuidi. Sancta uero
& patrẽ. ſcriptura, quæ nobis vnũ dñm deũ veraciter ſalubriterqꝫ cõmendat, ſicut pa-
& filium, trem uerũ deũ, ſic & filiũ verũ deũ, fidelibus cũctis inſinuat. De patre quippe
uerꝫ deũ dicit beatus Paulus Aplũs, Theſſalonicenſibus ſcribens. Cõuerſi eſtis ad dñm
ꝑdicat. a ſimulacris, ſeruire deo uiuo & uero, expectare filiũ eius de cælis, quẽ ſuſcita-
uit a mortuis Hieſum, qui eripuit nos ab ira uentura. Hic Hieſus Chriſtus nõ
ſic eſt dei patris filius, ſicut nos ſumus. Ille eſt em̃ ꝓprius, nos redempti. Ille na
tus, nos facti. Ille verus, nos adoptiui. Ille aũt, qui uerus eſt filius, ipſe etiã uerus
eſt Deus, nõ adoptiõe generatus, ſed de patre naturaliter natus. In q̊ uero deo
veroqꝫ filio, ideo eſt uera diuinitas, qa naturalis eſt illi de patre natiuitas. Pro-
i. Ioã. ult. pter q̊d eũ uerũ patris filiũ, uerũ deũ vitãqꝫ æternã, beatus Iohãnes in epĺa ſua
profitet̃. Scimus, qa filius dei uenit, & dedit nobis intellectũ, ut ſciamus uerum.
Chrs ue Et ſcimus in uero filio eius Hieſu Chriſto Hic eſt uerus deus, & uita ęterna.
rꝰ deus. Verũ itaqꝫ deũ colere, ueroqꝫ deo ſeruire, nõ eſt utiqꝫ ueritatẽ dei in mendatiũ
cõmutare. Ille ueritatẽ dei cõmutat in mendatiũ, q deo nõ uero exiſtimat ſerui
endũ. Ille aũt deũ nõ uerũ colit, & deo nõ uero ſeruit, q creaturæ ſeruierit, cre
aturãqꝫ coluerit. Quia ubi deus nõ uerus colit̃, & deo nõ uero ſeruit̃, ibi dei ue
ritas in mendatiũ cõmutat̃. Qm̃ ergo, & deũ patrẽ deũ uerũ, & deũ filiũ deum
uerũ, cæleſtiũ eloquiorꝫ atteſtatione cognoſcimus, aut vnũ uerũ deũ naturali-
ter patrẽ & filiũ cũ catholicis aſſerant, aut duos ueros deos a ſe coli cõtra ueri-
tatẽ ſanctæ fidei dicant, aut creaturæ cultores ſeipſos ꝓfiteri nõ metuant, ut ue
ritatẽ dei ſe in mendatiũ cõmutaſſe, ipſa rerũ manifeſtatione cognoſcant. Vna
quippe ueritas, vnius ueri dei, imo vna ueritas, vnus uerus deus, nõ ꝑmittit ſer
uitutẽ atqꝫ culturã ueri dei, de creaturæqꝫ coniungi. Vera q̊qꝫ religio, excepto
vno uero deo, nulli deo ſinit culturę ac ſeruitutis obſequiũ a fidelibus exhiberi.
Oĩs autẽ creatura, q̃ minor eſt a natura dei patris, ſine dubio creata natura eſt.
Nulla Quid eſt aũt creata natura, niſi creatura? Oĩs porro creatura, qm̃ opus eſt
creatura ueritatis, eſt qdem creatura uera, nõ tñ eſt ueritas. Sola aũt naturaliter eſt ueri
eſt ỽitas, tas, q̃ naturaliter eſt uera diuinitas. Illi ergo ueritatẽ dei nõ cõmutant in menda
ſed uera tium, ſed uerę fidei tenent ſalutare myſteriũ, q nec ſolũ patrẽ, nec ſolũ filiũ, ſed
ſimul patrẽ & filiũ, vnũ dñm deũ ſuũ, corde credũt ad iuſtitiã, & ore confitent̃
Ro. x. B. ad ſalutẽ. Quia nõ ſolũ pater deus, ſed etiã filius deus, naturaliter & uerax deus,
veritas deus, ꝑmanens cũ patre naturaliter, vnus uerax, vnus uerus, vnaqꝫ ueri
tas. Quia duos deos credi uel dici, oĩno ꝓhibet vna ueritas, q̃ ſola uera eſt diui
nitas. Proinde, ſecundũ diuinã naturã nõ eſt minor patre, ſed ęqualis eſt patri,
quia filius ita uerus deus dicit̃, ut pater deus uerior non dicat̃. In deo em̃ uero,
nihil minus exiſtimari ſinit ipſa ueritatis agnitio. Permanet itaqꝫ in patre & fi-
lio naturaliter vna uerę diuinitatis æqualitas, & vna incõmutabilis ac ſempiter
na maieſtas. Sic aũt filium patri æqualem ueraciter dicimus, ut etiam minorem

veraciter non negemus. Scimus em̄ deū filiū natū de natura dei patris, natum
etiam de natura uirginis matris. Ac per hoc uerū deum ueritatē paternæ natu
ræ, uerū deū hoīem de ueritate maternæ ſubſtantiæ, quē diuinitatis ęternitas
oſtēdit, ſine initio natū, & tpalis ſuſceptio carnis, docet ſine dubio minoratum.
Aequalis eſt filiꝰ patri, & minor eſt filius patre, æqualis uera diuinitate, minor
uera hūanitate. Aequalis, quia in principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū
& deus erat uerbū. Minor aūt, quia uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis.
Aequalis, quia cū in forma dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem
Deo. Minor aūt, quia ſemetipm exinaniuit, formā ſerui accipiens. Aequalis eſt
patri filius, quia de dn̄o natus eſt dn̄s. Minor eſt aūt patre filius, quia de ancil-
la factus eſt ſeruus. Inde eſt, q̊d dicit: De uentre matris meæ, deus meus es tu.
Et iterū. O dn̄e, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Aequalis eſt patri filius,
quia oīa p ipm facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Minor eſt aūt patre fi-
lius, quia factꝰ eſt ex muliere, factus ſub lege. Et ideo, ſicut ueraciter dei filius
deo pr̄i coęternꝰ agnoſcit̄, ſic ueraciter matre poſterior inuenit̄. Primā quippe
natiuitatem filii, nullatenus præceſſit æternitas patris, cuius tn̄ ſecundā natiuita
tem præceſſit tpalis natiuitas matris. In illa quippe natura dei patris, quæ eſſe
non cœpit, de æterno patre, coęternus eſt filius, inenarrabiliter natus, in natu-
ra uirginis, quæ eſſe cœpit ex tpe, de tpali matre tpaliter eſt idem filius miſeri-
corditer generatus. In ea natura dei filius æqualis eſt patri, qua ante oīa coęter
nus eſt patri. Et in ea natura eſt filiꝰ patre minor, in qua eſt & matre poſterior.
In ea natura patri æqualis eſt filius, in qua creator eſt angelorꝫ. In ea natura pa
tre minor eſt idem filius, in qua ab initio creaturæ adorat̄ & laudat̄ ab angelis.

Iohā. i. A

Duplex natiuitas chr̄i æterna & tpalis.

Apl̄ica quippe auctoritas, huius minorationis non deſtitit demōſtrare my
ſteriū, dicens. Eum aūt, qui modico ꝗ̃ angeli minoratus eſt, uidemus Hieſum
propter paſſionē mortis, gloria & honore coronatū. Superius aūt cuius natu
ræ ſit, hæc aſſignanda minoratio, euidēter oſtenſum eſt, qn̄ illud teſtimonium
prophetæ probatum eſt, in quo dicitur. Dn̄e quid eſt homo, quod memor es
eius, aut filius homīs qm̄ uiſitas eum? Minoraſti eum paulo minus ab angelis.
Dei ergo filius, ante ſuſceptionem carnis, cum in forma Dei eſſet, nō rapinam
arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, quia in illa forma Dei filius æqualis eſt pa
tri. Quia ſi minor eſſet, in eadem forma Dei nō eſſet. Sed in forma Dei filium
eſſe, Apl̄ica dicit auctoritas. Ideo ergo æqualē Deo eſſe, non illi rapina fuerat,
ſed natura, quæ in forma ueri Dei nō niſi uerus eſſe potuit deus. Et diuinę for
mę vnitas, ipa eſt diuītatis huiꝰ natural̄ æq̄litas. Vbi ergo formę vnitas in natu
ra erat, ęq̄litas rapīa nō erat. Naturalis aūt diuītatis ęq̄litas, q̄ i forma dei erat,
auferri deo uero non poterat. Inde eſt, ꝙ retinens ueritatem diuinitatis, & ve
ritatem accipiens carnis, vnus idemq́ Dei & hoīs filius; & patre factus eſt mi-
nor, & patri permanſit æqualis. Ideo vtrunq́ ueraciter ipſa ueritas dixit. Et pa
ter maior me eſt, & ego & pater vnum ſumus. Vere ergo deo patre minor eſt
Chriſtus, quia naturaliter ex patribus eſt ſecundum carnem. Et uere deo patri
æqualis eſt Chriſtus, quia naturaliter eſt ſuper oīa Deus benedictus in ſæcula.

Chr̄s minoratus paulo minus ab angelis.

Phil. ii. A

Chr̄s in forma hominis minor eſt patre

Proinde vera fides, quæ in vno eodemq; Chriſto, utriuſq; credit & cõfitetur ſubſtantiæ ueritatem, vnum eundemq; Chriſtum Dei filium, & ſecundum ueritatem carnis factũ, prædicat minorem. Et ſecũdum ueritatem diuinitatis patri Deo credit & confitetˀ æqualem. Sic ueraciter vnum deũ cum patre filium, uera fides adorat, quę ſic vni deo nouit a creaturis oĩbus ſeruiendum, ut nouerit creaturæ non debere ſeruitutis obſequium.

Spũs ſanctus non creatura ſed creator eſt

Inde eſt, ꝙ etiam ſpũm ſanctum creatorem uera fides aſſerit, nõ creaturam. Quõ eñ creator eſſe negetˀ, a quo firmata cælorũ uirtus oſtenditˀ, dicente Dauid. Verbo dñi cæli firmati ſunt, & ſpũ oris eius omnis uirtus eorꝝ. Et alio loco. Emitte ſpũm tuum & creabuntˀ. Creator quippe eſt oĩm rerum, qui factor eſt oĩm. De quo Beatus Iob dicit. Spũs diuinus, qui fecit me. Spũs ergo ſanctus, ſicut oĩa creauit, ſic oĩa replet immẽſus.

Spũs ſanctus eſt uer⁹ deus

Et quia oĩa replet, naturaliter eſt uerus deus. Scriptum eſt eñ Quia ſpũs dñi repleuit orbem terrarꝝ. Nam & beatus Dauid, ubiq; eſſe ſpũm dei teſtatˀ, dicens ipſe de eo. Quo ibo a ſpũ tuo, aut a facie tua quo fugiã? Quo modo aũt negant Arriani, Deum eſſe ſpũm ſanctum, cum ita ſimus templum ſpũs ſancti, ſicut ſumus tẽplum patris & filii. Apl'us eñ dicit. Neſcitis, qꝛ templum Dei eſtis? & ſpũs dei habitat in uobis? Si quis aũt tẽplum dei uiolauerit, diſperdet illum deus. Templum eñ dei factum eſt, quod eſtis uos. Sic aũt nos Apl'us aſſerit eſſe templum dei, ut in eadem epl'a, nos dicat etiã ſpũs ſancti. Dicit eñ. Neſcitis, quia mẽbra ueſtra templum eſt qui in uobis habitat ſpũs ſancti, quem habetis a Deo? Et ut ipm ſpũm ſanctum Deum eſſe demonſtraret, continuo ſubiunxit

Spũs ſanctus ęq̃lis ẽ deo pr̃i & filio

Glorificate & portate Deum in corpore ueſtro. Aequalis eſt ergo patri & filiǫ ſpũs ſanctus, quia creator eſt oĩm rerum, ſicut pater & filius. Aequalis eſt patri & filio ſpũs ſanctus, quia replet mundum, immenſus ſicut pater & filius. Aequalis eſt patri & filio ſpũs ſanctus, quia oĩm fidelium membra vnum templum habet, ſicut pater & filius. Quis autẽ negare audeat, vnam eſſe diuinitatem patris & filii & ſpũs ſancti, cum corpora fidelium (quę membra ſunt Chriſti) ipſa ſunt templũ ſpũs ſancti.

Cõcl'o de trinitate

Trinitas eſt itaq; vnus ſolus creator oĩm rerum Deus. Trinitas eſt vnus ſolus immenſus naturaliter Deus. Ad huius imaginem Trinitatis homo factus agnoſcitˀ, in cuius nomine baptizatus, denuo renouatˀ.

Matthei. vlti. D.

Baptizari autẽ gentes, in noĩe patris & filii & ſpũs ſancti Saluator noſter edocuit, ut ſicut Trinitatis opere initium conditionis accepimus, ſic in noĩe Trinitatis, diuinæ adoptionis gratia frui meremur.

In trib⁹ ꝑſonis nõ eſt diuerſitas diuinę naturę

Vnus eſt ergo uerus deus pater & filius & ſpũs ſanctus, qui omnipotentiſſima bonitate creat hoĩes, & gratuita miſeratione iuſtificat peccatores. Præter hũc vnum Deum uerum, nullus eſt deus, quia dum dicit. Videte, quia ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Docet nos & admonet, graue eſſe peccatum, ſi quis extra vnum deum alium credat. Alium ſine dubio credit, quiſquis in patre & filio & ſpũ ſancto, diuerſitatem diuinitatis exiſtimat. Cum ille deus, qui ſolus habet ueram diuinitatem, colendi alterius dei nullatenus tribuat facultatem. Nec ſacramento redemptionis ſic aliquatenus nominandus, quiſquis ab vnius ueri dei natura inuenitˀ extraneus. Myſterium aũt redemptiõis humanæ nulla rõne perficitur

perficitur,ſi in baptiſmo uel filii uel ſpũs ſancti uocabulum ſubtrahitur. Pro inde,quoniam epiſtolaris modus ſermonem noſtræ diſputationis non permit tit extendi,dilectionis tuæ primordia,non ſunt lectionis prolixitate fatiganda, ſed breuitate potius excitanda. Vt dum breue opus delectabiliter legis,ad pro lixam lectionem ardentius inflammeris.Pauca quæ dicturus ſum,intente lege, prudenter intellige,& indubitanter tene. Ex quibus ualeas in aſſertione a falſis uera diſcernere,& Chriſtianam fidem, ipſius inluminatoris noſtri iuuamine retinere

Excuſatiõ breuitatis

Vnus Deus eſt ſancta Trinitas, pater & filius & ſpũs ſanctus. Vna eſt patris & filii & ſpũs ſancti natura,ſed non vna perſona. Proinde,ut re tenta ueritate,poſſis refellere,uel certe reſpuere falſitatem,ſi quem uideris,ita patris & filii & ſpiritus ſancti vnam confiteri naturam, ut uelit vnam aſſerere perſonam,noli Chriſtianum catholicum putare, ſed hæreticum Sabellianum agnoſce.

Prio Sabellianorum

Si quem uero audieris,ita tres perſonas, patris & filii & ſpiritus ſancti dicere, ut uelit tres naturas iſtarum trium perſonarum aſſerere. Arrianum hæreticum ſine dubitatione intellege. Verum eſt enim quod Sabelliani de natura patris & filii & ſpiritus ſancti credunt,ſed falſum eſt, quod tres perſonas eſſe non credunt. Verum eſt etiam, quod Arriani tres perſonas patris & filii & ſpiritus ſancti dicunt,ſed falſum eſt,quod iſtarum trium perſonarum tres naturas perſuadere contendunt. Peruerſe itaq; Arriani naturam Trinita tis diuidunt,& perſonas Sabelliani confundunt. Cum ita ſit vna natura patris & filii & ſpiritus ſancti,ut non vna perſona, quia alia eſt perſona patris,alia filii, alia ſpiritus ſancti.

Secundo Arrianorum

Si quem uero uideris,patris quidem & filii vnam confiteri naturam, ſed ſpiritus ſancti alteram prædicare ſubſtantiam, ut æqualem quidem dicat patri filium,& ſolum minorem aſſerat ſpiritum ſanctum, iſte nõ tenet catholicæ fidei ueritatem,ſed Macedonianæ perfidiæ ſectatur errorem. Proinde quia nõ eſt catholicus Chriſtianus,ſed Macedonianus hæreticus eſt, ab omnibus eſt fidelibus reſpuendus.

Tertio Macedonianorũ

Nunc pauca de myſterio dominicæ incarnationis aduerte. Chriſtus enim Dei filius, qui ſeipſum ueritatem profitetur,ſicut uerus eſt deus,ſic uerus eſt homo. In quo,ſicut eſt plenitudo diuinę naturæ,ita eſt & plenitudo humanæ ſubſtantiæ. Ineſt enim illi naturalis ueritas diuinitatis,naturalis ueritas animæ rationalis,& naturalis ueritas carnis. Ac per hoc naturalis diuinitas communis eſt illi cum patre. Naturalis uero huma nitas communis eſt illi cum virgine matre

De ṽitate hũanæ naturæ in Chriſto

Siquis ergo ſic in Chriſto ueram diuinitatem prædicat,ut eius ueram carnem negare contendat,non eſt Chriſtianus catholicus,ſed hæreticus Manichæus. Cum ipſe Chriſtus diſcipulis du bitantibus diceret. Palpate & uidete, quia ſpũs carnem & oſſa non habet,ſicut me uidetis habere

Hæreſis Manichęorum

Rurſum ſiquis in Chriſto ſic ueritatẽ p̃dicat aĩę & carnis, ut ueritatẽ in eo nolit accipe deitatis,id eſt,qui ſic dicit Chriſtũ hoiem, ut Deũ neget,nõ eſt Chriſtianus catholicus,ſed Photinianus hæreticus.

Error Photinianorum

Chriſtus eñ queãdmodum ſecundũ ueram diuinitatẽ Deus creator eſt hoim,ita ſecundum ueram carnẽ mediator eſt Dei & hoim. Mediator enim nullatenus eſſet, ſi uel cum patre diuinitatis naturam,uel cũ hoibus cõem carnis & aniæ ſubſtantiam

nō haberet. In eo aūt uerus mediator eſt hoīm hō Chriſtus Hieſus, in q̄ & de patre formā dei (p̄ quā ſaluaret) naturaliter habuit, & ex virgine formā ſerui (quā in nobis ſaluaret) accepit. Nunq̄ aūt hō a Deo gratiā ſalutis acciperet, ſi in vna pſona Chriſti diuinæ humanæq̄ naturæ cōio nō maneret. Veritas ergo Chriſti ſicut habet ueritatē naturalē diuinitatis ex patre, ſic habet naturalē ueritatē humanitatis ex uirgine. Deus eñ vnigenitus, dignatus eſt in vtero virginis fieri humanæ carnis aīæq̄ ſuſceptor, ut eſſet humanæ carnis aīæq̄ ſaluator. Ipſe vnus, in q̄ eſt gemina, inſepabilis, inconſciſſibiliſq̄ natura. Et vtriuſq̄ naturæ vna perſona. In q̄ alii duo rurſus Hæretici, ſibimet cōtraria ſentientes, diuerſos errores inſtituiſſe cognoſcunť Neſtori⁹ & Eutyches. Neſtorius qppe qui duas in Chriſto cognouit eſſe naturas, conatus eſt duas p̄dicare pſonas, & ita cor hñs, falſitatis obſcuritate cæcatū, fidei Chriſtianæ nō dubitauit, ſuæ pſidię ſociare mendatiū. Fides eñ ſicut in Chriſto duas naturas ueraciter p̄dicat, ſic duas in eo pſonas oīno denegat. Eutyches uero recte credēs, vnā in Chriſto pſonam, puerſe uiſus eſt vnā in eo p̄dicare naturā, cū uera fides ſimul in Chriſto ſic, ppꝛietatem naturæ utriuſq̄ cognoſcat, ut vnā pſonam diuinitatis atq̄ humanitatis intellegat.

Duæ naturæ, in vna chri mediatoris pſona

Vnus quippe Chriſtus eſt, q in principio erat verbū & verbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Qui etiā uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Hinc Sabellianus uinciť, quia in eo, q̄d uerbū erat apud deum, oſtendiť altera patris, altera filii eſſe pſona. Hinc etiā Arrianus ſuperať, quia in eo, q̄d deus erat uerbū, oſtendiť vna eſſe patris filiiq̄ natura. Ad oſtendendā ppꝛietatem pſonę, ualet, q̄ ſolus filius verbū diciť. Ad oſtendendā huius naturæ cōionem ptinet, q̄ ſicut deus pater diciť, etiā filius deus nuncupať. Hinc etiā & Manichæus ſimul confundiť & Photinus, in eo q̄d diciť. Et verbū caro factū eſt. In noīe quippe verbi diuinitas uera cognoſciť, & in noīe carnis, uera humanitas inueniť. Vt Chriſtus filius dei, & uerus Deus & uerus hō, in utriuſq̄ noīs, naturali ueritate cognoſcať. Ac ſic, nec Manichæus in eo falſam p̄dicare audeat carnē. Nec Photinus ei naturalē ualeat adimere deitatē.

Ex principio Euangeliſtę cō uincunť Hæretici

Neſtorius quippe & Eutyches, Apl̄icis cōuincunť eloquiis. Ille, ut agnoſcat vnā Chriſti geminari pſonam nō poſſe, iſte, ut nouerit, Chriſti geminā cōfundi nō poſſe naturā. Ipſe qppe vn⁹ eſt Chriſtus, de q̄ ipſe (q̄d iā ſupius poſitū eſt) dicit Apl̄us. Quoꝝ patres, & ex qbus Chriſtus ſecundū carnē q eſt ſup oīa deus bn̄dictus in ſæcula. Vbi & vnā Chriſti pſonā, & geminā naturam, plenus ſp̄ū ſancto, demonſtrauit dicens quippe. Ex quibus Chriſtus ſecundū carnē, qui eſt ſup oīa bn̄dictus in ſæcula. Sicut dei & carnis noīe, ueritatē naturæ utriuſq̄ indubitanter oſtendit, ſic in vno Chriſti noīe vnā pſonam diuinitatis edocuit. Chriſtus eñ, qui eſt ex patribus ſecundū carnē. Ipſe eſt ſup oīa deus bn̄dictus in ſæcula.

Neſtori⁹ & Eutyches ex Apl̄o refelluntť

Non confundiť natura, quā dei filius habet ex patre cū ea natura, quā idem Deus ſumpſit ex uirgine. Sed nec habuit Chriſtus duas aliqñ pſonas, quia idē deus vnigenitus, & ſecundū diuinitatē natus eſt de patre, & ſecundū carnē proceſſit ex virgine. Et quia uerbū deus natus eſt, eſt de deo, idē uerbū caro factū tanq̄ ſponſus, pceſſit de thalamo ſuó. Ipſe vnus, qui ſeruata utriuſq̄ ppꝛietate

Incōfuſæ mãſerūt duę ī uno chr̄o ſubſtantiæ.

naturæ

naturæ,& crucifixus eſt ex infirmitate,& uiuit ex uirtute dei. Hæc tibi Chariſſime fili,pro tuo ſancto deſyderio & dilectione tranſmiſi,ex quibus tibi quidem præbeat̃ inſtructionis guſtus, & ex hoc guſtu creſcat in te prolixioris lectionis affectus,ut tanto magis poſſis deo adiuuante ꝓficere,quanto ſtudioſius cœperis ſanctorũ patrũ relicta requirère,inuenta frequentius atq; attentius recenſere. Vnde tibi,deo adiuuante,gratia ſciẽtiæ plenioris accedat,qua poſſis non ſolũ uerã retinere fidẽ,uerũ etiã hæreticoꝝ mortiferã cõuincere falſitatẽ, credens,& firmiter retinens,unã naturã & tres ꝑſonas in Trinitate deo. Et unã ꝑſonam duaſq; naturas in unigenito dei filio,dño noſtro,Hieſu Chriſto.

Cõcõ libri,exhortãs ad ſcripta ſctõꝝ

SERMO B. FVLGENTII, DE CONFESSORIBVS ET Diſpenſatoribus Domini.

DOMINICVS Sermo quem debemus om̃es, non ſolum ſtudioſe,uerũ etiam ſapienter audire,cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire,moderationis ſuæ tenens ubiq; temperiẽ,ut nec ouibus deſint pabula,nec paſtoribus alimenta,q̃dam ſpecialiter ſolis p̃cepit nobis. Nobis nãq; (id eſt ſeruis,quos pater ille familias,rerũ oĩm dñs,ad hoc in ſua magna domo cõſtituit, ut pp̃lo eius uerbũ gratiæ miniſtremus) ſpecialiter iniungit̃ ſanctę p̃dicationis officium,generaliter uero nobis & uobis,ſalutaris indicit̃ obedientia mandatorum. In quibus denuo mandatis,tanq̃ ditiſſimis ferculis,ſic cæleſtiũ delitiarũ copia ſpiritalis exuberat,ut in verbo dei abundet,q̃d ꝑfectus comedat,abundet etiã,q̃d puulus ſugat. Ibi eſt em̃ ſimul & lacteus potus,q̃ tenera fidelium nutriat̃ infantia. & ſolidus cibus,q̃ robuſta perfectoꝝ iuuentus, ſpiritalia ſanctæ virtutis accipiat incrementa. Ibi proſus ad ſalutem conſulitur vniuerſis, quos Dñs ſaluare dignatur. Ibi eſt,quod omni ætati congruat. Ibi,quod omni profeſſioni conueniat. Ibi audiuimus p̃cepta quid faciamus. Ibi cognoſcimus p̃mia quæ ſperemus. Ibi eſt iuſſio,q̃ nos per literam doceat & inſtruat ſcientiam. Ibi promiſſio q̃ per gratiam trahat,& ꝑducat ad gloriam.

In mandatis dei fructꝰ copioſus.

Seruoꝝ igit̃,quos populo ſuo præpoſuit Dñs,ſpeciale uolens officiũ demõſtrare,ait,quod ex euangelio modo audiuimus. Quiſputas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quẽ conſtituit Dñs ſupra familiam ſuam,ut det illis in tẽpore tritici menſuram. Beatus ille ſeruus,quem,cum uenerit Dñs,inuenerit uigilantem. Quis eſt iſte dñs fratres? Chriſtus ſine dubio,qui ſuis diſcipulis ait. Vos uocatis me magiſter & domine,& bene dicitis,ſum etenim. Quæ eſt etiam huius domini familia? Nimirum illa eſt,quam ipſe Dñs de manu inimici redemit,& ſuo dominio mancipauit. Hęc aũt familia ẽ catholica eccleſia,q̃ p orbẽ terrę copioſa fertilitate diffundit̃, & redemptam ſe p̃cioſo ſui dñi ſanguĩe gloriat̃. Filius em̃ hoĩs,ſicut ip̃e ait. Venit,nõ manifeſtari ſed manifeſtare,& dare aĩam ſuã redẽptionẽ ꝓ multis.

Expoſitõ parabolę de diſpẽſatore, quẽ dñs cõſtituit ſup familiã ſuam

Grex ergo boni paſtoris, ipſa eſt familia redemptoris. Diſpẽſator uero qui ſit, quem oportet eſſe fidelem pariter & prudentẽ, Paulus nobis oſtendit Apl'us qui de ſe ſuiſq́ſociis loquens ait. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſterioꝝ Dei. Hic iam quærit̃ inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniat̃. Ne quis aũt noſtrũ, ſolos Apl'os diſpẽſatores factos exiſtimet, neglectoq́ militiæ ſpiritalis officio, ſeruus piger infideliter imprudẽterq́ dormitet. Ipſe Beatus Apl'us, Epiſcopos q̃q́ diſpenſatores eſſe oſtendẽs, ait. Oportet em̃ Epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſatorẽ. Serui aũt patriſſamilias ſumus, diſpenſatores dñi ſumus, menſurã tritici, quã vobis erogemus, accepimus. Quæ uero ſit iſta mẽſura tritici, ſi quæramus, ipſã q̃q́ nobis Beatus Paulus Apl'us oſtendit dicens. Vnicuiq́ ſic deus diuiſit menſurã fidei. Quam ergo menſurã tritici Chriſtus nũcupat, ipſam menſurã fidei Paulus appellat, vt agnoſcamus, nõ aliud eſſe ſpiritale triticũ, q̃ Chriſtianæ fidei venerabile ſacramentum. Huius tritici menſuram uobis in noĩe dñi damus, q̃tiens inluminati dono gratię ſpiritalis, ſecundũ regulã veræ fidei diſputamus, & eandẽ tritici menſurã ꝑ dñicos diſpenſatores accipitis, cũ q̃tidie ꝑ dei famulos uerbũ ueritatis auditis. De ipſa nũc ergo tritici menſura loquamur. Ex ipa, ſicut deus diuidit, vniuerſi paſcamur, inde alimẽta bonæ uitæ ſumamus, ut ad æternæ uitæ p̃mia ꝑuenire poſſimus, in illũ credentes, in illo ſperantes, illũ p̃ oĩbus & in oĩbus diligentes, q ſeip̃m nobis, & alimentũ p̃ſtat, ne deficiam⁹ in uia, & p̃mium ſeruat, ut gaudeamus in patria. Chr̃s eſt em̃ alimentũ nr̃m. Chriſtus erit p̃miũ noſtrũ. Chriſtus eſt cibus & cõſolatio currentiũ uiatoꝝ. Ipſe ſacietas & exultatio quieſcentium beatoꝝ. Ad ipſam itaq́ tritici menſurã ꝑtinet, q̃d Dñs ait. Vendite, quæ poſſidetis, & date elemoſynã, facite vobis ſacculos, qui nõ ueteraſcũt, theſaurũ non deficientẽ in cælis, quo fur non appropiat, neq́ tinea corrũpit. Magnum bonum eſt, fratres chariſſimi, ualde cõgruum, valde cõmodum, & maxime chriſtianis appetendũ, ut vnuſquiſq́ deficere non delectet̃ in pœnis, ſed oẽs proficere ſtudeamus in melius. Arbores ſumus fratres, in agro dñico cõſtitutæ. Deus autẽ noſter agricola. Ille nos cõpluit, ille colit. Ipſe fœcunditatem donat, ipſe fructificãdi gratiã ſubminiſtrat. Pluuia dei eſt ſermo ſanctæ ꝑdicatiõis, cultura dei eſt infuſio gratiæ ſpiritalis. Deus igit̃ p̃cepto nos cõpluit, adiutorio colit. Dum cõpluit, aufert a nobis ignorantiæ ſiccitatẽ. Dum colit, beneuiuẽdi cõdonat ubertatem. Dum pluit, terrã noſtri cordis irrigat, dũ uero colit, de ipſa terra ſpinas & tribulos mundanæ cupiditatis extirpat. Debemus itaq́ fœcundari cęleſtibus pluuiis, debemus cõgrua fructificatione manibus ſupni reſpondere cultoris. Et ſi non poſſunt oẽs arbores, æquales fructus afferre, nulla tñ debet in agro dñico ſterilis ꝑmanere. Multũ metuenda eſt nobis fratres illa ſententia cõminantis, qua dicit̃. Oĩs arbor, quę non facit fructũ bonũ, excidet̃, & in ignem mittet̃. Quod ſi ſterilitas in ignẽ mittit̃, rapacitas q̃d meret̃? Aut q̃d recipiet, q alienũ tulerit, ſi ſemp ardebit, q de ſuo non dederit? Et ſi iudiciũ ſine miſcđ'ia erit illi, q nõ facit miſericordiã, q̃le iudiciũ erit illi, q fecerit & rapinã? Timeam⁹ ergo frẽs, timeam⁹ act⁹ nr̃os. Obediẽs Chr̃o, vẽdat q̃ poſſidet & elemoſynam

Non ſoli apl'i ſed et epi diſpẽſatores ſũt domini.

Chr̃s alimẽtũ noſtrum

Arbores ſumus in agro dominico

Om̃is arbor q̃ nõ facit fructum excidetur.

moſynam det, ut de terra cor ad cælū leuet, ut auaritiā calcet, ut ad ꝑfectionis
culmen tota mentis intentiōe feſtinet, ut nō ſit ſolicitus q̄ ſunt mundi, ſed quæ
ſunt dn̄i, ut mundū ſibi crucifixū habeat, ſecꝫ mundo crucifixū exhibeat, ut ſit
oīno pauꝑ in ſæculo, & diues in Chriſto. Quis ignoret boni huius magnitudi
nem? Videmꝰ aūt, nō oībus uendendaꝝ rerū ſuaꝝ ineſſe uirtutē. Vnuſquiſcꝫ
em̄ ꝓprium habet donū ex deo, alius ꝗdem ſic, alius aūt ſic. Ecce hoc iā magnū
bonū implere pauci poſſunt, multi nō poſſunt. Nunꝗd quia paucis donať iſta
ꝑfectio, ꝓpterea debent eſſe peſſimi, quicūcꝫ in bono nondū poſſunt eſſe per
fecti? Nunquid ꝓpterea Chriſtianus debet vitio rapacitatis inſiſtere, quia Ne ſimꝰ
forte nondū pōt oēs res ſuas pauꝑibus erogare? Aut ideo debet aliena concu rapaces
piſcere, ꝗa ꝓpria necdū pōt oīno cōtēnere? Abſit hoc frēs ab oībus Chriſtia-
nis, auertat hoc deus a fidelibus ſuis. Apl'us em̄ ueraciter dicit. Quia necꝫ aua
ri necꝫ rapaces regnū dei poſſidebūt. Manifeſtū eſt aūt, quia oēs, qui a regno
dei alienabunť, in æternū ignē cū diabolo eiuſcꝫ angelis damnabunť. Proinde
dilectiſſimi, ſi nō oēs poſſunt implere q̊d dn̄s ait. Vendite q̄ poſſidetis Illud Date ele-
tū, q̊d adiecit, dicens. Date elemoſynā, oībus eſt poſſibile, ſi aſſit bona volūtas moſynā
oībus facile, ſi nō aſſit dira cupiditas, oībus ſalubre, ſi ferueat charitas (cūctis de
bet eſſe cōe) vt oībus doneť æterna fœlicitas. Qui ergo tantā uirtutē accipit
a dn̄o, ut oīa q̄ in mundo ſunt, cæleſtis regni amore cōtemnat, q̄ habet vendat,
& egenis expendat. Qui uero tantæ uirtutis nondū eſt, de his q̄ hēt, inquantū
habet, elemoſynā faciat. Tantū opereť bona uoluntas, quantū ſuppetit facultas.
Perfectus poſſideat primū uirtutis locū, imꝑfectus ſaltem ꝑueniat ad ſecundū
Efficiať ille glorioſe dignus, ſit iſte laudabiliter largus. Sit ille ſanctæ pauꝑtatis
ardentiſſimus amator, ſit iſte ſanctoꝝ pauperū piiſſimus conſolator. Habeat
iſte apud deum patronos pauꝑes, q̊s ille ſe gaudet virtutis habere cōſortes. Sit
ille talis, qui cū dn̄o iudicaturus ſedeat, ſit iſte talis, qui ad dexterā iudicandus
aſſiſtat. Sit ille talis, qui ad æterna tabernacula ꝑpetuo iure poſſideat, ſit iſte ta-
lis, quē ille recipiat. Admonet em̄ nos dn̄s, dicēs. Facite uobis amicos de mam
mona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Hoc ergo fratres Prȩcepta
neceſſariū eſt oībus nobis, ut in bonis opibus nemo ſit ſegnis, nemo ſit ſterilis, oībus ne
nemo p̄ſentiū delectatione, futura contēnat, nemo æterna deſpiciens, ſola tem ceſſaria
poralia ꝑuerſus aſpiciat, nemo ſpiritalibus corꝑalia p̄ferat, nemo terrā cæleſti- ad ſalutē
bus anteponat. Theſaurū noſtrū, fratres, in cȩlis ponamus, ut etiā cor noſtrū in
cælis habere poſſimus. Neceſſe eſt em̄ ut q̊ p̄ceſſerit dilectionis theſaurus, il-
luc etiā cogitationis ſequať affectus. Ideo veritas ait. Vbi em̄ theſaurus ueſter
eſt, ibi & cor ueſtrū erit. Vt ergo in cælis theſaurizemus, cæleſtia diligamus.
Vis noſſe, vbi theſaurizas? Attende q̊d amas. Vis noſſe q̊d amas? attende ꝗd
cogitas. Ita fiet, ut theſaurū tuū ex toto amore cognoſcas, & amorē tuū inditiū
tuæ cogitationis intellegas. Oſtendens aūt dn̄s, quō in cælis theſaurizare poſſi
mus, ait. Sint lumbi ueſtri p̄cincti, & lucernæ ardentes. Si iſtū Dn̄i ſermonē ſe
cundum literā uelimus accipe, nihil in eo cōmodi ſpiritalis poſſumus inuenire.
Quid em̄ profuit ad aīæ ſalutē, ſi aliquis corporaliter aut lūbos p̄cingat, aut lu

cernam accendat? Alia ergo in p̄cinctis lumbis & lucernis ardentibus q̄renda eſt intellegentia ſpiritalis, q̄ ſcilicet diuino ſit præcepto cõdigna, q̄ noſtræ ſaluti cõgrua reperiat̃ & cõmoda. Neq; ẽm fruſtra q̄dam loco ipſe dñs ait. Verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpũs & uita ſunt. In lũbis itaq; cõcupiſcentia carnalis oſtendit̃, in lucernis uero fides & charitas chriſtiana monſtrat̃. Iubens igit̃ dñs, lũbos noſtros p̄cingi, cõcupiſcentias carnis ſine dubio p̄cepit refrenari. Imperans aũt, ut lucernas ardentes habeamus, hoc utiq; iubet, ut & lumine ueræ fidei ſplendeamus, & ſanctæ charitatis opibus ferueamus. Iubẽs, ut ſint lũbi noſtri p̄cincti, mandat, ut mala deſyderia atq; opa fugiamus. Iubẽs, ut ſint lucernæ

Concor dat euan geliũ pro pheticis dictis.

noſtræ ardentes, monet, ut bona diligamus atq; faciamus. Iſta quæ de Euangelio ꝓpoſuimus cũ ꝓpheticis ſermonibus conferamus. Vtrũq; ẽm teſtamentum Deus inſtituit, vnus dñs dedit, & ſi ſunt utriuſq; teſtamẽti diuerſa ꝓ temporibus ſacramenta, cõcordat tñ in utroq; ſalutis humanæ ſententia, qua præcipit̃, ut nõ peccemus, & iubet̃, ut bonis opibus inſiſtamus. Præcepit itaq; dñs per beatũ Dauid dicens. Declina a malo, & fac bonũ. Per Eſaiã q̄q; oẽs, his admonet uerbis. Auferte malũ cogitationũ ueſtrarũ ab oculis meis, quieſcite per uerſe agere, diſcite benefacere. Hoc ergo nunc dñs per ſeipm̃ p̄cipit, q̄d nobis per ſanctos etiã patriarchas ꝓphetaſq; mandauit. Quid eſt ẽm. Sint lumbi ueſtri p̄cincti, niſi declinate a malo. Quid eſt. Sint lucernæ ardẽtes, niſi facite bonum? Quid eſt. Sint lumbi ueſtri prę̄cincti, niſi quieſcite agere ꝑuerſe? Quid

Præcin guntur lumbi

eſt. Sint lucernæ ardentes, niſi diſcite benefacere? Pręcingunt̃ ẽm fidelium lumbi, dum cõcupiſcentia mala comprimit̃, dũ iniqua cogitatio cohibet̃, dum libidini reſiſtit animus, dum laſciuię denegat̃ effectus, dũ calcat̃ luxuria, dũ auaritia contemnit̃ & rapina, dũ proximi lęſio deuitat̃, dũ ſupbia vincit̃, dũ inuidia

Ardẽt lu cernæ

ſuperat̃. Ardent uero lucernæ fideliũ, dũ rectę fidei regulam ſeruant, dũ in ſinu matris eccleſiæ longanimiter pſeuerant, dum terrena cõtemnunt, & cæleſtia concupiſcũt, dum ſolliciti pacem cuſtodiũt, dum ſe inuicem pure diligunt, dum mutuo ſe honore præueniunt, dum manſuetudine cordis & humilitate proficiunt, dum miſericordiæ opera libenter atq; hilariter faciunt, dumq; in operibus bonis non hominibus ſed deo placere contendunt. Omnis ergo Chriſtianus pręcinctos habeat lumbos, ut fugiat libidinem. Ardentem habeat lucernam, ut cuſtodiat caſtitatem. Præcinctos habeat lumbos, ut aliquid alienum nec rapiat nec furet̃. Ardentẽ habeat lucernam, ut de ſuo miſericorditer operet̃. Præcinctos habeat lumbos, ut minorẽ non opprimat. Ardentẽ habeat lucernã, ut oppreſſo uelamine iuſtitiæ duntaxat defenſionis auxiliũ impendat. Præcinctos habeat lumbos, ut habenti non auferat cibũ. Ardentem habeat lucernam, ut eſurienti tribuat alimentũ. Præcinctos habeat lumbos, ut non ſpoliat ueſtitum. Ardentẽ habeat lucernam, ut ueſtiat nudum. Præcinctos habeat lumbos, ut domũ nullius inuadat. Ardentẽ habeat lucernã, ut pegrinos Chriſti libenter excipiat. Præcinctos habeat lumbos, ut fugiat elationẽ. Ardentem habeat lucernã, ut ſeruet humilitatẽ. Pręcinctos habeat lumbos, ut expellat a ſe inuidiã & liuorẽ. Ardentẽ habeat lucernam, ut purã cũctis exhibeat charitatẽ.

Præcinctos

Exhortatio ad opa charitatis,cũ inuocatiõe diuinæ gratiæ

Præcinctos habeat lumbos,ut non exhibeat membra ſua arma iniquitatis peccato. Ardentẽ habeat lucernã,ut exhibeat mẽbro ſua arma iuſtitię deo. Hęc eſt,Fratres,catholicæ fidei uera ſanaq; doctrina.Hęc eſt mẽſura tritici,de qua dñi redemptoris eſt paſcẽda familia. Ex hac nobis,quantũ dñs tribuit,damus, ipmq; dñm iugiter exoramus,ut & nos & uos in timore gratię ſuæ paſcere dignet̃ auxilio. Auferat a nobis dñationem prauæ cupiditatis,donet oĩbus ꝓfectum & pſeuerantiam charitatis. Lumbos noſtros ipſe præcingat. Lucernas noſtras ipſe ardere faciat,ardenteſq; cuſtodiat,ut nec refrigeſcat noſtra charitas,nec aliqua nobis dominet̃ iniquitas. Sed dñs ac redemptor noſter oĩbus tribuat,vniuerſis donum ſanctę inluminationis ac uirtutis infundat,nobis donet ut q̃d ab illo audimus,recte intelligamus,& ſicut oportet faciamus,vobiſq; faciendum,ſermone ſufficienti & congruo prædicemus. Vobis quoq; donet,ut quod ab illo per ſeruos eius auditis,& corde intelligatis,& opere faciatis. Hoc ergo diuina miſericordia operet̃ in oĩbus nobis,ut nos,quos uoluit eſſe diſpenſatores,fideles faciat & prudentes. Vos quoq; faciat obedientes & humiles, vt menſuram tritici dominici,quam vobis damus,communem vobiſcum ſalubriter atq; utiliter habeamus.

SERMO B. FVLGENTII, DE DVPLICI NATIVITATE Chriſti, vna æterna ex patre, altera temporali ex Virgine.

Verbum dei genitũ a pre, nõ factũ

CVPIENTES aliquid de huius diei ſolẽnitate narrare,ſimulq; cõſyderantes illud vnũ Verbum,de quo dicere voluimus,nulla inuenimus uerba, quibus ſufficiẽter aliquid dicere valeamus. Eſt eñ hoc Verbum,nõ quod deſinit prolatum, ſed quod permanet natum, non tranſitoriũ,ſed ęternũ,nõ factum a Deo patre,ſed genitum,nec ſolum genitum,ſed etiã vnigenitũ.Vnum quippe verbum,deus pater genuit de ſe ipſo,per quod oĩa creauit ex nihilo. In principio erat verbum,& verbũ erat apud deũ,& deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deũ. Oĩa p ip̃m facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil. In hoc aũt quod p illud uerbũ Deus pater oĩa fecit,oſtendit̃, quia hoc uerbũ genuit ipſe, nõ fecit. Illud igit̃ verbũ de deo deus eſt, de creatore creator eſt. Vñ hoc in ſe naturaliter habet eſſe,q̃d pater eſt.

Vna natura diuina illius uerbi cũ patre

Natus eſt itaq; de patre deo filius deus, alter in perſona,non alius in natura,ſemp apud patrem,ſemp cum patre,ſemp de patre,ſemp in patre. Semper apud patrem,cũ quo illi eſt naturalis immenſitas.Semp cum patre,cum quo illi vna eſt naturalis æternitas.Semp de patre, de quo illi eſt naturaliter æterna natiuitas. Semper in patre,cũ quo illi eſt vna naturaliter æqualiſq; diuinitas. Et alter quidem ille pater eſt,alter ille q̃d filius eſt. Neuter tñ alter deus,quia pater & filius vn⁹ eſt deus. Quapropter q̃m de

patre deo & filio deo naſcit̃ ſermo, digne dicim⁹ alterũ eſſe patrem, & alterum filiũ, & nihilominus, digne dicimus vnũ deũ eſſe patrẽ & filiũ. Cũ eñ dicim⁹, alterꝫ eſſe patrẽ, alterꝫ filiũ, diſcretas pſonas genitoris genitiq́ꝫ monſtramus. Cũ vo dicim⁹ vnũ deũ eſſe patrẽ & filiũ, ipſam vnã naturã indiſcretę diuinitatis oſtẽdimus. Altera eſt eñ pſona genitoris & geniti, ſed vna ẽ natura genitoris & geniti. Quõ uero ſufficienter aut digne loq poterit quis? de quo? Homo de deo, mortalis de immortali, viſibilis de inuiſibili, mutabilis de incõmutabili, opus de opifice, de creatore creatura, de factore factura, paruus de immenſo, tpalis de ęterno, humilis de altiſſimo, plaſmatus ẽ limo de illo qui oĩa creauit ex nihilo. Cuius eſt inenarrabilis om̃ipotentia, qua nos gratuita bonitate fecit. Nec minus tñ inenarrabilis gratia, qua nos oĩpotentiſſima miſeratione ſaluauit, qui & opus creatricis oĩpotentiæ gratis fecit, & opus gratię ſaluatricis oĩpotenter impleuit. Illic habens poteſtatem cõdendi & regendi creaturam ſuam, hic habens poteſtatem ponendi & ſumendi pro nobis animam ſuam. Om̃ipotentiam uero nũc dicimus, qua verbum, quod in principio erat, & apud deum erat, & deus erat, fecit omne quod nouerat. Gratiam uero, qua uerbum caro factum, uenit quærere & ſaluum facere, quod perierat. Omnipotentiam, qua fecit omnem diem, Gratiam, qua certo die cõcipi, & certo die dignatus eſt naſci. Idem igitur minoratus paulo minus ab angelis, in die factus eſt hominum, qui coæternus & æqualis Deo patri, dies ſanctorum ſemper eſt angelorum. De ipſo quippe Propheta dicit. Bene nunciate diem de die, ſalutare eius. Quid eſt, diem de die, niſi filium de patre? Eſt igitur de patre filius, de die dies, ſed tamen pater & filius non duo dies, ſed vnus eſt dies. Eſt de patre filius, de deo deus, Pater tamen & filius non duo Dii, ſed vnus eſt Deus. Vnus igitur dies æternitatis ſimul pater & filius a nobis agnoſcitur, in die autem temporis ſolus filius inuenitur. Dies etenim æternus, pater & filius, noſtrum corpus & animam fecit. In die uero temporis, ſolus filius noſtrum corpus animamq́ꝫ ſuſcepit. Chriſtus dies æternus, vnigenitus, in forma Dei manens. Chriſtus in die temporis vnigenitus, formam ſerui accipiens. Chriſtus dies æternus, diues permanens, ut conderet nos. Chriſtus in die temporis, pauper factus, ut redimeret nos. Dies æternus Chriſtus Deus de deo patre. Chriſtus in die temporis Deus homo, de uirgine matre. Chriſtus dies æternus, verbum eructauit de corde patris. Chriſtus in die temporis, verbum caro factum, de utero uirginis matris. Chriſtus dies æternus, deus uerus de deo uero. Chriſtus in die temporis, ſponſus, procedens de Thalamo ſuo. Dies æternitatis Chriſtus, angelos ſanctos creans. Dies in tempore Chriſtus homines ſaluans. Dies æternitatis Chriſtus, in cælo ſanctos angelos paſcens. Dies tp̃is Chriſtus, hoĩes in terra reficiẽs. Vt eñ panem angelorꝫ mãducaret hõ, creator angelorꝫ factus eſt hõ, vtroſq́ꝫ paſcens, & integer pmanens. Quã bonus panis, qui & angelos paſcit per ſpem, ut de ipſo ſacietur in patria, & nos paſcit per fidem, ne deficiamus in via. Ille panis, qui ſeipm̃ dat angelis gaudium ſtabilitatis, ſeipm̃ dedit hominibus, ad remedium ſanitatis. Et qui eſt angelorꝫ eſca, nobis factus eſt medicina.

Nõ põt homo de deo ſuffi cienter loqui

Duplex dies chri, ęternitatis & tp̃is

Chrs panis angelorꝫ & hoim.

Verũtamen hic dilectiſſimi fratres attendite magnitudinem gratiæ,& agno ſcite,quid deus hoiem dignatus eſt prærogare.Chriſtus enim dei filius,de utero deo deus uerus,& vnus cum patre naturaliter deus,ſemper ex ſeipſo ſanctos angelos oaſcit,ſed tamen angelicam naturam dei filius nõ accepit. Vt aũt ſuam charitatem deus cõmendaret in nobis,filius eius naturam noſtram ſuſcepit ex nobis,& deus vnigenitus,qui panis eſt angelorum,ut etiam hoĩm ſeipm faceret panem,ſimul hoĩs & aĩam ſuſcepit & carnem. Accepit vtrãq; ueram vtranq; ſanctam,utranq; mundam. Accepit aĩam noſtram ſine iniquitate. Accepit aĩam noſtram cum mortalitate. Accepit aĩam iuſtam,per quã noſtris animabus iuſtitiã redderet. Carnem uero propterea dignatus eſt habere mortalem,ut ſecundum ipſam moriens,mortẽ vinceret,ſecundum ipſam etiam reſurgeret,per quam noſtra corpa ſuſcitaret. Magnum myſterium, dilectiſſimi fratres,magnum diuinæ dilectionis indiciũ. Homo deum cõtemnens,a deo diſceſſit,deus hoĩem diligens ad hoĩes uenit. Dilexit impium, ut faceret iuſtum. Dilexit infirmũ,ut faceret ſanum. Dilexit peruerſum,ut faceret rectum. Dilexit mortuum,ut faceret viuum. Et quid amplius dicam? qñquidem Deus vnigenitus humanam naturam tantũ dilexit,ut eam nõ ſolum a poteſtate mali angeli liberaret,verũetiam in ſeipſo ſup oẽs bonos angelos, in patris dextera collocaret. Natura eñ quæ in primo hoĩe mundum peccato polluit,ipſa in ſecundo hoĩe mundum a peccato mundauit. Primus homo de terra terrenus,ſecundus homo de cælo cæleſtis. Primum hoĩem mulier corrupta mente decepit,ſecundum hoĩem uirgo,incorrupta uirginitate concepit. In primi hoĩs coniuge, nequitia diaboli ſeductam deprauauit mentem. In ſecundi aũt hoĩs matre,gratia dei & mentem integram ſeruauit & carnem.Menti contulit firmiſſimam fidem, carni abſtulit oĩno libidinem. Qm̃ igitur miſerabiliter pro peccato dãnatus eſt homo. Ideo ſine peccato mirabiliter natus eſt Deus homo. Attendite, fratres,medicinalis gratiæ lineas, diuina nobis benignitate monſtratas. Tunc ad Euam angelus malus acceſſit,ut per eam homo, quem Deus fecerat, a Deo ſepararetur. Nunc autem ad Mariã bonus angelus uenit,ut in ea,humanę naturæ deus vnigenitus vniret. Venit ad Euam diabolus,ut uitã nobis malignus auferret,venit ad Mariã Gabriel,ut uitam reddendam hoĩbus nũciaret. Per primi hoĩs culpã,cœpit diabolus hoĩ dñari,per ſecundi hoĩs gratiã, cœpit ab hoĩe ſuperari. Sup primũ ſupbus,ſub ſecũdo captiuus. Per illũ nos captiuatos tenuit,p iſtum nos liberatos amiſit. Primus Adam nobis auctor extitit culpæ, nouiſſimus Adam nobis auctor extitit gratiæ. Ille de limo plaſmatus,terrenos protulit. iſte de Spũ ſancto natus, cæleſtes effecit. Per illum pdidimus gratiã priorem,per iſtum recepimus ampliorem. Ille quippe nobis intulit peccati maculam,cum qua naſceremur ad ſuppliciũ,iſte nobis cõtulit iuſtificationis gratiã ut renaſceremur ad regnum. Per illũ nos filios ſæculi gñatio carnalis effecit, p iſtum nos filios dei gñatio ſpiritalis exhibuit. Ille nos vitiis ſubdidit,iſte nos florere virtutibus fecit. Ille nos p vitia deiecit,quo primus cecidit, iſte nos p virtutes eleuat,quo primus aſcẽdit. Ille quippe primus cecidit in infernũ, iſte pri-

Prerogatiua hominũ ex icarnatione verbi

Dilectio dei erga gen⁹ humanum

Cõpatio Euę dece ptę ad mariã cõcipientem.

Quid Adã pdidit,quid Chriſtus cõtulit.

Dies nti- tatis dies reſurre ctionis

mus conſcendit in cælum. Interea, fratres, dignũ eſt, ut in die dñicæ natiuitatis, diem quoq; dñicæ reſurrectionis ſolenniter audiatis. Vnigenitus em̃ deus ſicut pro nobis dignatus eſt naſci, ſic pro nobis ſecundum carnem dignatus eſt mori, dignatus eſt ſuſcitari. Iſte dies eſt uiſitationis, ille redemptiõis. Opus em̃ gratiæ, qua nos deus vnigenitus ſaluos fecit, conceptus in vtero cœpit, ipſumq; opus gratiæ de ſepulchro reſuſcitatus impleuit. Conceptus in utero, factus eſt particeps mortis noſtræ. Reſurgens de ſepulchro, fecit nos participes vitę ſuę. Nunc itaq; omnes Dñm exoremus, ut ſicut in iſto die gaudium ſuo populo tribuit, ad illum quoq; diem omnes cum gaudio & pace perducat, populumq; ſuum in fide & charitate cuſtodiat. Amen.

SERMO B. FVLGENTII, DE LAVDIBVS MARIÆ EX Partu Saluatoris.

Dies nti- tatis chr̃i

NATIVITAS Dñi noſtri Hieſu Chriſti, totum mundum noua aduentus ſui luce hodie perfudit. Hodie de cælo Deus deſcendit ad hoĩem, ut in cælo homini præpararet aſcenſum. Hodiẽ accipimus natum Dei, virginis filium, oĩm credentium ſaluatorem, Deus de patre, homo de matre, deus occultus, homo manifeſtus.

Mira cõ ceptio Chriſti

Et quoniã diabolus per ſerpentem Euæ loquutus, per Euæ aures mundo intulit mortem. Deus per angelum ad Mariam pertulit verbũ, & cunctis ſæculis vitã effudit. Angelus ſermonẽ eiecit, & Chriſtũ virgo cõcepit. O coniunctio ſine ſordibus facta, vbi maritus ſermo eſt, & vxor auricula. Hoc ſplendore concipitẽ dei filius, hac mũdicia gñatẽ.

Virgo p⁹ ꝑtũ inuio lata ꝑmã- ſit.

Nulla fieri grauedo potuit cõcipienti, nulla triſtitia ꝑturienti. Qui em̃ uenerat, triſte lętificare ſæculũ, ventris nõ cõtriſtauit hoſpiciũ. De cælis medicus tranſiens ꝑ virginẽ, poſt tranſitum ſuũ illeſam fecit virginẽ ꝑmanere. Qui em̃ diſrupta corpoꝝ membra in aliis poterat integrare tangẽdo, quanto magis in ſua matre, q̊d inuenit integrũ, potuit nõ violare naſcẽdo? Creuit em̃ eius partu integritas corꝑis potius q̃ decreuit. Et virgĩtas ampliata eſt potius q̃ fugata. In anguſto corꝑis mẽbro ſuſtinuit, qcq̃d ſuſtinẽt cæli. Plena ſunt viſcera, & nullũ nouit contagiũ virginis cõſcientia. Cũ eſſet grauida, ſalubri leuitate plaudebat. Lumen em̃ q̊d intra ſe habebat, põdus habere nõ poterat. Facta eſt Maria feneſtra cęli, q̃a ꝑ ipſam deus uerũ fudit ſęculis lumẽ. Facta eſt Maria ſcala cęleſtis, q̃a ꝑ ipſam deus deſcẽdit ad terras, ut ꝑ ipſam hoĩes aſcẽdere mereanẽ ad cęlos. Ipſis em̃ licebit aſcẽdere illuc, q̃ deũ crediderint ad terras ꝑ ṽginẽ Mariã deſcẽdiſſe.

Tria bona Marię cõtra tria mala Euę

Facta ẽ Maria reſtauratio fœminaꝝ, q̃a ꝑ ipſã a ruina priæ maledictiõis ꝓbanẽ eſſe ſubtractæ. Tria deniq; mala Euę a tribus bonis Mariæ ꝓbanẽ excluſa. Nã Euę dictũ eſt. In doloribus & in triſtitia paries, & ad uirũ conuerſatio tua, & ipſe dominabiẽ tui. Tribus ergo his malis ſe ſubiungant fœminæ, quæ Mariã nõ ſequuntur,

dolori,triſtitiæ,ſeruituti. Maria aūt econtrario,quam præclariſſimis tribus bonis ſublimetur,auſculta,ſalutationis angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratiæ. Sic em̄ eam legit ſalutaſſe. Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cum dixit, aue, ſalutationē illi cæleſtem exhibuit. Cū dixit, gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam reſtitutam. Cum dixit, benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictum fructum expreſſit, ut ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quæcunq; perſeuerauerit virgo. Maledicta em̄ Eua fuerat, quam nūc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeaſſe. Venite uirgines ad virginem, & lętamini, ponite maledictionem prǽuaricationis, & bn̄dictionem reſtaurationis aſſumite. Proiicite dolores, quos Eua per ſerpentem accepit, & quos per angelum Maria ſuſcepit honores, aſſumite. Pellite triſtitiā, concipientes, gemitus parturientis abiicite, ut ſolus uobis iſte virginis filius dominetur. Venite uirgines ad uirginem, uenite concipientes ad concipientē, venite parturientes ad parturientem, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem venite iuuenculæ ad iuuenculam. Ideo oēs iſtos curſus naturæ virgo Maria, in Dn̄o noſtro Hieſu Chriſto ſuſcepit, ut omnibus ad ſe cōfugientibus fœminis ſubueniret, & ſic reſtauraret omne genus fœminarum ad ſe uenientium, noua Eua ſeruando uirginitatem, ſicut omne genus virorum Adam nouus recuperat Dn̄s Hieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Luc. i. C

Maria refugiū & reſtauratio fœminarum

SERMO B. FVLGENTII, DE SANCTO STEPHANO

Protomartyre & Conuerſione B. Pauli.

HEri celebrauimꝰ tēpalem ſempiterni regis noſtri Natalem, hodie celebramus triumphalem militis paſſionem. Heri em̄ rex noſter, trabea carnis indutus, de aula vteri uirginalis egrediēs viſitare dignatus eſt mundum. Hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migrauit ad cælum. Ille ſempiternæ Deitatis maieſtate ſeruata, ſeruile cinctorium carnis aſſumens, in huius ſæculi campum pugnaturus intrauit. Iſte depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad cæli palatium, perenniter regnaturus aſcendit. Ille deſcendit, carne uelatus, iſte aſcendit, ſanguine laureatus. Aſcendit iſte, lapidantibus Iudæis, quia ille deſcendit, lætantibus angelis. Gloria in excelſis deo, heri ſancti augeli exultantes cantauerunt. Hodie Stephanum lætantes, in ſuum conſortium ſuſceperunt. Heri Dn̄s exiuit de utero uirginis. Hodie miles egreſſus eſt de ergaſtulo carnis. Heri Chriſtus pro nobis pannis eſt inuolutus. Hodie Stephanus ſtola eſt ab eo īmortalitatis indutus. Heri prǽſepis anguſtia Chriſtū portauit infantem, hodie īmenſitas cæli ſuſcepit Stephanū triūphantem. Solus Dn̄s

Cōpatio, varia inter natalem Chrī & Stephani

deſcēdit,ut multos eleuaret. Humiliauit ſe rex noſter, ut ſuos milites exaltaret. Qui enim corpori ſuo,uirginis pręparauit uterum, ipſe martyri ſuo aperire dignatus eſt cælum. Dn̄s Chriſtus anguſtias intrare non dedignatus eſt uteri, ut animā Stephani latitudo ſuſciperet cęli. Neceſſariū tn̄ nobis eſt, fratres chariſſimi agnoſcere,quibus armis præcinctus Stephanus,ſæuitiam Iudæorꝝ potuit ſuperare, ut ita meruiſſet fœliciter triumphare. Necꝙ em̄ paruipendenda ſunt,talis uirtus taliſcꝙ triumphus. Haud uero uilibus armis potuit pręmuniri, qui a multis non potuit ſuperari. Inuictæ nancꝙ in eo enituit inſigne uirtutis, quæ nec frementiū ſæuitiam formidauit,nec lapidātium ictibus deuicta ſuccubuit. Vſcꝙ adeo em̄ inter frementes permanſit interritus,& inter lapidum fuit cruciamenta ſecurus, ut incredulitatem Iudeorꝝ fidēter argueret, & benignus pro lapidātibus exoraret. Quod eſt ergo tam magnū atcꝙ inſuperabile genus armorum,quo munitus, ſæuientes argueret, lapidantes non repercutiens, ſed patiens ſuperaret. Inſuper & occiſus,aulam cæleſtis regni,uiuus & coronatus intraret? Procul dubio,munimine regio ſeptus, nullatenus eſt ab aduerſariis ſuperatus. Q̄m rex noſter,cū ſit altiſſimus,pro nobis humilis uenit. Sed inanis uenire nō potuit. Magnum quippe donatiuū ſuis militibus attulit, quo eos non ſolum copioſe ditauit,ſed etiā ad certandum inuictiſſime cōfortauit. Attulit nācꝙ donum charitatis,quæ perduceret hoīes ad conſortium deitatis. Quod ergo attulit,erogauit,nec ſibi aliquid minuit,ſed mirabiliter & ſuorum paupe-riem ditauit,& indeficientibus theſauris plenus ipſe permanſit. Charitas ergo, quę de cęlo ad terras depoſuit Chriſtum, ipſa Stephanum de terra eleuauit ad cælum. Charitas,quæ præceſſit in rege,ipſa ſubſequenter refulſit in milite. O admiranda ubicꝙ potētia ſaluatoris. O prædicanda indeſinenter gratia redemptoris. Oſtendit in matre uirginitatis æterne miraculum, demōſtrauit in martyre inuictæ charitatis inditium. Integritas quippe intemerata permanſit in uirgine,dilectionis uirtus inuicta perſeuerauit in martyre. Et ſicut in matre Dn̄i non potuit uirginitas uiolari,ſic in martyris mente non potuit Chriſti charitas tanto ſęuientium agmine ſuperari. Stephanus ergo,ut noīs ſui coronam meruiſſet accipere. Charitatem pro armis habebat,& per ipſam ubicꝙ uincebat. Per charitatem dei,ſęuientibus Iudæis non ceſſit,per charitatem proximi,pro lapidantibus interceſſit. Per charitatem arguebat errantes,ut corrigerent, per charitatem pro lapidantibus orabat,ne punirent. Charitatis uirtute ſubnixus, uicit Saulum crudeliter ſæuientem,& quem habuit in terra perſequutorem,in cęlo meruit habere conſortē. Ipſa ſancta & indefeſſa charitas,deſyderauit orando acquirere,quos nequiuit monendo conuertere. Necꝙ em̄ fratres,exiſtimandus eſt Stephanus,tunc inimicos dilexiſſe,cū pro eis oraret,& nō dilexiſſe cum eorum incredulitatem arguendo corriperet. Abſit hoc ab anīa martyris ad cæli palatium feſtinantis. Ipa enim ſancta charitas,firmā ſeruauit in oratiōe patientiam,quæ rigidā tenuit in correctione cenſuram. Et ideo in oratione audiri meruit lenitas,quia ſine charitate non fuit in correctione ſeueritas. Ac per hoc,ſiue orando, ſiue corripiendo, charitatem beatus Stephanus reſeruauit, quia

Armaſte phani cō tra ſęuitiā Iudęorꝝ

Donatiuū,quod chr̄s militib⁹ ſuis dedit,charitas eſt

Charitas ſctī Stephani ꝑ armis fuit (illi

Charitas & orādo & arguēdo ſeruabatur

quia utrobiqꝫ ſalutem errantium cogitauit. Et inditio ſanctæ orationis oſtendit, increpationem illam non fuiſſe odii, ſed amoris. Hoc aũt faciens, & præſentibus charitatem beatus martyr exhibuit, & utile nimis exemplum poſteris reliquit. Demonſtrauit eñ geminam eccleſiaſtici diſpẽſatoris induſtriam, ut ad corrigendam cuiuſlibet peccantis errorem, & non deſit in ore correptio, & ad deum pro eo ſupplex effundat orõ, ut qui malum fecit, per increpationem de malis operibus confundat̃, & per orationem apud deum adiuuetur. Ac ſic, ipſa charitas, & in ore iuſtitiam ſonet, ut errantem corrigat, & in corde patientiam ſeruet, ut pro errante orõnem puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem nõ corripuerit de negligentia iudicatur. Qui aũt pro eo non orauerit, de pernicie condemnat̃. Quo circa fratres, ſi qñ aliquis pro animæ ſalute corripitur, non aſpernãter accipiat monita charitatis, nec prę̃ſentem triſtitiam ſuæ uoluntatis attendat, ſed conſyderet, quæ lucra utilitatis acquirat. Idcirco eñ arguitur, ut a prauis operibus corrigat̃. Nec tñ uidet correptionem, aliqua uerborum auſteritate feruere, exiſtimet charitatem in corde frigeſcere. Sic eñ uigilet in ore correptio, ut in corde non dormitet oratio. Ac per hoc, in utroqꝫ peccanti, cõſulte proſpicit̃, ut dum homo correptus de peccato confundit̃, & a malis operibus ſepararet̃, & per orõnem (deo miſerante) ſaluet̃. Nam & ſancta ſcriptura dicit. Qm̃ quẽ diligit dñs, corrip[illegible] Flagellat aũt oẽm filium quem recipit. Chriſti ergo Charitate compulſi, & bonos hortamur, ut in bono pmaneant. Et malos cõpellimus, ut a malo diſcedant. Præſertim, qm̃ in iſtis duobus ſanctis, geminum nobis monſtrat̃ ſalutis inditium. Vt ſi quis bonus eſt, imitetur perſeuerantiam charitatis in Stephano. Qui aũt malus eſt, ſectetur exemplum conuerſionis in Paulo. Et qui bonus eſt, æquitatem uſqꝫ ad finem teneat Qui aũt malus eſt, quantotius a ſua peruerſitate diſcedat. Nec bonum hoĩem præſumptio iuſtitiæ faciat negligentem. Nec malum iniquitas faciat deſperantem, ſed ille bonum fortiter teneat, iſte malum celeriter deſerat. Bonus timeat, ne cadat, malus conet̃, ut ſurgat. Quiſquis ergo malus eſt, cum Paulo proſternatur in malo, ut cum eo erigatur in bono. Quoniam & ille cecidit malus, & ſurrexit bonus. Proſtratus eſt iniquus, & erectus iuſtus. Cecidit ſæuiſſimus ꝑſecutor, & ſurrexit ueridicus prædicator. Cadens lumen corporis impius perdidit, ſurgens autem, lumen cordis iuſtificatus accepit. Coniũctus eſt itaqꝫ Stephano, factus ouis ex lupo. Et ecce nunc Paulus cũ Stephano lætatur, cum Stephano Chriſti claritate perfruitur, cum Stephano exultat, cum Stephano regnat. Quo enim pręceſſit Stephanus, trucidatus lapidibus Pauli, illuc ſequutus eſt Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quam uera uita, fratres mei, vbi non Paulus de Stephani occiſione confunditur. Sed Stephanus de Pauli conſortio gratulatur, quoniam charitas in vtroqꝫ lætatur. Charitas quippe in Stephano ſuperauit ſæuitiam Iudæorum, charitas in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum. Charitas in vtroqꝫ pariter regnum meruit poſſidere cælorum. Charitas igitur eſt omnium fons & origo bonorum, munimen egregium, via quæ ducit ad cælum. In charitate q̃ui ambulat, nec errare poterit, nec timere.

Sũma induſtria charitatis in p̃latis

Charitas peccantẽ et ore corripit & orõne iuuat.

Vtile exẽplũ de Stephano & Saulo

Cõuerſio Pauli.

Bona charitatis

Ipſa dirigit, ipſa protegit, ipſa perducit. Quo circa fratres, quoniam ſcalam cha
ritatis conſtituit Chriſtus, per quam ad cælum omnis poſſit conſcendere Chri
ſtianus, puram charitatem fortiter retinete. Ipſam uobis inuicem exhibete, &
in ea proficiendo conſcendite, inſiſtite operibus bonis, ut ad p̄mia æterna per-
uenire poſſitis, adiuti gratia ſaluatoris. Qui uiuit & regnat in ſæcula ſeculoꝝ.

SERMO B. FVLGENTII, DE EPIPHANIA, DEQVE INNOcentum nece, & muneribus Magorum.

NOſtis, fratres chariſſimi, quia dies iſte, qui nobis in honorem
Cur Epiphania dicitur Domini, per annos ſingulos celebratur, ore cunctorum fide
lium Epiphania, venerabiliter nuncupatur. Et quia græcum
probatur eſſe vocabulum, multis latinis eſt incognitum. Inde
eſt, ꝙ nomen iſtud omnes quidem latini dicunt, ſed non oēs
inueniuntur noſſe quod dicunt. Proinde bonum eſt, ut cūcti, qui diem hodier
num Epiphaniam nuncupant, & cur hoc dicat̄ ignorant, ſacramentū diei huius
nōis interpretatione cognoſcant. Debet enim diei huius ſolennitas a fidelibus
celebrari, & ideo ſolennitatis cauſa non debet ignorari. Hunc ergo diem, ſicut
diximus, Epiphaniam uocat Chriſtiana religio. Epiphania uero interpretatur
manifeſtatio. Traditum autē tenemus a patribus, ꝙ vnigenitus dei, poſtq̄ eſt
ſecundum carnem tp̄aliter natus, in iſto die eſt Magis uenientibus manifeſta-
Magi, primitię gentium tus, a quibus oblatis muneribus, ſuppliciter eſt adoratus. Nam quia ipſe eſt
Deus, qui ſibi in ueteri teſtamento, primitias offerri mandauit. Idem deus ho
mo natus, gentium primitias ſuo cultui dedicauit. Ap̄lica uero teſtatur authori
tas, quia vnus eſt Deus, qui iuſtificat circūciſionem ex fide, & præputium per
fidem. Circūciſionis nōie Iudæos, pręputii nōie gentes, indubitāter oſtendens.
Iſti ſunt duo parietes, qui ex diuerſo uenerūt, & in lapidem, qui factus eſt in ca
Epheſi. ii. C put anguli, in vnitate fidei conuenerunt. Vnus paries uenit ex Iudæis, alter ex
gentibus. Longe a ſe diuerſi erant, qñ diuerſa credebant. Poſitus eſt in medio
lapis angularis, qui ad ſe vtrunq; parietem duceret, & vtrunq; vno nōie nuncu
paret, eſſentq; vnum cōmunione vocabuli, qui fierent vna in vna gratia ſacra
Duo parietes, Iudęi & Gētiles, in vnū lapidē chr̄m cōuenerunt menti. Per Chriſtum em̄ qui eſt pax noſtra, faciēs utraq; vnum, Iudæi & gen
tiles facti ſunt vnum, quibus fidei vnitas vnum indidit nōis Chriſtiani uocabu
lum. Ad lapidem ergo angularem uterq; paries venit, & uerum angulum fi
dei vnitas fecit. Horum duoꝝ parietum vnus adductus eſt, qñ paſtoribus Iu-
dæis Chriſtum natum angelus nunciauit. Alter paries adductus eſt, qñ gentili
bus magis nouum ſydus apparuit. Illi fuerunt primitiæ Iudæoꝝ, iſti facti ſunt
primitiæ gentium. Illi de proxio adducti, iſti de longinquo reducti. Prope em̄
erant Iudæi, qui deum colebant, longe erant gentes, quæ idolis ſeruiebāt. Hoc
utiq; ſignificabant paſtores, qui naſcente Chriſto prope ſunt inuāti, & Magi,
qui ſunt

qui ſunt de longinquis ꝑtibus adducti. Qui tñ uenientes, cum ipſi Iudæi non eſſent, regem Iudæorũ ſe q̃rere ꝓfeſſi ſunt, & ad ipm adorandũ ſe ueniſſe dixerunt. Ait eñ Euangeliſta. Quia Magi ab oriente uenerunt Hieroſolymã dicentes. Vbi eſt q natus eſt rex Iudæorũ? Vidimus eñ ſtellã eius in oriente, & uenimus adorare eũ. Quid eſt dulciſſimi fratres, ut iſti Magi regẽ Iudæorũ adorandũ q̃rerent, cũ ipſi Iudæi nõ eſſent? Et quẽ regẽ? Vtiq; nõ Herodẽ, ſed Chriſtum. Volunt adorare regẽ nuꝑ natũ, nec adorãt regẽ ante annos aliq̃t ordinatũ. Adorare cupiũt infantẽ lactantẽ, nec adorãt regẽ populis imperantẽ. Nam & de Herode rege Iudæorũ filii iã fuerãt nati, q erant patre mortuo regnaturi. Mortuo eñ iſto Herode, Archelaus in Iudæa regnauit, & Galileæ principatũ iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus eſt in palatio, Chriſtus in diuerſorio. Archelaus natus eſt in lecto argẽteo poſitus, Chriſtus aũt natus, in ꝓſepio eſt breuiſſimo collocatus. Ille forſitan ꝑcioſis inuolutus eſt ſericis, iſte uiliſſimis inuolutus eſt pannis. Et tñ ille natus in palatio, contemnit. iſte natus in diuerſorio, quęrit. Ille a Magis nullatenus noiat, iſte inuentus, ſuppliciter adorat. Oĩno ſpernit primogenitus regis, & muneribus adorat primogenitus paupculæ mulieris. Quis eſt iſte rex Iudæorũ? Pauꝑ & diues, humilis & ſublimis. Quis eſt iſte rex Iudæorũ, q portat ut paruulus, adorat ut deus? paruus in ꝓſepio, imenſus in cælo, vilis in pannis, ꝑcioſus in ſtellis, cuius natiuitate comperta, Herodes turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Quid eſt, q ſic turbaris Herodes? Quoniam natum regem Iudæorum audiſti, turbaris, ſuſpitionibus agitaris, inuidię ſtimulis inflammaris. Et ob hoc natum regem occidere conaris. Inanis eſt iſta turbatio tua, & vana prorſus cogitatio tua. Rex iſte, qui natus eſt, nõ uenit reges pugnando ſuperare, ſed moriẽdo mirabiliter ſubiugare. Nec ideo natus eſt, ut tibi ſuccedat, ſed ut in eum mũdus fideliter credat. Venit ergo, nõ ut pugnet viuus, ſed ut triumphet occiſus. Nec ut ſibi de aliis gentibus auro exercitum quærat, ſed ut pro ſaluandis gentibus ꝑcioſum ſanguinem fundat. Inaniter inuidendo timuiſti ſucceſſorem, quem credẽdo debuiſti quærere ſaluatorem. Quia ſi in eum crederes, cum eo regnares. Et ſicut ab illo accepiſti temporale regnum, acciperes etiã ſempiternũ. Huius eñ pueri regnũ non eſt de hoc mundo, ſed ꝑ ipm regnat in mundo. Ipſe eſt eñ ſapientia Dei, q dicit in prouerbiis. Per me reges regnant. Puer iſte verbũ Dei eſt, puer iſte virtus & ſapientia Dei eſt. Si potes contra Dei ſapientiã, cogita. In tuã pniciem verſaris, & neſcis. Tu eñ regnũ nullatenus habuiſſes, niſi ab iſto puero, q tũc natus eſt, accepiſſes. Puer, qui nunc a Magis dicit rex Iudæorũ. Idẽ creator & dñs angelorũ. Quapropt, cui⁹ times infantiã naſcẽtis, magis timere debes oĩpotẽtiã iudicãtis. Noli eũ timere regni tui ſucceſſorẽ, ſed time infidelitatis tuę iuſtiſſimũ dãnatorem. Vtinam eum, Magis adorantibus, etiã tu pariter adorares, & nõ ad eum Magos, fraudulenta calliditate mandares. Ite, inquit, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, ut ego veniens, adorem eum. O calliditas ficta. O incredulitas impia. O nequitia frauduleñta. Si adorare iſtum puerum certiſſime diſponebas, quare pro illo multos pueros occidebas? San

Margin notes: Magi nõ Iudæi regẽ iudæorũ quærebant. — Collatio Archelai & chri q ad Magos — In Herodẽ turbatũ. Apoſtrophe, ꝑ Chro. — Prouer. viii.B.

Occiſio innocẽtũ Herodi plꝰ nocuit ꝗ̃ chr̃o aut pueris ipſis

guis innocentũ, quẽ crudeliter effudiſti, atteſtatᷣ, quid de hoc puero uoluiſti. Et tñ nõ ſolũ iſtũ puerũ nõ inueniſti, ſed nec illis pueris aut quid nocuiſti, ĩmo inſcius, q̊d illis ꝓderat, hoc egiſti. Per ſæuitiã quippe tuã facti ſunt martyres, qui ꝑ infantiã ſuã fuerãt innocẽtes. Qñ ꝑ gratiã huius pueri, ꝓ eo meruerũt mori, priuſq̃ eũ poſſent corã hoĩbus cõfiteri. Iſte itaqꝫ puer, q mundũ creauit, q mundum regit, q oĩa q̃cunqꝫ vult facit, q cuncta mirabili atqꝫ inſupabili ordine diſponit. Hoc ordinauit, hoc egit, ut ꝑ tuã inuidiã furioſam, illi pueri mortẽ ſuſciperent p̃cioſam. Et q̊d eis ad ſalutẽ tuã p̃ſtare nõ poſſis amicus, hoc ad damnationem tuã faceres inimicus. Ad hoc ergo te ꝑmiſit infantes occidere, ut illos de te faceret triũphare. Te ergo ꝑmiſit ad nequitiã, illos ꝑduxit ad palmã. Vnus em̃ idẽqꝫ eſt dñs oĩpotens, q paruulus vagiens. Vnus idẽqꝫ eſt, q tuã crudelitatẽ dignatus eſt fugere, cuius maieſtatẽ nõ potes effugere. Fugit em̃ nõ formidie humana, ſed diſpenſatione diuina. Fugit nõ neceſſitate, ſed poteſtate. Ideo aũt

Fuga chr̃i ĩ ægyptũ

dignatus eſt in Aegyptũ fugere, ut poſtea crucẽ dignareᷣ aſcendere. Et illa poteſtate puer latuit in Aegypto, qua ptãte iuuenis pependit in ligno. Vnus enim idẽqꝫ, mortis ſuſceptor, uitæqꝫ largitor, vnus idẽqꝫ ĩmortalis ex patre, mortalis ex matre, ꝓpria ptãte moriens, ꝓpria ptãte reſurgẽs. Iſte itaqꝫ puer, qui natus eſt, ideo nõ inueniᷣ in numero paruuloꝝ morientiũ, qa ipſe expectatio gentiũ. Sanguis huius ꝓinde ꝓpterea nõ cũ iſtoꝝ ſanguĩe fundiᷣ puerorꝝ, qa ſolus in remiſſionẽ fundendus eſt pctõꝝ. Et illi oẽs pueri inaniter morerenᷣ, niſi huius ſanguine ſaluarenᷣ. Et iſte q̃dẽ puer certiſſime morieᷣ, qa ſi mori nollet, nullatenus naſcereᷣ. Morieᷣ aũt, nõ ut impleat ſæuitiã tuã, ſed ut ꝑficiat manſuetudinem ſuã. Faciet em̃ eũ mori benignitas ꝓpria, nõ malignitas aliena. Morieᷣ nõ

Ad quid Chriſtus mortuus eſt, nõ puer, ſed uir

ut tu infidelis regnes in ſęculo, ſed ut ſecũ regnare faciat fideles in cęlo. Morieᷣ nõ ut ꝑdat breuẽ uitã, ſed ut cõferat ſempiternã. Morieᷣ, nõ ut ſeruus iniq̃tatis, ſed ut dñs maieſtatis. Morieᷣ, nõ vinculo neceſſitatis, ſed ꝓpoſito uoluntatis. Morieᷣ mirabiliter, morieᷣ miſericorditer, morieᷣ ſingulariter, morieᷣ ꝑ ꝓpriã ptãtem, ut ſuã in oĩbus adimpleat uoluntatẽ. Ad hoc em̃ miſericorditer morieᷣ ut reſurgens cunctis gẽtibus dñeᷣ. Morieᷣ ergo ſicut vnus, & q̃dem, quẽ deum hoĩem cõcepit fides virginis, & deũ hoĩem peperit fœcũditas virginalis. Si neſcis uerã huius pueri deitatẽ, attẽde ſtellã in cælo fulgentẽ, Magos p̃cedentẽ,

Stella ſignũ deitatis ĩ chr̃o puero

& iter ignorãtibus oſtendentẽ. Hæc ſtella nunqꝫ ante appꝛuit, qa nũc eã puer iſte creauit, & Magis ad ſe uenientibus p̃uiam deputauit. Iſte puer in p̃ſepi quidem ꝑuulus collocaᷣ, ſed magnus in cęlo mirabiliter operaᷣ. Permittit ſe manibus in terra portari, ſed p̃cepit ſibi cęleſtia famulari. Quid eſt ergo, q̊d infantilem attendis ætatẽ, & eius diuinã nõ intelligis ptãtem? Sic fuit ueraciter intimanda pueri huiꝰ naturalis diuinitas, & naturalis hũanitas, vtraqꝫ naturaliter uera, vtraqꝫ vnita, nec in ſe inuicẽ cõfuſa, nec a ſe inuicẽ ſepata. Ip̃m em̃ habuit Maria filiũ de ſe natũ, cui ſtella debitæ ſeruitutis exhibuit famulatũ. Ip̃m eundẽqꝫ Maria ĩ Bethlehẽ dñm hoĩem pepit, quẽ ſtella Magis ĩ oriẽte politis nũciauit. Magi ergo uenerunt, & filiũ virginis vnũ eundẽqꝫ dñm hoĩem cognouerunt. Deniqꝫ attende, quid obtulerunt, & agnoſce, quid crediderunt. Refert enim

Euangeliſta

Euangeliſta,quia intrantes domũ,inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, & procidentes,adorauerunt eum,& apertis theſauris ſuis,obtulerunt ei munera, aurum thus & myrrham. Per iſta tria munerum genera, in vno eodẽq; Chriſto,& diuina maieſtas,& regia poteſtas, & humana mortalitas intimaẽ. Thus enim ad ſacrificium,aurum pertinet ad tributum,myrrha ad ſepulturam pertinet mortuorum. Omnia hæc ſancta fides Chriſto ueraciter offerre nõ deſinit dum vnum eundemq; uerum deum,uerum regem,uerumq; hoĩem credit,ut uere pro nobis mortuum,ueraciter recognoſcat. In oblatione thuris, cõfunditur Arrianus,qui ſoli patri ſacrificiũ deberi contendit. In oblatione myrrhæ confunditur Manichæus,qui Chriſtum uere mortuum pro noſtra ſalute non credit. In auro uero ſimul uterq; confunditur, quia & Manichæus de ſemine Dauid ſecundum carnem natum nõ credit regem. Et Arrianus de vnigenito naturalem aſſignare nititur ſeruitutem. Proinde uterq; nõ experietur regem, a quo per fidem regatur,ſed a quo,pro infidelitatis crimine puniatur. Quia ab vno diuinitatis, ab altero carnis ueritas denegatur. In hiſdem muneribus confunditur etiam Neſtorius,qui nititur Chriſtũ in duas perſonas diuidere, cum uideat Magos,nõ alia deo & alia homini, ſed vni deo homini eadem munera obtuliſſe ſuppliciter. Non ergo diuidatur in perſonis,qui non inuenitur diuiſus in donis. Propterea quippe vnus idemq; iſtis muneribus honoraẽ,ut vnus idemq; deus & homo cognoſcatur. Iſta Magorum oblatio cõfundit etiã Eutychetis inſaniam,qui non vult in Chriſto vtranq; ueram prædicare naturã. Veritatem quippe iſtorum munerum tollit, dum in Chriſto vnam naturam prædicare cõtendit. Nos itaq;, dilectiſſimi fratres,offeramus Chriſto indubitanter in fide, quod Magi obtuliſſe cognoſcunẽ in munere, vt vere diuinitatis humanitatiſq; confeſſio ipſa ſit apud Chriſtum noſtra fidelis oblatio. Hęc munera cum Magis vnanimiter offeramus,& ad regionẽ ſanctorum tota cordis deuotione tendamus. Nec teneamus uiam ueteris vitæ,ſed diuinis mandatis humiliter obſequentes,uiã mutemus,& in qua pręcepit dñs ambulemus, ut ad patriam peruenire ualeamus,ubi ſine fine cum ipſo gaudeamus. Via eñ hoĩs eſt uita eius. Qui male uiuit,uiam tenet erroris. Qui bene uiuit,per uiam gradiẽtur ueritatis. Quapropter qui ambulabat uiam fornicationis,uiam teneat caſtitatis. Qui uiam tenebat auaritiæ, teneat uiam vitæ. Qui ambulabat per viam fictionis,uiam teneat nunc puritatis. Ambulemus bene per fidem, ut perueniamus ad ſpem, vbi plenum erit gaudium noſtrum. Quia implebitur in nobis deſyderium noſtrum. Per eum,qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum Amen.

Errores hæreticorũ conuicti ex muneribus Magorũ

Exhortãtio ad exẽplum magorum

Via hoĩs vita eius.

F
INI
S

OPVSCVLA MA
XENTII IOHAN
NIS SERVI DEI
THEOLOGI
ANTIQVI.

CLARISSIMO VIRO DOMINO PHILIPPO FVRSTENBERGER SVMMO IN REPVBLICA FRANCOFORDIANA CONSVLI, IOHANNES COCHLÆVS NORINBERGENSIS S. D. P.

EXCRIPTA ſunt à me nuper, Magnifice Domine Philippe, dum Norinbergæ morarer, ex codice quodam uetuſtiſſimo opera Beati Fulgentii, quæ nunc ſub prelo uerſantur impreſſorio, ut ſic multis communicentur. Erant autem in eodem codice nonnulla Maxentii opuſcula, quæ ego tum ob inſtantem tranſmigrationem excribere non potui. Alius itaq; ſcribendi laborem ſubiit, relicto mihi munere recognoſcendi. Quod cum illic præſtare non poſſem, huc exemplar mecum recepi. Verum ita moleſta mihi fuit eiuſmodi erratorum emendatio, ut ipſa codicis tranſcriptio longe minus futura fuerit oneroſa, Adeo crebris utendum fuit eraſionibus, notiſq; & lituris, nō ſolum in uerbis ſententiiſq; reſtituendis, uerum etiam in punctis hic apponendis, illic delendis. Maxime uero in punctis interrogatoriis, quæ ſcriptor, antiquum punctandi modum ignorans, frequentiſſime pro puncto (ut uocant) ſuſpenſiuo adiecerat, & in propriis locis male omiſerat. Similis item fuit moleſtia in diphthōgis, literiſq; uerborum initialibus, nūc tollendis, nunc anguſto in ſpacio reponendis. Hæc & id genus minutula, in quibus nullum uidetur eſſe operæ precium, multo magis me cruciabant, quàm operoſiores illi labores, quibus & fructus aliquis ineſt, & ſenſus authoris explanatur. Neq; tamen ſcriptorem, qui præſtitit quod potuit, incuſo. quando ei haud quaquam facile fuerit, ignotam carioſamq; ſcripturam reſcribere, ſed culpam deprecor, ſi nō ubiq; ſatisfecerim lectori. Nam uetus quoq; codex, hac in parte nouiſſima, minus fuit integer, & ego inter has noui ſtatus occupationes, inſtitutionemq; domeſticam plæriſq; aliis (ut fit) curis implicitus fui. Sed & librorum caſus, quem à prædonibus in itinere paſſi ſunt, laborem mihi difficilorem reddidit. Calcographus uero, cui damnoſa foret mora, omnem dilationem abrumpere coegit. Omiſſis igitur annotationibus, præcipuas authoris ſententias, breuiter extractas, marginibus aſcripſi, ut in promptu ſit lectori, quid prolixioribus uerbis prætendat author, perſpicere, indicemq; ubi uelit inde conficere. Perpetuum uero textum adiectis in margine numeris diſtinxi, ut ſic uel ſine capitulis diſtinctio ſit & ordo dictorum. In dialogis autem præmiſſa quidem erant libris capita, ſed ſuis locis nuſquā adſignata, quæ ego ſimiliter per numeros con

tinuato uerborum contextui circa proprias ſedes adaptaui. Itidem feci in ultima reſponſione. Quos uero titulos reperi, ad certiorem antiquitatis fidem integros reliqui, breuioreſq; ſingulis chartis ſuperpoſui, ut inquirenti non ſit opus ad librorum initia recurrere. Deniq; allegata ſcripturarum loca in marginibus deſignaui, ut unius ita labore multorũ inquiſitio leuetur. Cæterum de uita temporeq; authoris poſt longam uariamq; inquiſitionem nihil uſquam inueni, quamuis multas eius rei gratia Bibliothecas in patria diſcuſſerim. Ex his autem ſcriptis eius coniicere licet, eum fuiſſe patria Conſtãtinopolitanum, uita Monachum, ſtudio Theologum, & quidem acutum minimeq; uulgarẽ. Sæpe enim in regia urbe (quam Conſtantinopolim tum fuiſſe, ubi ſedes erat Imperatorum, nemo dubitat) ſe agere indicat. Et pro Monachis Scytharum ideo ſe non leuiter ſcripſiſſe ait, q pro fratribus animas quoq; ponere debeamus. Vixit autem temporibus Iuſtini Principis & Hormiſdæ Pontificis, q̃d inde ſane coniicio, quia mox in primo titulo ait libellum ſuum ab Hormiſda Papa fuiſſe approbatum. Quos uero Legatos ibi nominatim exprimit, eoſdem Platina ad Iuſtinum ab Hormiſda miſſos affirmat. Sunt & aliæ coniecturæ, quas nunc referre non libet. Scripſit igitur eiſdem ferme temporibus, quibus & Fulgentius. Vnde factum eſt, ut quos olim tempora iunxerant, deinde caſus uni codici commendauerat, Dei benignitas per tot interim rerũ urbiũq; īteritus, ſub longiſſima barbarie latẽtes, nunc demum, reuiuiſcentibus bonis literis, in lucem pariter coniunctos emittat. & tanta quidem cum iuſticia, ut is qui anteceſſit tempore, ingenio, eruditione, eloquentia, dignitate, laboreq; & uitæ ſanctitate, priores quoq; partes retineat in editione. Quanquam uero plæraq; Maxentii a Fulgentio quoq; ſunt copioſe pertractata, digna tamẽ ut exhibeãtur uiſa ſunt, non ſolum ad iucundiorem antiquitatis cognitionem, uerum etiam ad clariorem intelligentiam difficillimæ de Trinitate ac Verbi incarnatione contemplationis, quæ ex diuerſa tractatione facilius haberi poteſt. Equidem non alium adhuc extare arbitror, qui Neſtorianos errores aut tam luculenter exprimat, aut ita efficaciter impugnet, ut hic noſter Maxentius, præſertim in Dialogis. Sed & Pelagii ac Fauſti, Acephalorumq; hæreſes ualidis rationum malleis concutit & perfringit. Poſſumus item ex eo cognoſcere, quãta fuerit illis quoq; temporibus Apoſtolicæ Sedis authoritas, ad quam pro orthodoxa fide conſulendam, fluctuantibus in Oriente animis, propter apparẽtes hæreticorum rationes, ab extremis mundi partibus uenerũt Monachi Scytharum, uelut ad ſacram Ancoram a perículoſis nouorum dogmatum undis confugientes, & tanta fuit tum quoq; Ro. Pontificatus amplitudo, ut in legatione ſua Epiſcopos habuerit. Tanta item honorificentia, ut Legati quoq; illius compellarentur Beatiſſimi. Tãtum deniq; iudicium, ut reliquis in diuerſas partes diſceptantibus, Catholicum aut hæreticum declararet Pontifex Ro. Hæc ita ſe habere Maxentius ſtatim in primo indicat libello, quem niſi approbaſſet Pontifex, oppreſſus fuiſſet author ab Hæreticis. Eius itaq; opuſcula, priuſquã edantur, ad te, Doctiſſime ſimul atq; prudentiſſime Conſul, mitto, tuoq; iudi-

cio ſubmitto. Vt quæ nondum ſatis uideantur emendata, demonſtres, uirgulaq́ notes Cenſoria. Atq́ ita uice fungaris Bilibaldi noſtri, ad quē ego Norinbergæ in Fulgentii editione confugere ſolebam. Nunc uero in hac urbe degens, ad te potiſſimum confugio, qui illum tam iucunde mihi refers ac repræſentas, non ſolum in adminiſtratione Reipub. uerumetiam in ſtudio literarum tam Græcarum q̄ latinarum. Cuius nomen ita eſt apud te uenerabile, ut eius ſtudiorum ſis non modo ingens laudator, uerum etiam uehemens mecum admirator, q̀ is inter tantas illius Reipub. occupatiões tā uaria ſcribit ac trāſfert. Q̧ ſi domeſticas quoq́ curas (quas ille, defuncta coniuge circiter tria iam luſtra ſolus ſuſtinuit) inter filias familiamq́ plurimam in haud anguſta re familiari, publicis negociis legationibuſq́ adiunxeris, iuſte mirari queas, ullam ei ad literarum ſtudia horam relinqui uacuam. Cum is interim ita ingenium occupatus excoluit, ut in omni ſtudiorum genere non ſolum ſe docilem, uerum etiam non uulgariter eruditum oſtendere queat. Quemadmodum igitur illi nuper Fulgentium, ſic tibi nunc, Cordatiſſime Conſul, Maxentium & offero & commendo, ut habeat uterq́ poſt longas latebras Patronum aliquem, cuius authoritate confiſus, audeat in lucem conſpectumq́ doctorum prodire. Bene uale, & Caſſiodori, quo de mihi nuper dixiſti, fac quæſo per te mihi copia fiat, ut & ille, iſtorum Synchronos (cuius operum bonā iam partem adeptus ſum) propediem cum fructu exhibeatur. Interim tuis prodeat auſpiciis Maxentius, fœlicibus profecto, ſi tam iucunda eius fuerit ſtudioſis lectio, q̄ gratus tuus eſt ſalutariſq́ omnibus Magiſtratus. Iterum uale. Ex ædibus noſtris. Francofordiæ, quinto Idus Febr. Anno dominicæ Incarnationis M.D.XX.

INCIPIT LIBELLVS FIDEI

OBLATVS LEGATIS APOSTOLICÆ SEdis Conſtantinopoli, quem accipere noluerunt. Suſceptus uero Romæ à Beato Papa Hormiſda, & in conuentu Epiſcoporum ſiue totíus Eccleſiæ, necnon etiam omnium Senatorum lectus, & Catholicus eſt per omnia approbatus.

DOMINIS VIRIS BEATISSIMIS

GERMANO ET IOHANNI EPISCOPIS, FOELICI ET DIOSCORO DIACONIS, BLANDO PRESBYTERO, ET VNIVERSÆ LEGATIONI SEDIS APOSTOLICÆ, LIBELLVS AB EXIGVO MAXENTIO, ET OMNIVM QVI MECVM SVNT.

1 QVONIAM nonnulli uidentes nos contra eos, qui inimico propoſito venerabilis Chalcedonenſis Concilii fidem nituntur euertere, patrum proferre ſententias, & nouis prauorum argumentationibus, uerbis catholicis obuiare, augmẽtum aliquod nos in fide facere iudicant, aut certe contra ſtatuta uenire Concilii. Neceſſarium credimus, probabilibus documentis hanc inconuenientẽ ab eorũ anîs expurgare opinionem. Docentes, nullatenus eſſe contrarium, ſi ex eorum patrum ſententiis, quas ipſa recepit Synodus, falſam docuerimus Hæreticorum eſſe ſententiam, qua eam quaſi contraria atq; incõuenientia docere, quæ ante ſe fuerũt, Conciliis tentant adſtruere. *Cauſa huius libelli ſatiſfactorii.*

2 Et primo quidem Catholicam fidem augmentum aliquod poſſe recipere, improbũ eſt credere. Quia cum ſit perfecta & plena in omnibus, augmentum recipere nõ poteſt. Hoc eñ ſine dubio augmentum recipit, quod eſt imperfectum. Si aũt non de intelligentia fidei, ſed de uerbis agitur, hoc non eſt ſemper contrarium, quia aliquando explanationem fidei, uerborum facit adiectio. aliquãdo corruptionem, quod non augmentum, ſed detrimẽtum eſt potius fidei. Quapropter tunc adiectio uerborum uetanda eſt, quãdo non explanationẽ, ſed corru- *Quõ fides recipit augmentum*

3 ptionem aut contrarietatem fidei operatur. Q; ſi omnis adiectio uerborũ catholicæ fidei noxia credit, cur beatus Cyrillus ad deſtruendam Neſtorii impiam interpretationem ſancti Symboli, in Concilio Epheſeno, tam multas ſanctorum Patrum ſententias proferens, nullum rephenſionis dignum recipere augmentum credit? Q; ſi ideo augmentum recipere non creditur, quia nõ in ipſo ſancti Symboli mathemate ipſas ſanctorum Patrum ſententias inſeruit, *Exẽplo Cyrilli licita eſt adiectio uerborum* *Mathema dogma*

ſed eas extrinſecus proferens ſynceriſſimum ſenſum eiuſdem ſancti Symboli
Licet appo nere patrũ ſentẽtias, ad Cõciliorum Decreta
reddidit manifeſtum. Aeque ergo & de noſtra paruitate cõuenit iudicare, 4
qui non in ipſo termino uenerabilis Chalcedonenſis Concilii inſerimus Patrũ
ſententias. ſed eas extrinſecus contra inimicos pro ipſius defenſione proferi-
mus. Sic deniq; Beatus Papa Leo etiam poſt definitionem eiuſdem Concilii
coactus eſt, diuerſorum Patrum ſententiis, per illa, quæ dicuntur Encydia, con
tradicentium ora obſtruere, & prauorum nouas adinuẽtiones atq; calumnias
diſſipare. Quorum etiam nos exempla ſequẽtes, his qui errorem propriæ im
pietatis ex auctoritate Synodi confirmare nitũtur, & uerba ſimpliciter atq; in
tegre a ſanctis Patribus edita, ad ſuam prauitatem conantur retorquere. Com
pulſi ſumus ſanctorum uirorum probatiſſimorumq; doctorum ſententiis ar-
mati occurrere, & impias aſſertiones eorum per Dei gratiam refutare. Euidẽ
Defenſio p̃ Concilio Chalcedonenſi
ter arguentes, eos a fide ſanctorum Patrum eiuſdemq; Concilii eſſe penitus
alienos. Quid eñ contra Synodum & non magis pro Synodo eſt, ſi contra 5
inimicos Chalcedonenſis Concilii, qui eam contra ſanctorum Patrum fidẽ ue
niſſe calumniant̃. Sãctorum uirorum (qui ante ipſam in eccleſia daruerunt)
ſententias proferentes docuerimus, nihil nouum aut ſanctorum Patrum fidei
contrarium a memorato fuiſſe Concilio ſtatutum. Præſertim cum incipientes
Beatiſſimi Patres qui in ipſa Synodo conuenerunt ſenſum propriæ fidei ex-
planare, ita de ſe manifeſta uoce teſtent̃, dicentes. Sequentes igit̃ & nos ſan-
Exẽplo Cyrilli & Leonis
ctiſſimos patres, confitemur &c. Qui autem retractationem concilii eſſe iu 6
dicant, contra Hæreticorum nouas adinuentiones quippiam ex libris profer-
re ſanctorum, aut id quod conuenienti ratione collectum fuerit. Primo argu
ant Beatum Cyrillum, qui (ſicut ſuperius edocuimus) perfecto & primo ſan-
ctorum Patrum manente ſymbolo, ad deſtruendam impiam interpretationẽ
Neſtorii, diuerſorum patrum ſententias protulit. Et Beatum Leonem, qui ſimi
liter ſanctorum patrum teſtimoniis ſtatuta uenerabilis Chalcedonenſis Syno-
di, cum fide patrum conuenire docuit. Et tum demum nos quaſi retractatores
Concilii arguere poterunt, qui per ſanctorũ Patrum bene prolatas ſententias,
Qui recte di cuntur retra ctatores Concilii
repellimus hæreticorũ fallaciam. Nemo eñ recte reprehendit̃ retractare 7
Synodum, niſi qui de ipſius ſtatutis iudicans, non pro ipſa, ſed contra ipſam pa
trum proferre tentat ſententias, ſicut Hæretici faciunt. Qui aũt non contra ip
ſam, ſed pro ipſa patrum ſententias proferunt, defenſores ſunt, non retractato
res Concilii. Fruſtra ergo oĩno nos Synodum retractare arguunt, q̃s uidẽt nõ
contra ipſam, ſed pro ipſa Patrum proferre ſententias, quia Synodus alteram
fidem aut mathema p̃ter ſanctorũ patrum tradere his, qui ad catholicam fidẽ
Licet noua excogitare uocabula
confugiunt, prohibuit. Non aũt hæreticorum prauitati, aut eis qui ſenſum ei⁹
moliunt̃ corrumpere, rationabilibus documentis uetuit obuiare. Vnde ſup 8
fluum eſt etiam illud q̃d nobis obiicit̃. Quia q̃d Synodus non dicit, nullatenus
dici debere. Quia multa ſunt q̃ non dicunt̃ a Synodo, nec in ulla ſcriptura Ca
nonica, & tñ cum ratio poſtulauerit, ea nullatenus proferre ambigimus. Sicut
eſt Trinitas, aut cum de patre dicimus, quia ingenit⁹ eſt, & alia plura. Nec eñ
in rebus

in rebus conſyderandum eſt,ſicut dicit beatiſſimus Auguſtinus,quid uel ſinat
uel non ſinat dici uſus ſermonis noſtri,ſed quis rerum ipſarum intellectus elu
9 ceat. His ita ſe habentibus, Beatiſſimi, ad expugnãdam & auferendam ab De duobus
omnium animis ſuſpicionẽ,ſicut iã ſuperius præfati ſumus.Nunc iam qualiter ꝓponitur
de incarnatione tantum dominica ſentiamus.Siue quid de gratia Dei,non qua ſatiſfactio.
creamur,ſed de ea qua recreamur,ſapiamus,neceſſario uobis credimus facere
manifeſtum.Quia nulla nobis eſt nunc de filii Dei diuinitate, qua conſtat &
unitus eſt patri & ſpiritui ſancto,dubietas. Si quid ergo in hac ſatiſfactione fi-
dei noſtræ,contrarium catholicæ fidei,aut ſanctorum patrum traditionibus
ueſtra ſanctitas iudicauerit,inſtruere & emendare dignetur.Si autem conue-
10 nientem,propria auctoritate firmare. Igitur ſequentes in omnibus fidẽ ſan Catholica
ctorum patrũ,cõfitemur. Vnũ eundemq́ filium dei,dñm noſtrum Hieſum ꝓfeſſio de
Chriſtum, ꝑfectum eundem in diuinitate,perfectum eundem in humanitate, Chriſto
Deum uerum & hoĩem uerum,eundem ex aĩa rõnali & corpore.Homouſion
patri ſecundum diuinitatem,Homouſion nobis eundem ſecundum humani-
tatem,per oĩa nobis ſimilem abſq́ peccato. Ante ſecula q̃dem a patre natum
ſecundum diuinitatem.In nouiſſimis autem diebus eũdem,propter nos & no
ſtram ſalutem. Ex Maria uirgine dei genitrice ſecundum humanitatem. Vnũ
eundemq́ Chriſtum filium Dei vnigenitum.In duabus naturis,inconfuſe,in-
commutabiliter,indiuiſe,inſeparabiliter, cognoſcendum. In nullo naturarum
diuerſitatem propter unitatem perimẽdam,ſalua potius proprietate utriuſq́
naturæ,in una perſona,unaq́ ſubſiſtentia concurrente. Non in duabus per-
ſonis parciendum aut diuidendum, ſed vnum eundemq́ filium unigenitum
Deum Verbum, dominum HIESVM, ſicut ab initio nobis Prophetę di
xerunt de eo, & ipſe nos Chriſtus erudiuit, & Patrum tradidit Symbolum.
11 Has igitur duas naturas Dei Verbi domini noſtri HIESV Chriſti,hoc Vnitio dua
eſt diuinitatis & humanitatis, naturaliter ſiue ſubſtantialiter,ſecundum tradi- rum natura
tionem ſanctorum Patrum, credimus & confitemur unitas, eo q́ natura in- rum in una
uiolabilis Dei Verbi, naturæ eſt unita paſſibili, Beatiſſimo ſimul atq́ doctiſ ꝑſona Chri
ſimo Athanaſio dicente. Verbum caro, non caro uerbum factum eſt. Ver- ſti
bum autem caro factum dicitur, quia Verbi facta eſt caro, & non alicuius
hominis, hoc eſt, Deus homo factus eſt. & dicitur caro,ne prætereatis car-
nis nomen. Cur ergo non ſufficit nobis naturalis unitio Verbi ad propriam
carnem. Et quia Deus homo factus eſt: his congrue ſanctiſſimus Theolo-
gus Cyrillus ad Neſtorium. Non enim, inquit, dicimus quod Dei natura
conuerſa aut immutata, facta ſit caro. vel quod in totum hominem,qui
eſt ex anima & corpore, transformata ſit.Sed illud magis quod carnem ani
matam & animã rõnalem ſibi copulauerit Verbum,& filius dei ſubſtãtialiter,
ineffabiliter,incomprehenſibiliter factus ſit homo,& nuncupatus ſit filius ho
minis. Nec nuda tantum uoluntate, nec aſſumptione perſonæ, ſed quod di-
uerſæ quidem naturæ in unum conuenerint, unus tamen ex utraq́ Chriſtus
& filius,non euacuata aut ſublata naturarum diuerſitatẽ propter unionem.

Non eſt unitio duarũ pſonarũ ſeu filiorum in Chriſto ſed naturarum

Horum igit̃ ſanctorum Patrum doctrinam ſequentes,abominamur oĩa eo 12
rum deliramenta,qui filium filio copulatum,aut alterum inhabitantem in alte
ro,aut alterum alteri confitentur unitum ſecundum affectum,aut gratiam,aut
dignitatem,aut æqualem honorem ſiue auctoritatem,aut ſecundum connun-
cupationem,aut concordiam,aut inluſtrationem, ſiue ſecundum inoperatio-

Cyrillus

nem,aut perſonalem factam credunt unitionem,Beato Cyrillo in capitulo ter
tio contra Neſtorium dicente. Si quis in uno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt
unitatem,ſola eas ſocietate connectens,ſecundum dignitatem,aut auctoritatẽ
aut potentiam,& non magis conuento ad unitatem naturalem,Anathema ſit.
Similiter beatus Gregorius in epiſtola ad Didonium Si quis, inquit, ſicut in

Gregorius Nazãzen⁹.

propheta ſecũdum gratiam dicit inoperaſſe deum uerbum,& non ſubſtantia
liter factam confitetur unitionem,ſit uacuus melioris inoperationis.Magis au
tem & plenus deterioris.Vnam uero duarum naturarum ſubſiſtentiam, ſiue
perſonam,quam nobis ueneranda Chalcedonenſis Synodus tradidit, nullius

Vna natura dei uerbi incarnata.

alterius niſi dei uerbi incarnati & hominis facti confitemur. Propter quod 13
nec illam ſententiam,quam quaſi contrariam quidam Synodo æſtimant,Id eſt
Vnam naturam Dei uerbi incarnatam, auertimus. Quia nihil aliud niſi unã
ſubſiſtẽtiam ſiue perſonam in duab⁹ naturis docet unitis. Vnde & beatus Fla

*Theodoſio legendũ puto,nã ſub Theodoſio iuniore Flauianus floruit.

uianus huius urbis Epiſcopus,in libello quem de fide ſua *Theodoro Impe-
ratori,ad excludendos eos,qui ſicut duas naturas,ita duas p̃dicant ſubſiſtẽtias,
unam Dei uerbi naturam incarnatam confiteri non dubitauit, dicens.Etenim
ex duabus naturis Chriſtum poſt ĩcarnationem ex uirgine ſancta,ſiue poſt ad
ſumptam naturam humanam,in una ſubſiſtentia ſiue perſona,unum Chriſtũ,
unum filium,unum dominum confitemur,& unam quidem naturam dei Ver
bi incarnatam non renuimus confiteri. Quapropter impie quidam, perſonã 14

Idẽ eſt pſona quod ſubſiſtentia

quidem homini,ſubſiſtentiam uero deo Verbo credunt a Synodo deputatã.
Non ꝙ neſciant apud Synodum idipſum eſſe ſubſiſtentiam quod & perſonã.
Sed ne aperte uideant̃ duas ſubſiſtentias,aut duas perſonas introducere, hoc
peſſimo abutunt̃ argumento. Nos autem unum & idem ſentientes ſubſiſten-
tiam eſſe q̃d & perſonam.Non dicimus Trinitatem in Chriſto inhabitare,ſi-
cut conſueuerunt Theodori, Mãiſueſteni & Neſtorii ſectatores,quaſi q̃d ex
tra Trinitatem ſit Chriſtus,ſed deum Verbum unigenitum filium patris, do
minum noſtrum Hieſum Chriſtum,qui pro nobis paſſus eſt carne, vnum de

Chriſtus recte dicitur vnus de uel ex trinitate.

tribus ſubſiſtentiis unius diuinitatis eſſe credimus. Nec enim uerendi ſunt, 15
hi qui nos reprehẽdere tentant,dicentes.Eo ꝙ Trinitatem diuidere,eſt Chri
ſtum dicere unum de Trinitate,cum & ex Trinitate, & q̃d amplius eſt, unus
trium,a beato dictum ſit Auguſtino. Denicꝫ in libro Enchyridii,dum ageret

Auguſtin⁹.

de eo q̃d dictum eſt,Natum deum Verbum ex ſpiritu ſancto & Maria uirgi-
ne,inter cætera ait.Sed cum illam creaturam,quam uirgo concepit & peperit,
quamuis ad ſolam filii perſonam pertinentem tota Trinitas fecerit (necꝫ eñ
ſeparabilia ſunt opera Trinitatis) cur in ea facienda ſolus Chriſtus nominatus
eſt? An & quando unus trium in aliquo opere nominatur,uniuerſæ opera in
telligitur.

16 telligitur Trinitatis. Rurſus in libro ſecundo de Trinitate. Vtrum, inquit,
Quæſtio Aug. de eo q᷑ de⁹ patribus appuit.
indiſcrete deus apparuerit patribus noſtris, antequam Chriſtus ueniret in car
ne? An aliqua ex Trinitate perſona, an ſingulatim, quaſi per uices appareat?
Et iterum poſt pauca. Neq; hic ergo, inquit, euidẽter apparet, vtrum aliqua
ex Trinitate perſona, an Dominus ipſe Trinitas (de quo dictum eſt, Domi-
num deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies) uiſus Abrahæ. Sed his paulo
S. Proclus epũs Cõſtãtinopol.
manifeſtius Beatus Proclus huius urbis Epiſcopus, quem etiam ueneranda re
cepit Synodus Chalcedonenſis, ad Armenios, cum contra Theodori blaſphe
mias, qui Quaternitatem pro Trinitate impie dogmatizauit. Petitur ab ipſa
gente ut ſcriberet, eiuſdemq; blaſphemias refutaret. De hac ſententia eſt locu
tus dicens. Sed ſciſcitaris me fortaſſis illum nouicium uanumq; ſenſum ſeu ua-
niloquium, dicens. Quia qui confitetur eum qui crucifixus eſt Chriſtum Deũ,
& patrem & ſpiritum ſanctum crucifixum confitetur, ſi una eſt Trinitatis natu
17 ra. Ego autem econtrario obiicio tibi, & quæro. Vnus ex Trinitate eſt, qui
Seraphin ꝓbant contra Theodorũ trinitatẽ, nõ Quaternitatẽ credendã
crucifixus eſt, an alius aliquis extra Trinitatem? & ſiquidem unus, ſolutum eſt
iurgium. Si autem alius aliquis præter trinitatem, quartus eſt ſine dubio glo-
riæ dominus. & ab illa glorificatione, qua Seraphin glorificant, exiſtit extra-
neus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, & unitatem confitentur. Hoc au
tem ſi non mendaciter docet uox illa, quomodo quartus, quos non plaſmauit,
ſaluauit? Aut chirographum peccatorum deſtruxit in cruce, qui nõ habet po
teſtatem peccata dimittere, ſi non eſt ſecundum te deus. Et iterum poſt ali-
Vnus ex trinitate crucifixus.
18 quanta. Si autem proferas mihi, inquit, dicens. Quia qui confitetur crucifixũ
deum filium, & patrem & ſpiritum ſanctum crucifixum confitetur, ſuper aquã
ſcribis, & ſuper harenam ædificas. Adtende igitur catholicæ fidei neruos, &
ablue impudentiam tuã. Quid enim eſt quod nos ſapimus. In hac ipſa eſſen-
tia, qua conſtat & unitus eſt filius patri & ſpiritui, non dicimus eũ paſſum, ſed
carne q̃ ex nobis & pro nobis eſt factus. Non aũt alius eſt factus niſi unus de
trinitate, & crucifixus eſt, carne qua factus eſt, & non eſt paſſus diuinitate, qua
unitus eſt patri & ſpiritui, ut & ipſos concrucifixos dicamus. Si aũt diceremus
cum diuinitate crucifixũ, reuera in trinitate paſſionẽ induceremus. Si aũt dici
mus, q̃d in carne ſua paſſiones Verbũ ſuſcepit, confitemur, quia & unus eſt de
19 trinitate qui paſſus eſt, & trinitatis natura impaſſibilis manſit. Et iterum. Si
Non pater aut ſpũs, ſed fili⁹ incarnatus eſt, crucifixus eſt
aũt incarnatus, inquit, non eſſet paſſus, haberet fortaſſis rõnem uerſutiſſima
obiectio. Si aũt incarnatus paſſus eſt, euidenter. quoniã cauſa incarnatiõis eſt
crux. hoc crucifixũ eſt, q̃d incarnatum eſt. Si aũt q̃d incarnatũ eſt, crucifixum
eſt, Pater aũt & ſpũs nõ eſt crucifix⁹, un⁹ ergo de trinitate ẽ crucifix⁹. Diuinita
tẽ uero qua cõicat patri et ſpiritui, ſeruauit ipaſſibilẽ. Carne aũt, qua ipẽ ſol⁹ eſt
fact⁹, ipa & ſol⁹ idẽ ipſe eſt paſſus. Qua, ꝑpter ſi qs hãc hui⁹ beatiſſimi prĩs ſup
ſplendorẽ ſolis lucentẽ ſniam reꝓhẽdere audet, unã toti⁹ trinitatis ſubſiſtẽtiã, ld
Dicere unũ ex trinitate, nõ importat diuiſionem Trinitatis
20 eſt, patris & filii & ſpũs ſancti manifeſte cũ Sabellio credere deꝓhẽdit. Quia
ſi ſecũdũ ipſos, qcũq; dixerit, unũ ex trinitate Chriſtũ, qui pro nobis eſt carne
paſſus, diuiſionẽ facere deprehenditur trinitatis. Ergo & quicunq; deũ ex deo

dixerit,diuiſionem efficit deitatis. Quod ſi Deum ex deo dicere, diuiſionem
non facit diuinitatis,præſertim cum una ſit diuinitas Trinitatis. Multo magis
unum ex Trinitate dicere diuiſionem non facit Trinitatis. Quia non ſecundū
id quod unus eſt Deus,& una diuinitas Trinitatis,ſed ſecundum id quod tres
ſunt,id eſt pater & Chriſtus & ſpiritus ſanctus unus deus,Chriſtus de Trinita
te,qui pro nobis paſſus eſt carne Verum ſi uellent aduertere hi,qui hanc toti
us eccleſię uocē, & Apoſtolicis traditiōibus conuenientē temere audēt rephē
dere. Quoniam unus deus Trinitas,& qm̄ deus ex deo,& unus ex uno , nulla-
tenus dubitarent dicere unum ex trinitate Chriſtum, qui pro nobis paſſus eſt

Nō Trinitatē,ſed unū ex trinitate genuit uirgo Maria.

carne. Quia ſi nō Trinitatem, q̄ unus eſt deus,ſed deū q ſubſtātialiter ex deo 21
eſt,genuit ſecundum carnem uirgo Maria. Sine dubio unus ex Trinitate eſt ,
qui ſecundū carnem ex ipſa natus eſt.Aut ergo confiteant̄ hi,qui hanc uocem
putant catholicæ fidei eſſe contrariā,deum qui eſt Trinitas natum ex fœmia.
Aut ſi hoc non audent dicere,dicant unde eſt Deus,qui de uirgine natus eſt,
ſi non eſt de Trinitate,cum p̄ter Trinitatem nullum alium Deū agnoſcant Ca
tholici? Sed ſi eam uere & proprie Dei crederent genitricem,utiq; Deū uer
bū unū eſſe crederent de Trinitate.Quia non ex ea Deus qui eſt Trinitas na

Rom.ix.A.

tus eſt.Nam cum Apoſtolus Chriſtum teſtet̄ ſuper omnia deum,Trinitas aūt
unus eſt deus,non incōgrue ab eis quærit̄. Vtrum Trinitas Chriſtus ſit,aut al
ter p̄ter Trinitatem Deus Chriſtus ſit. Aut forte etiam ſup̄ Trinitatem Deus
eſt Chriſtus,quia ſup̄ omnia eum deum teſtat̄ Apoſtolus. Q; ſi horum trium
q̄dlibet dicere eſt impium,reſtat ut unus de Trinitate ſit deus Verbum, q de
uirgine ſecundum carnem natus eſt,& homo factus,paſſus eſt carne pro no-

Maria uirgo uere & ꝓprie dei genitrix eſt nō ſolū honore aut gratia

bis. Hinc eſt quod beatam uirginem Mariam propter honorem tantū hoīs 22
illius,qui ex ipſa natus eſt, quem gratia non natura deū confitentur,dei adſe
runt genitricem.Nos aūt uere & proprie Dei genitricem credimus & confite
mur.Quia puerum illum quem ipſa peperit,natura deum cognoſcimus, & p
ipſum facta ſunt oīa ſecundum B. Cyrillum dicentem. Homo natus eſt , cum
ſit natura deus,dei patris uerbum.Quia ſimiliter ut nos ſanguini communica
uit & carni.Sic enim terrenis apparuit,non amittens quod erat,ſed adſumēdo
humanitatis naturam in ſua ratione perfecta. Et iterum in primo capitulo con
tra Neſtorium. Si quis , inquit,non confitetur Deum eſſe ſecundum ueritа-
tem,eum qui eſt Emanuel. & ob hoc ipſum Dei genitricem ſanctam uirgi-

*Ex Deo,lege ex ea

nem. Peperit enim carnaliter Verbum, quod ex *Deo eſt. caro factum.Se
cundum quod ſcriptum eſt. Verbum caro factum eſt, Anathema ſit.

Duæ natiuitates Verbi

Quapropter duas etiam natiuitates Dei Verbi. Vnam ante ſecula a pa 23
tre ſecundum diuinitatem : Alteram uero in nouiſſimis temporibus,ſecun-
dum humanitatem a uirgine ſancta,confitemur .Quia non alium matris, ali
um patris filium credimus , ſed unum eundemque naturalem filium patris ,
naturalē filium matris agnoſcimus,Beato Papa Leone ad Flauianum dicente.
Cum enim Deus & omnipotens & æternus pater creditur. Conſempi-
ternus eidem quoque Filius demonſtratur . In nullo a patre differens ,

quia de deo deus,de omnipotẽte omnipotens, de ęterno natus eſt coæternus.
Non poſterior tempore,non inferior poteſtate,non diſſimilis gloria,non di
uiſus eſſentia. Idem uero ſempiterni genitoris unigenitus ſempiternus. Natus
eſt de ſpiritu ſancto & Maria uirgine,quæ natiuitas tẽporalis,illi natiuitati di-
uinæ & ſempiternæ nihil minuit,nihil contulit,ſed totam ſe reparãdo homini
qui erat deceptus,impendit. Secundum huius beati patris ſentẽtiam, Deus
24 factus Chriſtus,non autem Chriſtus deus factus docet̃,ſicut dicunt ſectatores
Theodori Mãpſueſteni magiſtri Neſtorii,qui per profectum Chriſtũ Deũ
factum credunt. Quia non cum eſſet pauper,diues factus eſt, ſed cum diues
eſſet,pauper factus eſt,ut nos diuites faceret. Sicut & Pſalmiſta teſtat̃, dicens.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexiſti
iuſticiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus, oleo lætiti-
ciæ præ conſortibus tuis. Quomodo aũt deus ungi potuit,aut habere conſor
25 tes,niſi fieret homo? Et ideo recte unius eiuſdemq; dei Verbi incarnati,&
hoĩs facti credunt̃ eſſe mirabilia & paſſiones,quia non eſt alter deus,alter hõ,
ſed idẽ de9,idẽ hõ. ſecundũ illã Papæ Leonis ſententiã,dicẽtis.Quia impaſſi
bilis deus non eſt dedignatus fieri homo paſſibilis,& immortalis, mortis legi-
bus ſubiacere. His congruens etiam beatus Cyrillus contra Neſtorium.Si qs
inquit,non confitet̃ Deum Verbum paſſum carne,crucifixum carne,& mor-
tem carne guſtaſſe,factumq; primogenitum ex mortuis,ſecundum q̊d eſt uita
& uiuificat nos tanq̃ deus,Anathema ſit. Secundum horum igit̃ hunc oĩm
26 ſanctorum Patrum catholicum ſenſum,ſuſcipim9 quatuor Synodos,id eſt Ni
cenam trecentorum decem & octo.Et centum,quinquaginta,qui in hac urbe
regia conuenerunt.Et eam quæ in Epheſo congregata eſt,cui p̃fuerunt Cæle
ſtinus & Cyrillus beatiſſimi Patriarchæ, cum oĩbus quæ ibi contra Neſtoriũ
ſiue contra quamlibet hæreſim acta ſunt. Necnon etiam, quam ſequimur &
amplectimur uenerandam Synodum Chalcedonenſem.Omniaq; ſcripta pa
trum ſanctorum,qui unum & idem ſecundũ horum Conciliorum definitiões
27 ſenſerũt. Anathematizamus aũt omnes,ſi quis dubitat,aut retractat,aut im
perfecta iudicat,aut qui ea a fide ſanctorum patrum æſtimat aliena. Similiter
igitur anathematizamus oĩa ſcripta Theodori Mampſueſteni, & Neſtorii di
ſcipuli eius,& omnes qui ſimiliter illis ſapiunt.His adiicientes Eutychẽ,Dioſco
rum, Timotheum,Elluſium,Petrum Alexandrinum, & Petrum Antiochenũ
& Accium Cõſtantinopolitanũ,cum om̃ibus ſectatoribus eorum, & ſucceſſo
ribus,communicatores & complices. Aut qui quacunq; ſorte eorũ maculãtur
contagione. aut memorias eorum celebrant,qui in ipſa damnatione defuncti
28 ſunt,aut innocentes defendunt. His ita ſe habẽtibus beatiſſimi,nunc iam qd
de gratia Dei,non qua creamur,ſed de ea qua recreamur & renouamur,ſenti
amus breuiter exponentes ſanctitati ueſtræ neceſſario credimus facere mani
feſtum.Eo q; etiam in hac parte inimici gratiæ dei, id eſt Pelagii & Cæleſtii
ſectatores nimium nobis infeſti eſſe uidentur. Igitur confitemur rectum in oĩ
bus a deo creatum Adam,non mortalem,nec immortalem,ſed utriuſq; capa-

Deus factus eſt Chriſtus, non aũt chriſtus factus eſt deus

Idẽ Chriſt9 impaſſibilis deus & paſſibilis hõ

Quatuor Concilia approbata

Anathematizandi Hæretici

Altera hui9 libelli materia.De materia cõtra Pelagianos

cem,habentem in proprii facultate arbitrii,& uelle & poſſe ad omnia,hoc eſt,
& ad bonum & ad malum. Hũc callidi ſerpentis deceptũ aſtutia, propria ſpõ
te,p̃uaricatorem extitiſſe diuini præcepti, atq; ob hoc iuſto iudicio dei,nõ ſo
lum morte corporis,uerumetiam animæ effectum obnoxium,& priſtino ho
nore nudatum,iumẽtis ſimilẽ factum. non q̃ inrationabilis ſit eſt ectus,ſed qa
rationalis uigor eius carnali delectatiõe eſt obligatus,ſenſit deniq; mox inobe
dientiæ merito legem contrariam in propriis membris,repugnantem legi mẽ

Peccatum Adæ & pœna ei⁹ in oẽs hoies tranſiuit.

tis ſuæ,captiuantem ſe in lege peccati. Quod malum & pœnam mali in uni
uerſum credimus tranſiſſe genus humanum. Nec eñ mortem corporis tantũ 29
quæ pœna peccati eſt,ſicut quidam dicere uolunt,ſed & aculeum mortis, hoc
eſt peccatum ingreſſum mundo. Quia non iſtis,ſed Apoſtolo potius acquie
ſcimus,qui & peccatum & mortem in omnes hoies pertranſiſſe teſtat̃,dicens.
Per unum hoiem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors,& ita

Rom.v.B.

in omnes homines mors pertrãſiuit,in quo omnes peccauerunt. Propterea 30

Ad quid baptizantur paruuli

& recentes ab utero paruulos,non tantum,ut adoptionem mereant̃ filiorum,
aut propter regnũ cęlorum. Sicut Pelagii & Cæleſtii,ſiue Theodori Mãpſue
ſteni diſcipuli,qui unum & idem naturale & originale peccatum eſſe adfirma
re conant̃. Sed & in remiſſionem peccatorum eos credimus baptizari,ne pe

Gratia dei cũctis ad ſalutẽ neceſſaria

reant in æternum. Infirmatus igitur naturæ uigor per malum præuaricatio 31
nis,nullaten⁹ ualuit per ſemetipſum inde adſurgere,unde per propriam uolũ
tatem incurrit. Quapropter nullum ab Adam nunc uſq; per naturę uigorem
credimus eſſe ſaluatum,niſi dono gratiæ Spiritus ſancti in fide nomis Hieſu.
Quia non eſt aliud nomẽ datum hominibus ſub cælo,in quo oporteat eos ſal

Ad quid p ſe ualet liberũ arbitriũ.

uos fieri,niſi in noïe Hieſu Chriſti. Liberum aũt naturale arbitrium, ad ni 32
hil aliud ualere credimus,niſi ad diſcernenda tantum & deſyderanda carnalia,
ſiue ſecularia,quæ nõ apud deum,ſed apud hoïes poſſunt fortaſſis uideri glo
rioſa. Ad ea uero quæ ad uitam æternam pertinẽt,nec cogitare,nec uelle, nec
deſyderare,nec perficere poſſe,niſi per infuſionem & inopationem intrinſe
cus Spiritus ſancti,qui eſt etiam ſpiritus Chriſti. Spiritum eñ Chriſti qui non
habet,hic non eſt eius. Quod ſi quis credit in Chriſto,iam Chriſti eſt. Sicut &
uerum eſt,non utiq; per donum naturæ,ſed per ſpiritũ ſanctum eſt qui Chri
ſti eſt. Qui iam credit in eum,qui iuſtificat impium,ut confiteat̃. quia domi

Ab Abel ad Chriſtũ uſq; oẽs per gratiã ſaluati ſunt,ſicut & nos

nus eſt Hieſus,q̊d nemo poteſt dicere,niſi in Spiritu ſancto. Quapropter 33
anathematizamus eos,qui naturale aut ſubſtantiam aliquam dicunt eſſe pecca
tum. Abominantes etiam eos, qui contra uocem Apoſtoli audent dicere. No
ſtrum eſt uelle,dei uero perficere. Cũ idem doctor,& uelle & perficere donũ
teſteẽ eſſe diuinum,ipſo dicente. Deus eñ eſt qui opatur in uobis, & uelle &
perficere pro bona uoluntate. Credentes etiã oẽs ab Abel uſq; ad Chriſtũ, ſi
qui ſaluati ſunt,ea gratia,qua & nos eſſe ſaluatos,ſecundũ uocem B. Apoſtoli

Act. xv.B.

Petri dicentis. Quid temptatis deum,imponere iugum ſuper ceruices diſcipu
lorum,quod neq; patres ueſtri,neq; nos portare potuimus, ſed per gratiam
domini Hieſu credimus ſaluari,quemadmodum & illi.

Incipiunt

INCIPIVNT CAPITVLA MAxentii Iohannis, edita contra Neſtorianos & Pelagianos, ad ſatisfactionem fratrum

Si quis non confitetur in domino noſtro Hieſu Chriſto duas naturas unitas, hoc eſt, diuinitatis & humanitatis, ac ſi unam naturam dei Verbi incarnatã Sicut duas unitas in una ſubſiſtentia atque perſona, ſecundum quod nobis tradidit ueneranda Synodus Chalcedonenſis, Anathema ſit. A

Si quis non confitetur proprie & uere ſanctam Mariam dei genitricẽ, ſed propter honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem, qui ſecundum gratiam dicitur deus. Non autem quia peperit deum incarnatum & hominem factum, Anathema ſit. B

Si quis non confitet ſubſtantialem ſiue naturalem unitatem, ſecundum id quod manens natura deus Verbum, naturæ eſt unitus humanæ, ſed ſubſiſtentialem ſiue perſonalem dicit unitatem, aut ſecundum inluſtrationem, ſiue ſecũdum dilectionem, aut ſecundum affectionem, Anathema ſit. C

Si quis non acquieſcit confiteri. Chriſtum unum de Trinitate, etiam cum carne propria, qui pro nobis paſſus eſt carne, quamuis ſecundum carnem nõ ſit de ſubſtantia Trinitatis, ſed ſit idem ex nobis, Anathema ſit. D

Si quis puerum illum quem ſancta uirgo Maria genuit, non confitetur natura deum, p ipſum facta omnia uiſibilia & inuiſibilia, cæleſtia & terreſtria, cõditorẽq; oĩm, deum fortem, principẽ pacis, patrẽ futuri ſeculi, anathema ſit. E

Si quis dicit Chriſtum paſſum carne, Deum uero paſſum carne dicere non acquieſcit, quod idipſum intelligitur, Chriſtum paſſum carne, anathema ſit. F

Si quis dicit. Deus non eſt factus Chriſtus, Chriſtus autem deus factus eſt Anathema ſit. G

Si quis non confitetur duas natiuitates in uno filio Dei, deo Verbo, ante ſecula quidem nato de patre. In nouiſſimis autem temporibus eodem de matre genito. Anathema ſit. H

Si qs non cõfitet cõpoſitum Chriſtum poſt incarnationem, anathema ſit. I

Si quis dicit naturale eſſe peccatum, peccati cauſam naturarum conditori dementer adſcribens. Anathema ſit. K

Si quis non confitetur originale peccatum per præuaricationem Adæ ingreſſum in mundum, ſecundum Apoſtoli uocem dicentis. Per unum hominẽ peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homĩes pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Anathema ſit. L Rom. v. B.

Item. Anathematizamus omnem ſenſum Pelagii & Cæleſtii, & omnium qui illis ſimilia ſapiunt, ſuſcipientes omnia quæ in diuerſis locis contra ipſos acta ſunt & ſcripta a Præſulibus Apoſtolicæ Sedis. Id eſt. Innocentio, Bonifacio, Zoſimo, Cœleſtino & Leone. Attico etiam Conſtantinopolitano, & Auguſtino Aphricanæ Prouinciæ Epiſcopis. M

Explíciunt Capitula Duodecim.

ITEM INCIPIT EIVSDEM PRO FESSIO BREVISSIMA CATHO LICÆ FIDEI.

Fides catholica de trinitate

EST Deus pater, Deus filius, Deus etiam Spiritus ſanctus, 1
non tres, ſed vnus deus, vna ſubſtantia ſiue natura, vna ſapiē
tia, una uirtus, una dominatio, unum regnum, una omnipoten
tia, una gloria. Tres tamen ſubſiſtentiæ ſiue perſonæ. Vna
quæq; perſona incommutabiliter ſemper obtinens q̄d pro-
prium eſt. Ita ut nec pater ſit filius aut ſpiritus ſanctus. nec filius ſit pater aut

Filius dei incarnatus & hō factus

ſpiritus ſanctus. nec ſpiritus ſanctus pater ſit aut filius. Filius aūt, id eſt Ver 2
bum dei, unigenitus deus, conſubſtantialis patri, manens in propria ſubſiſtētia
deus, in nouiſſimis diebus ex uiſceribus beatæ uirginis Mariæ naturam ſuſce-
pit humanam, & ſibi carnem coadunans, homo factus eſt, habens animam rati

Deus natus ex fœmina, paſſus, crucifixus, mortuus &c.

onalem uel intellectualem. Quamobrem fatendū eſt, Deū natum ex fœmi 3
na non ſecūdum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. Deum in cunis ia
cuiſſe pannoſum ſordibus inuolutum, creuiſſe & profeciſſe ętate & ſapientia,
ſecundum humanitatem, non ſecundum diuinitatem. Deum eſuriſſe, ſitiſſe,
laſſum ex itinere quieuiſſe, non ſecundum diuinitatem ſed ſecundū humanita
tem. Deum comprehenſum manibus impiorum, iudicatum, damnatum, cru-
cifixum. Latus lancea perforatum, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum
humanitatem. Deum mortuum, ſepultum, reſurrexiſſe, non ſecundum diuini-
tatem ſed ſecundū humāitatem. Deum cum ipſa carne aſcendiſſe in cælum, ſe
diſſe ad dexteram patris. Inde rurſum cum ipa carne in gloria uenturum iudi

Chriſtꝰ vnꝰ ex trinitate ipſe & uita æterna & ſapientia patris &c.

care uiuos & mortuos. Rurſus profitendum eſt. Hieſum Chriſtum filiū ho 4
minis, ſiue hominem, ante ſecula de patre natum, vnum ex Trinitate, & per eū
facta oīa uiſibilia & inuiſibilia, & ſine ipo factum eſſe nihil. Non tñ ſecundū
humanitatem, ſed ſecundum diuinitatem. Hunc eūdem hominem eſſe uitam
æternam, ſapientiam, & uirtutem patris, non tamen ſecundum humanitatē, ſed
ſecundum diuinitatem. Hunc eundem hominem eſſe figuram ſubſtantiæ ſiue
imaginem patris, & emanationem claritatis dei, non tamen ſecundum humani

Sapiētia patris nata & paſſa

tatem, ſed ſecundū diuinitatem. Rurſus dicendum eſt. Eum qui eſt uita ęter- 5
na, ſapientia, & uirtus patris, natum ſecundum carnem ex fœmina. Vitam ęter
nam, ſapientiam & uirtutem patris pannis inuolutum in cunis iacuiſſe. Vitam
æternam ſapiētiam & uirtutem patris, paſſum crucifixum mortuum ſecūdum
carnem. Quæ cū ita ſint, nemo poteſt eſſe catholicus, niſi qui in Verbo dei 6

Duę naturę in Chriſto indiſſolubiliter unitæ

filio unigenito, duas fuerit profeſſus poſt adunationē ſemper indiſſolubiliter
manere naturas, id eſt, Verbi & carnis, Dei & hominis, diuinitatis & humani
tatis. Quia ſicut unus de Trinitate eſt, & in principio Verbum deus eſt. Ita eti
am idem ipſe ex nobis eſt, homo perfectus & uerus. Qui eñ ex lūbis Abra 7

Vna Chriſti perſona

hæ & ex ſemine Dauid puer datus eſt nobis, deus cæli eſt, & princeps pacis, &

ideo non duæ,ſed una Chriſti perſona eſt,quia nemo aſcendit in cælum ,niſi qui de cælo deſcendit filius hominis,qui eſt in cęlo,Hieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula.

ITEM INCIPIT EIVSDEM BREVISSIMA ADVNATIONIS RATIO VERBI DEI AD PROPRIAM CARNEM

Qualiter incarnatus eſt filius Dei.

FILIVS Dei Verbum patris,unus ex Trinitate,conſubſtātialis patri,natus de deo ante ſecula,ſubſiſtens in propria perſona deus.In nouiſſimis temporibus,mox inter euangelizantis angeli uerba,& adcommodantis uirginis fidē,propria potentiæ uirtute,ex uiſceribus eiuſdem uirginis ſine ſemine uiri carnem ſibi coadunās,manens in propria natura deus,homo factus eſt , habēs aniam rationalem ſiue intellectualem,& ita completo tempore,ſecūdum legē humanæ naturæ proceſſit de thalamo uirginali. Hac de cauſa naturalis,nō ſocialis adunatio ſiue unitio in Chriſto rectiſſime dicit.Quia non carni formatæ aut animatæ,q̄d iam hominis cuiuslibet poteſt demōſtrare perſona, ſemet perſona Verbi uniuit in utero uirginis,ſed ex ipſis eius uiſceribus ſapiētia ſibi domum ædificauit.Alioqui ſi formatæ aut animatæ carni ſemet Verbum dei inſeruit in utero uirginali.Nō iam naturalis,ſed ſocialis hæc potius unitio ſiue adunatio dicenda eſt.Nec perſona Verbi ad naturam carnis,ſed ad perſonā alicuius hominis concurriſſe credenda eſt,ſed hoc qui dicunt errore Neſtorii traducunt.Catholica aūt fides non perſonam uerbi ad perſonam alicuius iam formati hominis,ſed ad naturam carnis conueniſſe credit & prædicat,& ideo non ſocialem,ſed naturalem factam docet eſſe unitionem.

Adunatio in Chriſto naturalis, nō ſocialis

ITEM INCIPIT EIVSDEM RESPONSIO CONTRA ACEPHALOS, QVI POST ADVNATIONEM STVLTE VNAM PROFITENTVR IN CHRISTO NATVRAM.

Acephali, tanq̄ ſine capite, q a nullus inuenitur autor a quo exorti ſunt.

EXPOSITA breuiter Catholicæ fidei profeſſione,pergimus nunc illorum reſpondere definitionibus,qui lapſu miſerabili corruentes,nouis & exquiſitis argumentationibus nepharium dogma,Chriſti eccleſiis moliuntur inferre,& Deū & hominem,Verbum & carnem confitentes. Vnam poſt adunationem in Chriſto naturam,ſtulte nimis imprudenterq; conantur adſtruere.Quia inquiunt non eſſe naturam ſine perſona. Quibus reſpondetur.

Acephalorum error.

Reſponſio.

Si una poſt adunationē in chriſto natura eſt, ergo nec adunatio carnis facta ē. Q̃ ſi coadunatio carnis facta nō eſt, cur adunatiōis fit mētio? ſi uero adunatio carnis facta eſt, iam non tm̃ diuina, ſed & carnis natura in Chriſto eſt, duę igiẽ naturæ ſine ulla dubitatione poſt adunationē in Chriſto ſunt. 3 Si aũt & adunatione facta una & ſola manet in Chriſto diuinitas, ergo non ſimplex, ſed cōpoſita paſſibiliſq; eſt eadē Verbi diuinitas. Quia quicquid ex adunatione ſubſiſtere creditur, nullatenus ſecundum ueritatem proprie ſimplex eſt, ſed omĩno compoſita intelligitur. Hoc autem de ſola diuinitate Chriſti ſentire probaẽ eſſe ſacrilegium. Reſtat ergo, ut adunatio quæ compoſitionem facit, refugiat ſimplicitatem, ſuſceptionemq; procul dubio a filio Dei humanæ naturæ ſignificet. Et ideo conſtat duas, id eſt diuinitatis & humanitatis, in filio dei poſt adunationem eſſe naturas, ex quibus & in quibus ſubſiſtit una & ſingularis Chriſti perſona. Rurſus ſi poſt adunationem una natura in filio dei profitenda eſt, 4 aut humanitas ſola in Chriſto eſt, aut certe ſola diuinitas. Item ſi non eſt ſine perſona natura, multo magis perſona nō poteſt eſſe ſine natura. Si ergo non ē natura ſine perſona, & perſona non eſt ſine natura. Tres ergo ſunt naturæ diuinitatis, non una. Quia tres ſunt ſine dubio ſubſiſtentię ſiue perſonæ, patris & filii & ſpiritus ſancti. Sed hoc qui dicunt, Arrianis omnino ſociãtur, & pari cau- 5 tela cauendi ſunt, quia ſimiliter ut illi blaſphemare noſcuntur. Quæramus tamen quid ſibi uult adiectio illa ſignificare, cum dicunt, poſt Adunationem. Vtrum quia ante adunationem duæ in Chriſto naturæ fuerunt, & ideo dicũt poſt adunationem. An & ante adunationem unam profitentur fuiſſe in Chriſto naturam. Quod ſi ante adunationem unam fuiſſe dicunt, ſuperfluum oĩno eſt, poſt adunationem dicere. Quia ſemper una ſecundum ipſos conſtat fuiſſe & eſſe in Chriſto natura. Verum ſi ita eſt, omnino fallaciter ab eis etiam mētio adunationis affertur. Quia ſi una & ante & poſt manſit in Chriſto natura, nulla omnino facta eſt adunatio, quia adunationem ex diuerſarum rerum naturis fieri nemo eſt qui neſciat. Si autem duas ante adunationem fuiſſe naturas in Chriſto dixerint, duas etiam ſine dubio ante adunationem dicere conuincuntur in Chriſto fuiſſe perſonas, quia ſecundum ipſos non eſt natura ſine perſona. Q̃ cum dicunt, quis eos neſciat Neſtorianæ perfidiæ (quod fugiunt) laqueis compediri, qui hominem plenum deo, nō deum hominem factum prædicare conuincitur. 6 Item ſi non eſt natura ſine perſona, quæramus ab eis. Vtrum poſt adunationem Verbi & carnis in Chriſto dicant duas eſſe naturas, aut denegent. Q̃ ſi uel uerbi uel carnis eſſentiam in Chriſto negauerint, aut Iudęorum impietati omnino iungendi ſunt, qui Chriſtũ purũ hoiem fuiſſe aſſerunt. Aut Manichæorum ſacrilegiis coæquandi, qui carnis in Chriſto negant eſſentiam uel naturam. Si uero & Verbum & carnem eſſe in Chriſto dixerint, duas utiq; eſſentias inuiti diuerſarum naturarum ipſorum nominum teſtimonio profitentur, quia non eadem ſunt nomina Verbi & carnis, nam uerbum verbum eſt, & caro caro eſt. Verum quia nolũt eſſe naturam ſine per- 7 ſona, procul dubio etiam ſic ſecundum hanc ſtultam & impiam definitionem

Poſt adunationē factam nō ſola diuinitas in chriſto credēda eſt

Nō oportet pſonę & naturę eundē ſemp eſſe numerum

Alia contra eos rō, ex uocabulo Adunatiōis

Alia rō, ex errore Iudæorũ & Manicheorum.

Alia rō, ex falſo eorum fundamēto.

ſuam, ipſi potius duas inuenientur in Chriſto adſeuerare perſonas. Quia ver
bum & carnem etiam poſt adunationem in Chriſto negare non poſſunt,
8 quorum diuerſas eſſe naturas nullus ignorat. Sed duas, inquiunt, ideo non
debere dici in Chriſto poſt adunationem fatemur eſſe naturas, quia duo nu-
merus eſſe non poteſt indiuiſus, cum ſecundum ueritatem omnis nume-
rus diuiſioni ſubiaceat. Hæc & huiuſmodi ſolet eorum inpudẽtiſſima contra
9 Catholicam ueritatem argumentari uanitas. Et primum quidem non per
ſe ipſum, ſed in rerum naturis omnem ſubſiſtere numerum euidentiſſima rati
one docemur. Deinde ſi nullatenus ea quæ ſecundum aliquid diſcernuntur
& numerantur, poſſunt in unitate ſubſiſtere. Quæro, pater & filius & Spiri
tus ſanctus, qui non re ipſa, ſed cognitione tantum ab inuicem diſcernuntur,
quomodo non in diuiſione, ſed in naturæ unitate ſubſiſtant? Q; ſi hi tres v-
num ſunt, & perſonarum ſuarum proprietates integras & perfectas inconfu
ſe cuſtodiunt. nec in diuiſione, ſed in unitate ſubſiſtunt. Reſtat, ut iam non o-
mnia quæ ſecundum cognitionem numerantes diſcernimus, etiam rebus ipſis
nepharie diuidamus. Quia nec cum carnis & animæ duas pronunciamus di-
uerſaſq; naturas, vnum hominem in duo diuidimus, quem non rebus ſed co-
gnitione diſcernimus. Alioquin diuidant primo ſi poſſunt, non ſolum intelle
ctu, ſed etiam rebus, a ſplendore colorem, & calorem a ſole. & tunc eorum po
terit hæc ſtulta ſententia ſtabiliri. Quod ſi hoc facere nequeunt, cedant uerita
ti & duas nobiſcum in Chriſto profiteantur eſſe naturas, qui eas non rebus ip
10 ſis diuidimus, ſed cognitione tantum diſcernimus & probamus. Si uero di-
xerint. Sicut ex anima & carne una humana natura conficitur, quæ ſingulari
non plurali numero pronunciatur. Ita ex diuinitate & humanitate una facta
eſt Chriſti natura. Primo quidem hoc exemplum filio Dei minime exiſtimo
conuenire, cui ſubſiſtendi cauſa caro non fuit. Quippe qui ante ſecula a patre
natus in propria perſona incommutabiliter ſubſiſtit. Sed ut Verbum caro fie
ret, miſericordiæ fuit. Animam autem humanam ante carnem alicubi ſubſiſte
11 re, & poſtmodum carni inſeri, nemo auſus eſt adfirmare. Sane quia nulla
res ſiue natura eſt, quæ non proprio appelletur nomine, vnius naturæ, quam
ex diuinitate & humanitate factam eſſe contendunt, nomen doceant. At ſi uo-
luerint dicere. Verbum incarnatum, ſiue unam naturam dei Verbi incarnatã,
Eo ipſo quo hoc dicunt, duas procul dubio dicere conuincuntur in Chriſto
naturas, duarumq; non unius nomina naturarum, eius uidelicet, qui incarna-
tus eſt, id eſt Verbi dei. & eius quæ ab ipſo aſſumpta eſt, id eſt carnis. Non er
go hoc unius rei nomẽ eſt, quod ſic expreſſam ſignificationẽ duarum diuerſa
rumq; unitarum doceat naturarum. Quemadmodum cum dicitur, humana
natura, quam ex duabus ſeu potius in duabus diuerſiſq; naturis, id eſt carnis
& animæ ſubſiſtere nemo dubitat. Sed quemadmodum ſi dicatur, Anima in-
carnata, ſiue una natura animæ incarnatæ, & ideo nomen naturæ unius quæ
diuinitatis & humanitatis expreſſam poſſit habere ſignificationem docere co-

Falſa eorũ argumenta tio ex rõne numeri

Solutio, q̃ inueniũ numerus ſine diuiſione.

Diuidere, p ſeparare, ut cõtrarium ſit unire.

Hæc uox, verbũ incarnatũ, nõ unã ſignificat naturã ſed duas

Chriſtus nō naturæ, ſed unctiōis nomen eſt.

guntur. Verum ſi intantum deſipuerint, quo dicant eam Chriſti eſſe natu 12
ram. Rurſus ab eis quæritur, qualis illa ſit. Quia Chriſtus non naturæ, ſed
operationis ſiue efficientiæ, id eſt unctionis nomen eſt, & ideo adhuc coartan
tur, ut illius naturæ ſingularis, quam poſt adunationem in Chriſto eſſe uolunt,
nomen doceant. Quia nulla rei natura eſt, quæ non proprio & ſingulari no-
mine ſecundum ſpecialem uidelicet appelletur ſignificationem. Chriſtum au
tem non eſſe naturæ nomen, ſed unctionis, & ex hoc quod multi Chriſti dicti
ſunt in uetere Teſtamento manifeſtum eſt. Quapropter aut nomen illius 13
naturæ unius quod ab eis rectiſſime quæritur doceant. Aut ſi hoc facere mi-
nime poſſunt (quia omnino eſt impoſſibile) duas non ante ſed poſt adunatio-
nem, & deinceps ſemper indiſſolubiliter manentes, naturas in una Chri
ſti perſona ſpreta erroris ſui caligine, profiteri non metuant, ne aut
humanam tantum cum Iudæis, aut diuinam tantum cum
Manichæis confitentes, ab unica & catholica damnati
matre Eccleſia in perpetuo crucientur.

Cōcluſio catholica contra Acephalos.

EXPLICIT

ITEM INCIPIT EPISTOLA

BEATI PAPÆ LEONIS, AD FLAVIANVM VTILISSIMA.

Dilectiſſimo Fratri Flauiano Leo.

Cōtra Eutychen hæreticū & impiū

LECTIS dilectionis tuæ literis (quas miramur fu iſſe tam ſeras) & geſtorum Epiſcopalium ordine recenſito. Tandem quid apud uos ſcandali contra integritatem fidei exortum fuerit agnouimus; & quæ prius uidebantur occulta, nunc nobis reſerata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis uidebatur, multum imprudens & nimis imperitus oſtenditur. Vt etiam de ipſo dictum ſit a propheta. Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitate meditatus eſt in cubili ſuo. Quid autem iniquius, quàm impia ſapere, & ſapientioribus doctioribuſque non credere? ſed in hanc inſipientiam cadunt, qui cum ad cognoſcendam ueritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad Propheticas uoces, non ad Apoſtolicas literas. Nec ad Euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt. Et ideo magiſtri erroris exiſtunt. Quia ueritatis diſcipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de ſacris noui & veteris Teſtamenti paginis acquiſiuit, qui ne

ipſius

ipſius quidem Symboli initia comprehendit: & quod per totum mundum
omnium regenerandorum uoce depromitur, iſtius adhuc ſenis intellectu
2 non capitur. Neſciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione Eutyches cō
ſentire. Ne uolens ad promerendum lumen intelligentiæ in ſanctarum ſcri- tra ſymbo
pturarum latitudine laborare, ut illam ſalutem communem & indiſcretam lum errat.
confeſſionem ſolicito recepiſſet auditu. Qua Dei filium uniuerſitas profite-
retur credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, & in HIESVM Chri-
ſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſan-
cto & Maria virgine, quibus tribus ſententiis omnium fere Hæreticorum
3 machinæ deſtruuntur. Cum enim Deus & omnipotens & æternus pater In ſymbolo
creditur, conſempiternus eidem filius demonſtratur, in nullo a patre diſ- recte & diui
ferens. Qui de deo deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus nitas & hūa
eſt, coæternus. Non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſi- nitas chriſti
milis gloria, non diuiſus eſſentia. Idem uero ſempiterni genitoris unigeni- exprimitur.
tus ſempiternus, natus de Spiritu ſancto & Maria virgine. Quæ natiuitas
temporalis, illi natiuitati diuinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit,
ſed totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut & mortem
uinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua uirtute deſtru-
eret. Non enim ſuperare poſſumus peccati & mortis auctorem, niſi natu-
ram noſtram ille ſuſciperet, & ſuam faceret, quem nec peccatum contamina-
re nec mors potuit detinere. Conceptus quippe eſt de Spiritu ſancto intra
uterum virginis matris, q̄ ita illum ſalua virginitate edidit, quemadmodum Teſtimonia
4 ſalua virginitate concepit. Sed ſi de hoc Chriſtianæ fidei fonte puriſſimo ſcripturarū
ſyncerum intellectum haurire non poterat (Quia ſplendorem perſpicuæ de incarnati
ueritatis, obcæcatione ſibi propria tenebrarat) doctrinæ ſe Euangelicæ ſub one filii dei.
didiſſet, dicente Sancto Matthæo. Liber generationis HIESV Chriſti fi- Matth. i. A.
lii Dauid, filii Abraham. Apoſtolicæ quoque prædicationis expetiſſet in-
ſtructum, & legens in epiſtola ad Rhomanos. Paulus CHRISTI HIE- Roma. i. A.
SV uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei. Quod ante pro-
miſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt
ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ad propheticas paginas piam ſoli-
citudinem contuliſſet, & inueniens promiſſionem Dei ad Abraham dicen- Gen. xxii. D
tis. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Nec de huius ſeminis propri-
etate dubitaret, ſequutus fuiſſet Apoſtolum Paulum dicentem. Abrahæ di- Gal. iii. C.
ctæ ſunt promiſſiones, & ſemini ſuo quod eſt CHRISTVS. Eſaiæ Eſa. vii. C.
quoq; prædicationem interiore adprehendiſſet auditu, dicentis. Ecce uirgo in
utero concipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel, quod
interpretatur nobiſcum Deus. Eius denique Prophetæ fideliter verba le-
giſſet. Puer natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis, cuius poteſtas ſuper
humeros eius, & vocabunt nomen eius magni conſilii angelus, Deus for- Ibidem ix. B
tis, princeps pacis, pater futuri ſeculi, & cætera.

Nec fruſtratorie loquens. Ita Verbum diceret carnem factũ, ut editus ute 5
ro uirginis Chriſtus haberet formã hoĩs, & nõ hẽret materni corpis ueritatẽ.
An forte ideo putauit dominum HIESVM Chriſtum non noſtræ eſſe na
turæ. Quia miſſus ad Beatam Mariam angelus ait. Spiritus ſanctus ſuperue
niet in te, & uirtus altiſſimi obũbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur de te ſan
ctum uocabitur filius Dei. Vt quia conceptus uirginis diuini fuit operis, non
de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed nõ ita intelligenda eſt illa ge
neratio ſingularis, ut per nouitatem creationis proprietas remota ſit generis.
Fœcũditatem uirginis ſpiritus ſanctus dedit. Veritas autem corporis ſumpta
de corpore eſt, ædificante ſibi ſapientia domum, verbum caro factum eſt, &
habitauit in nobis, hoc eſt, in ea carne quam ſumpſit in homine, & quam ſpiri
tus uitæ rationalis animauit. Salua igitur proprietate utriuſq; naturæ, & in 6
unam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt a maieſtate humilitas, a uirtute infirmi
tas, ab æternitate mortalitas. Et ad reſoluendum conditionis noſtræ debitum,
natura inuiolabilis, naturæ eſt unita paſſibili, ut quod noſtris remediis congru
ebat. Vnus atq; idem Mediator dei & hominum, homo Chriſtus HIESVS
& mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. In integra ergo ueri ho
minis, perfectaq; natura uerus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris. 7
Noſtra autem dicimus quæ in nobis ab initio creaturæ condidit, & quę re
paranda ſuſcepit. Nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus admiſit,
nullum habuerunt in Saluatore ueſtigium. Nec quia communionem huma
narum ſubiit infirmitatum, ideo noſtrorum fuit particeps delictorum. Adſum
pſit formã ſerui, ſine ſorde peccati, humana augens, diuina non minuens. Quia
exinanitio illa qua ſe inuiſibilis uiſibilem præbuit, & creator & dominus omni
um rerum unus uoluit eſſe mortalium, inclinatio fuit miſerationis, non defe
ctio poteſtatis. Proinde quia manens in forma Dei, fecit hominem, in forma
ſerui factus eſt homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraq; na
tura. Et ſicut formam ſerui, dei forma non adimit, ita formam dei ſerui forma
non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem ſua fraude decep 8
tum, diuinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mor
tis ſubiiſſe ſententiam, ſeq; in malis ſuis quoddam de præuaricatoris conſor
tio inueniſſe ſolatium, Deumq; iuſticiæ exigente ratione erga hominem, quẽ
tanto honore condiderat, propriam mutaſſe ſententiam. Opus fuit ſecreti di
ſpenſatione conſilii, ut incommutabilis Deus (cuius uoluntas non poteſt ſua
benignitate priuari) primam ergo nos pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento
occultiore compleret, & homo diabolicæ iniquitatis uerſutia actus in culpam
contra Dei propoſitum non periret. Ingreditur ergo hæc mundi infima fi 9
lius Dei, de cæleſti ſede deſcendens, & a patris gloria non recedens, nouo or
dine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuiſibilis in ſuis, uiſibilis
eſt factus in noſtris. Incõprehenſibilis uoluit cõphendi, ante tpa manẽs, eſſe
cœpit ex tpe. Vniuerſitatis dominus ſeruilem formam, obumbrata maieſtatis
ſuæ im

Vera hũanitas i christo ex uirgine ſuſcepta.

Vere fuit in Chriſto et diuina & hũana natura.

Noſtra filiꝰ dei aſſũpſit non uiciata, ſed pura

Ad reparandum primi hoĩs lapſum deus hõ factus eſt.

Filius dei incarnatꝰ, nouo ordine, noua q́q; natiuitate.

ſuæ immenſitate ſuſcepit. Inpaſſibilis Deus non dedignatus eſt homo eſſe paſ-
ſibilis,& immortalis mortis legibus ſubiacere. Noua autem natiuitate gene-
ratus. Quia inuiolata uirginitas quæ concupiſcentiam neſciuit, carnis ma-
teriam miniſtrauit. Adſumpta eſt de matre Domini natura non culpa.

10 Nec in Domino HIESV Chriſto ex utero virginis genito, quia natiui-
tas eſt mirabilis, ideo noſtri eſt natura diſſimilis. Qui enim uerus Deus, idem
uerus homo. & nullum eſt in hac unitate mẽdacium, dum inuicem ſunt & hu-
militas hominis & altitudo diuinitatis. Sicut enim deus non mutatur miſeratio-
ne, ita homo non cõſumitur dignitate. Agit utraq; forma cum alterius com-
munione, quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante quod uerbi eſt,& car-
ne exequente quod carnis eſt. Vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccum-
bit iniuriis. & ſicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita ca-
ro naturam noſtri generis non relinquit. Vnus enim idemq; eſt uere Dei fili-
us,& uere hominis filius. Deus, per id quod in principio erat verbum. Homo
per id quod verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Deus, per id quod
omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Homo, per id quod
factus eſt per mulierem, factus eſt ſub lege. Natiuitas carnis manifeſtatio eſt
humanæ naturæ. Partus virginis diuinæ eſt uirtutis indicium. Infantia paruu-
li oſtenditur humilitate cunarum. Magnitudo altiſſimi declaratur uocibus an-
gelorum. Similis eſt rudimentis hominum, quem Herodes impie molitur oc-
cidere. Sed dominus eſt omnium quem Magi gaudent ſuppliciter adorare.
Iam cum ad præcurſoris ſui Iohannis baptiſmum uenit, ne lateret quod car-
nis uelamine diuinitas tegeret, uox patris de cælo intonans dixit, Hic eſt filius
meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem itaq; ſicut hominem dia-
bolica putat aſtutia, eidem ſicut Deo angelica famulantur officia. Eſurire & ſi-
tire, laſſiſcere atq; dormire euidenter humanũ eſt. Sed quinq; panibus qnq;
millia hominum ſatiare. & largiri Samaritanæ aquam uiuam, cuius hauſtus
bibenti præſtet ne ultra ſitiat. ſupra dorſum maris, plantis non deſidentibus,
ambulare. & elationes fluentum increpata tempeſtate conſternere, ſine ambi-
guitate diuinum eſt. Sicut ergo (ut multa prætercam) non eiuſdẽ naturæ eſt,
flere miſerationis affectu amicum mortuum,& eundem remoto quadridua-
næ aggere ſepulturæ, ad uocis imperium excitare rediuiuum. Aut ligno pen-
dere & in noctem lucem conuerſa, omnia elementa tremefacere. Aut clauis
transfixum eſſe,& paradiſi portas fidei latronis aperire. Ita non eiuſdem na-
11 turæ eſt dicere. Ego & pater unũ ſumus. & dicere, Pater maior me eſt. Quã-
uis enim in Domino HIESV Chriſto, Dei & hominis una perſona ſit. Ali-
ud tamen eſt, unde in utroq; communis eſt contumelia. Aliud unde commu-
nis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt, minor patre humanitas. De patre illi eſt,
æqualis cum patre diuinitas. Propter hanc ergo unitatem perſonæ in utraque
natura intelligendam,& filius hominis legitur deſcendiſſe de cælo, cum filius
Dei carnem de ea uirgine, de qua eſt natura, ſumpſerit. Et rurſum filius Dei
crucifixus dr̃ ac ſepult⁹, cũ hęc nõ in diuĩtate ip̃a, qua unigenit⁹, cõſempitern⁹,

Proprietas utriuſq; naturæ in chriſto remãſit in actibus & officiis propriis

Matth.iii.D

Ego & pater unum ſumus. Et pater maior me eſt

conſubſtantialis eſt patri, ſed in naturæ humanæ ſit infirmitatem perpeſſus.
Vnde unigenitum filium Dei crucifixum & ſepultum, omnis etiam in ſymbo
lo eccleſia confitetur, ſecundum illud Apoſtoli. Si enim cognouiſſent, nunquã
Quẽ dicunt hoies eſſe fi liũ homis. dominum maieſtatis crucifixiſſent. Cum autem ipſe dominus noſter & Sal 12
uator fidem diſcipulorum ſuis interrogationibus erudiret. Quem me, inquit,
Mat. xvi. C dicunt homines eſſe, filium hominis? Cunq; illi diuerſas aliorum opiniones
prætexuiſſent. Vos ait quem me dicitis eſſe, me utiq; qui ſum filius hominis,
& quem in forma ſerui, atq; in ueritate carnis aſpicitis, quem me eſſe dicitis?
Vbi Beatus Petrus diuinitus inſpiratus, & profeſſione ſua omnibus gentibus
profuturus. Tu es, inquit, Chriſtus filius dei uiui. Nec immerito beatus eſt pro
nunciatus a domino, & a principali petra ſoliditatem & uirtutis traxit & no
minis, qui per reuelationem patris eundem & Dei filium eſt confeſſus & chri
ſtum. Quia unum horum ſine alio receptum nõ proderat ad ſalutem. & ęqua
lis erat periculi, dominum noſtrũ Hieſum Chriſtũ aut deum tantũmodo ſine
Poſt reſurre ctionẽ q̃q; v trãq; naturã Chriſtus oſtendit hoĩe, aut ſine deo ſolum hominem crediſiſſe. Poſt reſurrectiõem uero do 13
mini, quæ utiq; ueri corporis fuit, quia non alter eſt reſuſcitatus, q̃ qui fuerat
crucifixus & mortuus. Quid aliud quadraginta dierum mora geſtum eſt, q̃ ut
fidei noſtræ integritas ab omni caligine mundaretur. Conloquens enim cum
diſcipulis ſuis, & cohabitans atq; conueſcens, & pertractari ſe diligenti curio-
ſoq; contactu ab eis, quos dubietas perſtringebat, admittens. Ideo & clauſis ad
diſcipulos ianuis introibat, & flatu ſuo dabat Spiritum ſanctum, & donato in-
telligentiæ lumine, ſanctarum ſcripturarum occulta pandebat. Et rurſus idem
uulnus, latus, fixuras clauorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna mõſtra
Lu. xxiiii. F bat, dicens. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ſum. Palpate & uide
te, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Vt agnoſce
retur in eo proprietas diuinæ humanæq; naturæ indiuidua permanere, & ſci-
remus Verbum non hoc eſſe quod carnem, ut unum dei filium & uerbum cõ
Cõtra Eutychẽ naturã humanã in Chriſto negantem fiteamur & carnem. Quo fidei ſacramento Eutyches iſte nimium æſtiman 14
dus eſt uacuus. Quia naturam noſtram in unigenito dei, nec per humilitatem
mortalitatis, nec per gloriam reſurrectionis agnouit. Nec ſententiam Beati A-
poſtoli & Euangeliſtæ Iohannis expauit, dicentis. Omnis ſpiritus qui confitetẽ
Hieſum Chriſtum in carne ueniſſe, ex Deo eſt. & omnis ſpiritus qui ſoluit
i. Ioh. iiii. A Hieſum ex deo non eſt, & hic eſt Antichriſti. Quid eſt autem ſoluere Ieſum,
niſi humanam ab eo ſeparare naturam, & ſacramentum per quod unum ſalua
ti ſumus, impudẽtiſſimis uacuare figmentis? Caligans uero circa naturam cor
poris Chriſti, neceſſe eſt, ut etiam in paſſione eius eadem obcæcatione deſi-
piat. Nam ſi crucem domini non putat falſam & ſuſceptam pro mundi ſalute.
Supplicium uerum fuiſſe non dubitat, cuius credit mortem, agnoſcat & car-
nem. Nec diffiteatur noſtri corporis hominem, quem agnoſcit fuiſſe paſ-
ſibilem, quoniam negatio ueræ carnis, negatio eſt etiam corporis paſſionis.
Si ergo Chriſtianam ſuſcepit fidem, & a prædicatione Euangelii ſuum non
auertit auditum, uideat quæ natura transfixa clauis pependit in crucis ligno,
& aperto

& aperto militis lancea latere crucifixi, intelligat unde ſanguis & aqua fluxerit,
ut eccleſia Dei & lauacro rigaretur & pòculo. Audiat Sanctum Petrum A-
poſtolum prædicantem, Qꝫ ſanctificatio ſpiritus ꝑ aſpſionē fiat ſanguis Chr̄i.
Nec tranſitorie legat eius Apoſtoli uerba dicentis. Scientes, ꝙ non corrupti- .i.Pet.i.D.
bilibus argento & auro redempti eſtis, de uana ueſtra conuerſatione pater-
næ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati
Hieſu Chriſti. Beatiqꝫ Ioānis Apoſtoli teſtimonio non reſiſtat, dicentis. Et ſan
guis Hieſu filii dei emundat nos ab omni peccato. Et iterum. Hæc eſt uictoria .i.Ioan.i.C.
quæ uicit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui uincit mundum, niſi qui credit, Ibidē v.A
quia Hieſus eſt filius dei, hic eſt qui uenit per aquam, & ſanguinem, & ſpiritus
eſt qui teſtificat̄ quoniam ſpiritus eſt ueritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimo-
nium dant, ſpiritus & aqua & ſanguis. & hi tres unum ſunt. Spiritus uticꝫ ſan
ctificationis, & ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis, quæ tria unum ſunt
& indiuidua manent. Nihilcꝫ eorum a ſui connexione ſeiūgitur, quia Catho
lica eccleſia hac fide uiuit, hac fide proficit, ut nec ſine uera diuinitate humani-
15 tas, nec ſine uera credat̄ humanitate diuinitas. Cum aūt ad interlocutionē Mala rñſio
examinis ueſtri Eutyches reſponderet dicens. Confiteor ex duabus naturis fu Eutychis
iſſe dñm ante adunationem, poſt uero adunationem unam naturam cōfiteor.
Miror tam abſurdam tancꝫ peruerſam profeſſionem, nulla iudicantium incre
patione reprehenſam, & ſermonem nimis inſipiētem, ita omiſſum, quaſi nihil
quod offenderet eſſet auditum. Cum tam impie duarum naturarum ante in-
carnationem unigenit9 dei filius fuiſſe dicat̄. quam nefarie, poſtcꝫ uerbum ca
ro factum eſt, natura in eo ſingularis adſeritur. Quod ne Eutyches ideo uel re
cte uel tolerabiliter æſtimet dictum, quia ueſtra eſt ſententia confutatus. Dile
ctionis tuæ diligentiam commonemus frater Chariſſime, ut ſi per inſpiratio-
nem miſericordiæ dei ad ſatisfactionem cauſa perducitur, inprudentia homīs
inperiti etiam ab hac ſenſus ſui peſte purgetur. Qui quidem ſicut Geſtorꝫ Geſtorum
16 ordo patefecit, pene cœperat a ſua perſuaſione diſcedere, cum ueſtra ſententia ordo cōtra
coartatus profiteret̄ ſe dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei adquieſcere, Eutychen.
cuius prius fuiſſet alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluiſ-
ſet præbere conſenſum, intellexit eum fraternitas ueſtra in ſuā permanere per
fidia, dignumcꝫ eſſe iudicium condemnationis excipere, de quo fideliter atcꝫ
17 utiliter non dolet. Et quamuis recte mota ſit Epiſcopalis auctoritas, uel ſi ſe
ro cognoſcit, uel ſi ad ſatisfactionis pœnitudinem, omnia quæ ab eo male ſunt Recipiend9
ſenſa uiua uoce & præſenti ſuſceptione damnauerit, non erit tamen reprehen miſericordi
ſibilis erga correctum quantacuncꝫ miſeratio. Quia deus noſter uerus & bo- ter, ſi reſipi
nus paſtor, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, & qui uenit animas ho- ſcat
minum ſaluare non perdere. Imitatores nos ſuæ uult eſſe pietatis, ut peccan-
tes quidem iuſticia coherceat, conuerſos autem miſericordia nō repellat. Tūc
enim demum fructuoſiſſime fides uera defenditur, quando etiam a rectorib9
opinio falſa damnatur. Data Idus Iunias. Aſturio & Protogene uiris clariſ-
ſimis Conſulibus.

FINIS

INCIPIT PRAEFATIO DIALOGI MAXENTII IOHANNIS SERVI DEI CONTRA NESTORIANOS

Certandum ꝑ ueritate uſq; ad mortem

SI in hoc ſeculo poſſet finis eſſe mendacii, maneret utiq; quieta Chriſti eccleſia, ſed quia inextricabile quodammodo malū nunq̃ deſinit humana corda pulſare, atq; inopinatis argumētis fidem inquietare catholicam. Neceſſe eſt ſectatoribus ueritatis prudenter captioſas eius ſententias ꝓuidere, ſapienterq; detegere, prolataſq; in medium malleo ueritatis cohibere, & uſq; ad effuſionē ſanguinis contra eas pro ueritate certare. Præſertim cum ſcriptura diuina moneat & dicat. Ne confundaris loqui uerbum pro aīa tua & pro ueritate certa uſq; ad mortem. Similiter & Apoſtolus q̃rundam denotans timiditatē. Nōdū inquit, uſq; ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum certantes. Reſiſtendū igitur, nec omnino eſt parcendnm hęreticis, confidentes in tali negocio ſermonis copiam minimę defuturam. Nam ſi ad confutandam prophetæ inſipientiā os aſinę aperuit. Quanto magis cor fidelis reſerare dignabitur, ut perfidorum dementia confutetur. Quapropter quoniam olim in radice prauitas Neſtoriana damnata, nunc rurſus uiuacior adſurgit q̄dammodo, callidiſq; ſyllogiſmorū argumentis aduerſus ipſa catholicæ fidei fundamenta dimicans, ſub religioſa pronunciatione uerborum religionem prophanare contendit. Neceſſario credidi mi Theophile, tuis adiutus precibus occultum, & ſub uerbis catholicis latentem, eorum impium prodere intellectum, quatenus detectus & denotatus fiat cunctis ubiq; perſpicuus. Agens ſimul etiam contra eos, qui licet Chriſtū dominum confiteantur. Tamen neſcio qua rurſus inducti peruerſitate dedignant eum unum confiteri, ex ſancta & indiuidua Trinitate, quod nolentes aſſerere. Quis eos non intelligat aliis uerbis idipſum negare, q̄d dicunt. Nihilq; aliud Chriſtum niſi extraneum a Trinitate, & iuxta Arrianos credere impie creaturam? Si enim uerus eſt deus ſicut eſt, aut Trinitas eſt, aut unus ex Trinitate. Sed quia totam Trinitatem, Chriſtum credere ſacrilegium eſt, Reſtat ut unus ſit Deus Chriſtus ex Trinitate. Niſi forte alium eum Deum præter Trinitatem eſſe contendant. Quod non Catholicorum, ſed Manicheorum eſt proprium, qui duos deos ſibi contrarios introducunt. Placuit igitē ſub perſona interrogantis Hæretici, & Catholici reſpōdentis explicare, huius noſtræ diſputationis opuſculum, quo facilius obiectionum abſolutio legentibus eluceſcat.

Eccleſ.iiii.C

Hebr.xii.B

Cauſa Dialogorū eſt repullulans hæreſis Neſtorii

Alius error eorū qui negant Chriſtū unū ex Trinitate.

Explicit Prologus. Sequuntur Capitula.

INCIPIVNT CAPITVLA
Primi Libri.

De modo appellationis Theotocæ,hoc eſt Dei genitricis 1

Quod Theotocon hæretici beatam uirginem ita fateantur, non quia Deum ſecundum carnem,ſed quia hominem deo unitum genuerit. 2

Qꝫ nullatenus dicant,uere & proprie beatam virginem Theotocon. 3

Qꝫ initium dari deo verbo ex fœmina ſtulte calumnie͞tur,his qui uere & pro prie deum ſecundum carnem natum ex fœmina confitentur. 4

Qꝫ callide & peruerſe eam matrem humanitatis adfirment. 5

Quod ex illis euangelicis uocibus quæ ad Ioſeph ſponſum ſanctæ uirginis fa- ctæ leguntur,non deum fortem ſecundum prophetam,ſed puerum tãtum qui propter eum cui uniri meruit deus fortis dicatur,de fœmina natum co nentur adſtruere. 6

De eo quod ſcriptum eſt.Quod natum eſt de carne,caro eſt.quod natum eſt de ſpiritu ſpiritus eſt. 7

De eo q̄d nō deū factum Chriſtum,ſed Chriſtum deum factū callide fateant̄. 8

Quod non natura,ſed dignitate & vnitione Deum ſtulte aſſerant Chriſtum, ob id quod ſcriptum eſt,in Actibus Apoſtolorum Petro ad Cornelium di cente.Quia deus erat cum illo. 9

Quod hoc tantum diſtare a prophetis Chriſtum impie fateãtur, quia non ſit natus ex ſemine uiri,& quamuis non poſt conformationem,ſed in ipſa con- formatione Chriſto tamen Deum verbum unitum inique contendant. 10

Quod ſicut duas naturas,ita & ſubſiſtentias ſiue perſonas in Chriſto fateãtur. 11

Quod aſſumptum a deo,non deum factum hominem peruerſe aſſerant,& ꝙ id ipſum definiant naturam eſſe quod perſona eſt. 12

Qꝫ alia ſint propria nomina naturarum & perſonæ,quæ nullam faciant quæ- ſtionem,alia communia quæ in quæſtionem ueniant. 13

Quid inter naturas diſtet atq; perſonam,& ꝙ non omnis ſit natura perſona. 14

Qꝫ & deum factum hominem,& ſecundam natiuitatem Dei uerbi iuxta car- nem Hæretici credere deteſtentur. 15

Expliciunt Capitula Libri Primi.

INCIPIT DIALOGI
LIBER PRIMVS

NESTORIANVS. Olim te noſtrorum dictorum audi ens infamatorem ſæpius incitabat animus, tecum de diuinæ diſpenſationis conquirere ſacramento. Nunc uero opportu no loco & tempore tua nobis a Deo donata p̄ſentia, ualde deſydero, ut p̄ſentem arguas, cui abſenti non quieſcis detra

Infamatio nõ ſemp nocet. here. CATHOLICVS. Qui ſe non mendacii ſed ueritatis exhibet ſectatorem, nullis mouetẽ muſſitatiõibus querulorum. Cuius aũt animus de ſua eſt falſitate cõſcius, licet nemo de eo queratẽ, ſuſpitionum tñ ſtimulis inquietatẽ aſſidue. Nihil aũt prudentibus aufert, immo potius confert, mẽdax infamatio maliuolorum. Si em̃ ueraciter quis de talibus rephenditur corrigendus eſt, ne ulterius rephendant. Si mendaciter, contemnendi ſunt, potius & delendi. Quapropter ſi, ut ipſe æſtimas, tuarum ſum ego infamator aſſertionum. Age nunc ſicut deſyderaſti, & te ſectatorem ueritatis oſtendens, me tuum falſiſſimum nota accuſatorem. NESTORIANVS. Relinquentes, ſi placet, iſta, ea proferamus diſcutienda in medium, quę unuſquiſq; noſtrũ ſimplici mente, catholicis iudicat conuenire dogmatibus, ne in his quæ ad rem non pertinent tempus uideamur expendiſſe. CATHOLICVS. Optimum quidem mihi & nimis gratum, ſemotis conuitiis ſemper de ueritate conquirere. NEST. Solent iniuriæ illis pſtare ſuffragium, quibus ſtudium eſt non de ueritate, ſed de propria gloriari uictoria. In his aũt qui tota iutentione capiũt de comperta ueritate gaudere, locum hæc penitus non habent. CATHOL. Facile ſolet in diſputationũ ſemitis ſe (ſicut ſcriptum eſt) hilariter ipſa ueritas ĩtimare. Cum ad inueſtigationem ſui diſputantiũ mentes ſimplici uiderit intentione pertendere. Erit igitur procul dubio noſtræ diſputationis fructuoſus finis, ſi modo furioſa contentio ſubmoueatẽ e medio. NESTORIANVS. Mea certe hæc eſt omnino intentio, ſi tamen & tu placido animo meis interrogationibus dignum duxeris reſpondere. CATHOL. Moue quod uis, ut iam uideamus ea quæ a me ſcire deſyderas. NESTORIANVS. Volo igiẽ ut mihi planum facias, quo nam modo a uobis beata Virgo appelletur Theotocos, hoc eſt, Dei genitrix, quam conſtat genuiſſe Emmanuelem. CATHO. Ipſa prorſus tuæ interrogationis principia, duos te filios credere manifeſtant NESTORIANVS. Noli quæſo te, antequam meorum dictorum rationem diligenter diſcutias, calumnioſis me impetere uocibus. CATHOL. Nemo recte ſibi inferri calumniam queriẽ, quem non aliena, ſed ſua potius dicta redarguunt. Verum ſi ego interrogationis tuæ ſententiam minime intelligere potui, deputa hoc inperitiæ, dummodo tu lucidius explices, qui modum de Theotocæ appellatione planum tibi fieri flagitans ſubiecisti, quam conſtat genuiſſe Emmanuelem. Si enim modum appellationis Theotocę perquirẽs, etiam Emmanuelem quem natum dixiſti ex virgine Dei filium crederes, ſufficeret dicere, quo nam modo Theotocos beata virgo appelletur a uobis. Adiiciendo autem, quam conſtat genuiſſe Emmanuelem, docuiſti, ſicut datur intelligi, Emmanuelem non te filium dei credere. NESTORIANVS. Nunquam ego, ut tu aſſeris Emmanuelem niſi filium Dei credidi, ſed ſcire cupiõ modum, qualiter Theotocos beata virgo appelletur a uobis. CATHOL. Si Emmanuel quem natum e beata virgine confiteris, filius dei a te ſemper eſt creditus. Filius autem dei non eſt niſi deus. Recte omnino a nobis beata virgo creditur Theotocos. NESTO. Cito propoſitæ quæſtionis rationem te

Conuicia & cõrentiones in diſputationibus fugienda

Qualiter B. uirgo Theotocos dicaẽ

æſtimas explicaſſe, quaſi non ſint ulterius, quæ de hac quæſtione quærantur.
CATHOLICVS. Dic age quid uis, nec ullas dilatiõis patiaris anguſti
2 as. NESTOR. Quamuis Theotocon beatam uirginem confiteri, nec ego B. Virgo ſe
refugiam. Non tamen quod Deum, ſed quia hominem genuerit, deo unitum cũdũ Neſt.
idcirco eam confiteor Theotocon. CATHOL. Patuit omnino quod ha- Theotocos
ctenus tegebat. Si em̃ nõ deum ſed hoĩem deum vnitum genuit ſancta uirgo dicit, nõ ue
Maria, eſt ſine dubio iuxta te Antropotocos, hoc eſt, hominis genitrix, nõ the re, ſed ꝙ ho
otocos. Quo ergo modo Theotocon, eandem uirginem profiteris, quã nõ de minẽ genue
um, ſed hoĩem tantummodo p̃dicas genuiſſe. NESTOR. Vnitione factũ rit deo vni
eſt, ut is qui ex ea natus eſt, Deus appelletur propter deum uidelicet cui uniri tum
unamq; cum eo dignitatem & auctoritatem habere promeruit. CATHO.
Appellatione ergo tantum & dignitate ſiue honore, non uere & proprie Bea
ta virgo eſt, ſecundum uos Theotocos, quę non uere & proprie genuit ſecun
3 dum carnem Deum Verbũ, ſed hoĩem cui p̃ſtitum eſt ab eo cui vniri meru
it, ut Deus dicat̃ quod non eſt. NESTOR. Quoniam hoc eſt, quod nos ual
de ꝑmouet, eo ꝙ uere & proprie deum natũ ex fœmina p̃dicetis, atq; ob hoc
uere & proprie beatã virginẽ Dei fateamini genitricẽ. Quæro qui uere & ꝓ
prie generat utrũ eiuſdẽ, cuius ipſe eſt, an alterius cuiuslibet ſubſtãtię generet?
CATHOL. Inepta nimis & fatua interrogatio, quis em̃ aliquando alienæ
generator credit̃ eſſe ſubſtantiæ? NESTOR. Si fatuum & ineptũ iudicas Pulchra ob
credere quenq̃ alienæ generatorem eſſe ſubſtantiæ. Conſtat ergo Deum uer iectio de ue
bum, non de matre, ſed de patre uere & proprie generatum, cum q̃ illi eſt vna ra & ꝓpria
eademq; ſubſtantia. Alioquin erit procul dubio conſubſtantialis mater Dñi dicta gñatio
non ſolum deo verbo, quem uere & proprie iuxta uos credit̃ genuiſſe, uerum ne
etiam deo patri cui idem deus Verbum conſubſtantialis exiſtit. CATHOL. Solutio, ꝙ
Conſubſtantialẽ uirgini deum Verbum, non ſecundũ diuinitatem, quæ illi v- B. uirgo eſt
na eademq; cum patre eſt, ſed ſecundũ carnem qui nõ credit alienus a fide eſt. cõſubſtãtial'
Sane quia non hoĩem quemlibet qui nõ ſit natura deus, ſed deũ verbum incar deo Verbo
natum, & ex ſe hominem factũ genuit, hac de cauſa uere & proprie eſſe credit̃ nõ ſecũdum
Theotocos. NESTOR. Si deum natura genuit beata uirgo Maria, iam nõ diuitatẽ, ſed
carnis ſed eſt genitrix diuinitatis, & quomodo non deũ verbũ ſecundũ diuini ſecundũ car
tatem, quæ illi cum patre cõmunis eſt, ſed ſecundũ carnẽ eum natũ ex uirgine nem.
p̃dicatis? CATHOL. Non eſt diuinitatis genitrix, ſicut tu nos credere au
tumas, quamuis uere & proprie ſit dei genitrix, quia non diuinitatẽ dei verbi,
ſed deum verbum ex ſe hoĩem factũ, ſicut ſuperius dictũ eſt, genuit. NEST.
4 Si uere & proprie deũ natum ex uirgine dederimus, uereor, ne ſine initio de⁹
verbum, initium habere intelligat̃ ex fœmina. CATH. Et cur non demus ei De⁹ uerbũ
ex fœmina ſecundũ carnẽ initium, qui eſt ſecundum diuinitatẽ a patre ſine ini initiũ hẽt ex
tio? NEST. Quomodo ſecundũ carnẽ habere initiũ a te dicit̃ is qui eſt a pa fœmia ſecũ
tre ſine initio, non intelligo, vtrũ quia is qui a patre eſt ſine initio ex diuinitate dũ carnem
in carnẽ uerſus dicat̃ accepiſſe initiũ? An quia qui erat ſine initio accepta car-
ne dicat̃ habere initiũ? CATHOL. In carnem conuerti inconuertibilis de

us oīno non poteſt,ſed manens deus,in propria diuinitate perfectus, carni & animæ rationali ſe uniens,cœpit eſſe homo,q̄d antea non erat. & hac ratione ſecundum carnē dicit̄ habere initium,is qui eſt a patre ſine ullo initio. NES. 5
Quoniam de ſummis & p̄cipuis rebus quæſtio uertit̄, quæſo ut patienter de his quæ a me quærunt̄,reſpondeas. Nec te moueant ea quæ tibi fortaſſis an tequam intelligas,uident̄ eſſe contraria. CATHOL. Sic me de patientia commones,quaſi hactenus inpatienter tuis reſponderim interrogationibus. NEST. Non utiq̄ʒ,ſed ut in cœpta lenitate te contineas moneo.CATHO. Dei hoc donum eſt. NEST. Dominum noſtrū Hieſum Chriſtū in una an duabus ſubſtantiis confiteris? CATHOL. In duabus procul dubio, ſed na turali non perſonali conuentione unitis. NEST. Necdum abſoluta de qua agit̄ quæſtione ꝑpropere in aliam ꝓrupiſti,ſed dilata interim inquiſitione de naturali unitione,abſolute quæſo reſpondeas. Vtrum Chriſtū quē in duabus naturis confeſſus es,ex patre tantū,an etiā & ex matre natū aſſeras? CATH. Et ex patre & ex matre unum eundēq̄ʒ Chriſtū natum eſſe confiteor.NEST. Alio modo ex matre,alio ex patre? an uno eodemq̄ʒ modo ex patre & ex ma tre? CATHOL. Alio procul dubio ex patre,alio modo ex matre. NES. Secundū quem modum ex patre,ſiue ex matre eum aſſeris natum? CATH. Secundum diuinitatē quidem ex patre,eundē ſecundum humanitatē ex matre NEST. Cur ergo uere & proprie Dei genitrix a uobis mater dn̄i p̄dicatur & non magis illius naturæ,cuius & mater eſt cui dei Verbi unitio diuinitatis ſuæ contulit uocabulum & dignitatē? CATHOL. Cuius nam credis natu turam hanc eſſe hūanitatis,quā uere & proprie uis eſſe ex uirgine? NEST. Procul dubio dn̄i Chriſti. CATHOL. Chriſtum quid eſſe definis? NESTO. Deum & hoīem. CATHOL. Dei ergo & hoīs facta eſt natura il la humanitatis,quam uere & proprie dicis eſſe ex uirgine? NESTO. Quis hoc dubitet? CATHOL. Et quomodo non eſt abſurdū credere deū & hominem ex uirgine naturam aſſumpſiſſe humanā? Q̄ʒ ſi deus & homo ex uirgine credit̄ iuxta uos naturā aſſumpſiſſe humanam,unde anteq̄ ex uirgine de9 aſſumeret naturam humanam,factus homo credēdus ē,ut ſic Deus & homo credatur aſſumpſiſſe ex uirgīe naturam humanam. NESTO. Miror te tam temere ridere de ueritate. CATHO. Nullatenus ego ueritatē irrideo,ſed reſponſionis tuę abſurditatem ueriſſima ratione coarguo. NESTO. Offen deris (ut mihi uidet̄) cum Chriſtum deū audis & hoīem. CATHOL. Nō me offendit, Chriſtū deū audire & hoīem,ſed te offendit,qui Chriſtū deum hoīem factū non credis. Nam cū ego unū eundēq̄ʒ genitū,& ex patre ſecūdū diuinitatē,& ex matre ſecundum humanitatē,ſimpliciter tuis interrogationib9 reſpōdiſſem. Tu deū ex patre,hoīem uero ex matre uolens oſtendere, quaſi ex conſequenti rōne concludis,& docere niteris,non debere uere & ꝓprie be atam uirginē dei credere genitricē,ſed naturę humanæ,cuius & mater eſt. Si igit̄ deus uerbū ex maternis uiſceribus carnē aſſumēs ſemetip̄m formauit hominē. Nō alterius ſine dubio,natura humanitatis aſſumpta ex uirgine niſi illi9

Quæſtio, an Chriſtus ex patre & matre natus ſit

Chriſtus deus & homo.

Chriſtus deus factus.

facta eſt, q ſe ex ipſa formauit hoīem, & idcirco uere & ꝓprie ſecundū carnē ſancta virgo dei genitrix credit̃,q̃a nō deus in carnis naturā cōuerſus eſt,ut nō
etiam teſtimoniis in ſuperiore ſermõe docuiſſe,ſed infidelibus totum nihil eſt. De eo aũt ꝙ magnũ errorẽ eſſe iudicas,deũ factum dñm a deo credere,qa dictũ eſt a Petro de Ieſu crucifixo,qa dñm eũ & Chriſtũ deus fecit. Quero utrꝫ cũ eſſet Ieſus,& tñ non eſſet dñs,factus eſt a deo dñs? an cũ eſſet dñs,factus ẽ a deo dñs? NES. Quõ ſi eſſet dñs,a deo fieret dñs,cũ fiat nemo q̊d eſt? ſed qa non erat dñs,ideo a deo factus dicit̃ dñs. CAT. Erat ergo qñ non erat Ieſus dñs? NES. Nõ erat anteq̃ fieret dñs. CAT. Quõ ergo dixiſti,ſi eſſet dñs non fieret a deo dñs?ſed quia non erat dñs,ideo a deo factus eſt dñs? NES. Quia anteq̃ naſceret̃,non erat qui fieret dñs. nec poſtea q̃ natus eſt, factus eſt dñs,ſed in ipſa prorſus uulua,unitione filii dei factus eſt dñs. CATH. Alter ergo eſt filius dei,alter Hieſus q unitione filii dei fit dñs. NES. Idem ipſe eſt, ſicut ſupius iã dixi dignitate & auctoritate,non aũt ſecundũ naturas. CATH. Secundũ naturas ergo duo ſunt,ſed dignitate & potentia unus eſt filius, & q ex his formã ſerui accepiſſe credendus eſt? NES. Non ſunt duo filii ut tu ſomnias,ſed unus eſt filius dei,quẽ tñ in duabus naturis unitis credimus,qui etiam cũ eſſet in forma dei,formã ſerui accepit. CATH, Accepit ergo filius dei, cũ eſſet deus & dñs formã ſerui,et factus eſt ſeruus in forma ſerui,an hoc credere errorẽ fateris? NES. Qui hoc non credit ,pr̃ſus paganus eſt. CAT. Si ergo non eſt error,filiũ dei deũ,cum eſſet deus & dñs,utpote æqualis deo patri in forma ſerui,factũ credere ſeruũ,qa hoc etiã ipſe de ſe ipſo teſtat̃,dicens ad patrẽ. Ego ſeruus tuus,& filius ancillę tuæ. Non eſt oĩno error,filiũ dei deũ, ſecũdum id q̊d factus eſt ſeru⁹,credere a deo patre,dñm factũ. & idcirco nõ ut tu dicis,aliquãdo deus tm̃,aliquãdo hõ tm̃,aliquãdo uero de⁹ & hõ,ſed ſemp̱ dominus intelligẽdus eſt deus,& deus intelligendus eſt dominus,qa non alter a deo factus domin⁹ p̃dicat̃,niſi is q formã ſerui accipiens factus eſt ſeruus, cum eſſet ante ſecula dominus glorioſus,quẽ Paulus a Iudæis p̃dicat crucifixũ. Hinc eſt q̊d exclamat ad patrẽ. Pater glorifica filiũ tuũ ea gloria quã habuit apud te priuſq̃ mundus fieret. Nunqd uox iſta non illius eſt,q dixit. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Nũquam em̃ filius dei,deus a patre deo fieret dominus,niſi cum eſſet dominus,utpote,deus formã ſerui accipiendo fact⁹ eſſet ſeruus. Nec ſe glorificari precaret̃ a patre,ſi nõ cum eſſet apud patrem, priuſq̃ mundus fieret,glorioſus. ſemetipſum ſponte pro noſtra ſalute humiliaſſet. Fit dominus & glorificat̃ a patre Ieſus filius dei deus,nõ ea gloria quã nõ habuit, ſed quam habuit apud patrẽ priuſquã mundus fieret. Quapropter dubitandũ oĩno non eſt,natura deũ eſſe Ieſum,quẽ ſicut dominũ a deo factũ,ita etiã eum glorificatũ a Deo p̃dicat Petrus apoſtolus dicens. Deus Abrahã,& deus Iſaac & deus Iacob,glorificauit filium ſuũ Hieſum,quem uos quidem negaſtis ante faciẽ Pilati iudicante illo dimitti. NES. Niſi hæc oĩa ,ppter unitionem dei ad hoĩem factã credideris,diuinitatẽ ,pculdubio paſſibilem p̃dicare conuinceris. CATHOL. Diuinitatem quidem paſſibilem nullatenus prædico,deum autem carne paſſum omnino confiteor,quia Hieſum Chriſtum deum uerum agnoſco. NEST. Nullo modo deum paſſum carne profiteor, quod in ſcriptu-

Idẽ eſt deus & dominus

Pſal. Cxv.

Ioañ. xvii. A.

Math. xi. D

Actuũ iii. C

Deus carne paſſus

ris ſanctis nullatenus legitur,ſed chriſtum paſſum carne ſequens Petrum apo
ſtolum fateor. CATHOL. Ego quidē utrunq; confiteor, & deum paſſum
carne & Chriſtum paſſum carne,quia chriſtus ſuper omnia deus eſt. Tu autē
ideo refugis deum paſſum carne dicere,quia chriſtum non credis deum eſſe,
Quod ſi chriſtum deum eſſe nō denegas,paſſum chriſtum carne,hoc eſt oīno
quod deum paſſum carne dicere,quia chriſtus qui paſſus eſt,ſine dubio deus
eſt. NEST. Si id ipſum eſt deum paſſum carne,quod chriſtum paſſum carne
dicere.Eſt ergo iuxta uos,non ſolū filius,uerum etiam pater chriſtus,quia de⁹
procul dubio etiam ipſe eſt. CATHOL. Non eſt pater chriſtus, quāuis ſit
deus,quia non id ipſum eſt deus,q̄d eſt Chriſtus.Filius aūt ideo eſt chriſtus,q̄a
Ioan̄.viii.E non id ipſum eſt,ſed quia ipſe eſt deus chriſtus.Hac de cauſa utrunq; cōſitent̄
Quid uultis me occidere hoiem q̄ ueritatē locut⁹ ſum uobis catholici,& deum paſſum carne,& chriſtum paſſum carne. NEST. Si deus 10
eſt chriſtus,quis eſt qui dicit Iudæis.Quid me uultis occidere hoīem, qui ueri
tatem loquutus ſum uobis? CATH. Ille oīno de quo ſcriptū eſt,Quia quæ-
rebant eum interficere Iudæi,non ſolū quia ſoluebat Sabbatum,ſed quia dice
bat patrem ſuum eſſe deum, æqualē ſe faciens deo.Nūquid relinquit̄ nobis
adhuc ullus ambiguitatis ſcrupulus,quo non credatur natura deus eſſe Hieſus
chriſtus? q̄a ſi gratia & non natura deus eſſet,nūquam ſe æqualē faceret deo.
NEST. Fallit̄ ergo Paulus dicens.Per hoīem mors & per hoīem reſurrectio
mortuorum. CATH. Et quō per hoīem pōt eſſe reſurrectio mortuorū, niſi
.i.cor.xv.C ſit ipſe homo reſurrectio,qui clamat in euāgelio.Ego ſum reſurrectio & uita?
Iohan̄.xi.C & quia reſurrectio & uita oīm non niſi deus eſt,procul dubio idem homo eſt,
per quē reſurrectionē eſſe Ap̄ſus p̄dicat. NEST. Ignarus ergo oīno huius ſa
.i.Tim̄.ii.B. cramenti dep̄hendit̄ idem Ap̄ſus dicens.Mediator dei & hoīm,homo Hieſus
chriſtus. CATH. Sicut non eſt ignarus huius ſacramenti Ap̄ſus,ita nec ſibi
ad Tit.ii.C metipſi contrarius dicens.Secundū aduentū magni dei & ſaluatoris noſtri Ie-
ſu chriſti,qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.Cū ergo homo Ieſus chri
ſtus mediator dei & hoīm magnus deus eſt, q̄ dedit ſemetip̄m p̄ peccatis no-
ſtris,non eſt oīno contrarium,ſed unū idemq; deū paſſum carne,& chriſtum
paſſum carne,modis oībus cōfiteri.Vnde etiam eccleſia dei,unius eiuſdemq;
mirabilia & paſſiones agnoſcit. Quapropter ſi quis utrunq; non confitet̄, aut
Vnius & ei⁹ dē filii dei et miracula fuerūt & paſſiones. ut Iudæus fugiendus eſt,aut cauendus ut Manichæus. NEST. Callida qua- 11
dam & ſubtiliſſima fallendi arte hactenus tibi aditus fuit.Nunc aūt nullū tibi
poterit eſſe ſuffugiū,unius eiuſdēq; filii dei p̄dicanti mirabilia & paſſiones,cū
Ap̄ſus manifeſte ad Hebræos,dn̄m Ieſum chriſtū a deo verbo per paſſiones
doceat conſummatū dicens.Decebat em̄ p̄pter quē oīa & p̄ quem oīa, q̄ mul
Hebr.ii.C tos filios in gloriā adduxerat,auctorē ſalutis eorū p̄ paſſiones cōſummare.Cer
nis a deo uerbo, p̄pter quē oīa & p̄ quē oīa, q̄ multos filios in gloriā adduxe-
rat,auctorē ſalutis eor̄, p̄culdubio Ieſum chriſtū p̄ paſſiōes cōſummatū.Quō
ergo unius eiuſdēq; mirabilia & paſſiōes credēdæ ſunt,cū p̄ paſſiōes alter ab
altero cōſummetur. CATHOL. Magnum mihi omnino dediſti ſuffugium,
magnaq; mihi adaperta eſt ianua,in qua illo me ducente ingreſſus qui dixit.
Ego ſum

Ego ſum oſtiũ,non callidis,ut aſſeris, ad fallendũ artibus ſed ueriſſimis potius documẽtis tuam imperitiam perfidiã\q; redarguã.Nam dũ Apoſtoli ſententiã non intelligis,alterum paſſibilem,alterum impaſſibilem dei filiũ pdicare conuinceris.Nec eñ,ut imperite aſſeris,deus verbum auctorem ſalutis noſtræ cõſum.nat per paſſiones,ſed deus pater,deum filium Hieſum chriſtum, propter quem omnia,& per quem omnia auctorem filiorum conſummat p paſſiones, Quis eñ hic auctorem ſalutis filiorum per paſſiones cõſummatum alium per mittitur intelligere,niſi eum qui multos filios in gloriã adduxerat,propter quẽ omnia & per quem omnia? Nam cum ſuperius dixiſſet,eum qui modicum q̃ angeli minoratus eſt,uidemus Hieſum propter paſſiõem mortis gloria & honore coronatum,ut gratia dei pro oĩbus guſtaret mortem,ſequutus mox intulit dicens.Decebat eñ,hoc eſt deum patrem,eum ,ppter quem omnia & p quem omnia,auctorem ſalutis eorum,uidelicet,quos in gloriam adduxerat filiorum.Qui etiam cum eſſet æqualis deo paulo minus q̃ angeli,minorat9 gratia dei patris pro omnibus guſtauit mortem,per paſſiones conſummare.Sed manifeſtius hoc & lucidius in ipſius Epiſtolæ principio perdocemur.Multifarie,inquit,& multis modis,olim deus loquens patribus in prophetis.Nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio,quem conſtituit hæredem uniuerſorum,p quem fecit & ſecula.Qui cum ſit ſplendor gloriæ,& figura ſubſtantiæ eius,portanſ\q; omnia uerbo uirtutis ſuæ,purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.Tanto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit.Ecce auctor ſalutis,qui multos filios in gloriã adduxerat,purgationem faciens peccatorum,q̃ nulla uti\q; põt fieri ſine ſanguinis effuſiõe. Sicut alio loco idem docet Apoſtolus.Splendor glorię & figura ſubſtantiæ dei patris portans omnia uerbo uirtutis ſuæ.Fit etiam ipe melior angelis,& ſedet ad dexteram maieſtatis p quem facta ſecula pdicãtur, qui paulo minus q̃ angeli minoratus,gratia dei patris,ſicut dictum eſt.Pro oĩbus guſtauit mortem.De q̃ dictum eſt.Propter quem & p quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat.Non eſt ergo alter deus verbum,propter quem oĩa & p quem omnia,niſi auctor ſalutis Hieſus qui purgationem faciẽs peccatorum multos filios adduxit in gloriam a patre p paſſiones conſummat9, ſicut idem Apoſtolus de eo ait.Qui ,pprio filio non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. NEST. Nihil oĩno agit intentio tua,niſi ut quantum in ſe eſt,deum inpaſſibilem,& immortalẽ paſſum & mortuũ doceat. CATH. Quia negas deũ eum qui ,p humana ſalute eſt crucifixus,quęro,quẽ aſſeris incarnatum? NEST. Verbum procul dubio,ſicut Euangeliſta teſtat̃, dicens, Et verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. CATHOL. Deus uerbũ qui incarnatus eſt,ipſe & paſſus eſt,an alius incarnatus,alius uero paſſus eſt? NEST. Incarnatus quidẽ deus eſt,paſſus aũt deus nõ eſt,ſed caro dei. CAT. Magnam nobis ſpem de te ipſo dediſti.Nam qui hactenus carnem non Dei, ſed aſſumpti hoĩs aſſerebas.Nũc dei eam cõfeſſus es.Verũ quia parũ liquet, q̃d dictũ eſt,nõ eſt de9 paſſus,ſed caro dei,ſi placet hoc ediſſere manifeſtius.

Ro.viii.F.

Ioan.i.G.

Reſp. dicit deus carne paſſus,q̃ caro dei paſſa

Nimis enim abſurdum eſſe uidetnr, quod dicitur, Si enim caro Dei paſſa eſt,
quomodo deus carne paſſus non eſt? & ſi deus paſſus non eſt carne, quomo
do caro Dei eſt paſſa? niſi forte carnem exaniem & deſertam a Deo Iudæi
crucifixiſſe credẽdi ſunt. Quod quia nimis ſtultum eſt, carnem ſine anima a Iu
dęis credere crucifixam. Reſtat, ut caro aĩata dei a Iudęis crucifixa credatᷣ, q̊d eſt
procul dubio homo. Cui aſſertioni ueſtræ, hoc eſt, non deum carne, ſed carnẽ
dei dicere paſſam, ſi credulitas admittatᷣ, quid aliud creditᷣ, niſi quia homo dei
eſt paſſus? q̊d etiam de Petro & Paulo dicere fas eſt, quia & ipſi hoĩes dei di-
Deũ feciſſe ſui corporis ꝓprias paſſiones — cuntur, & pro ipſo ſunt paſſi. NEST. Deus quidem paſſus non eſt, quia deũ 13
paſſibilem p̃dicare ſacrilegium eſt, ſed deus ſui corporis fecit ꝓprias paſſiones
CATH. Proprietas multis intelligitᷣ modis. Nam & eccleſia corpus eius dicitᷣ.
eiuſdemq; eccleſiæ facit deus proprias paſſiones. Pro qua etiam in cælo poſi-
Act.ix.A. tus clamat. Saule Saule quid me perſequeris. Et unuſquiſq; fidelium membrũ
i.cor.xii.D eius eſt, ſicut idem docet Apoſtolus dicens. Vos eſtis corpus chriſti & mẽbra
de membro, ſed & panis ille, quem uniuerſa eccleſia in memoriam dominicæ
paſſionis participat, corpus eius eſt. Quapropter quõ Deum corporis ſui pro
prias feciſſe aſſeris paſſiones, exemplis te planum facere conuenit. NESTO.
Faciam quantum potuero mõ, ut te ab hac intentione diuertam, q̊d ulterius de
ſinas deum Verbum paſſum carne aſſerere, quamuis caro dei ſit paſſa, q̃ non
ita dicitur corpus dei, ut eccleſia. Nec ita ut panis ille quem in memoriam paſſi
onis Chriſti participat uniuerſa eccleſia. Sed dei ita dicitᷣ corpus, ut alicuius ho-
minis ꝓprium, q̊d indutus eſt ueſtimentum, quod cum ab aliq̊ ſciſſum fuerit,
iniuria ad eum refertur, qui in ipſo indutus eſt, Secundum hanc igitur rationẽ
facit deus corporis ſui proprias paſſiones. CATHO. Facit ergo proprias de
us carnis ſuæ paſſiones ſecundum relationem, non ſecundum ueram & intimã
proprietatem, & quomodo feciſſe proprias deus carnis ſuæ paſſiones prædica
tur a uobis, qui non ſecundum proprietatem, ſed ſecundum relationẽ facit car
nis ſuæ proprias paſſiones? Quam autem proprietatem poteſt habere ueſti-
mentum ad eum qui ipſo eſt indutus, cum nihil pertineat ad eius ſubſtantiam?
Neq; eñ cum definimus, quid ſit homo, etiam ueſtimentum eius complecti-
mur, quod utiq; non eiuſdẽ conſtat eſſe ſubſtantiæ. Facit ergo deus iuxta uos
eccleſiæ ſuæ potius proprias, q̃ ſui corporis paſſiones. Illa enim corpus dei di-
citur. Quia communicauit Deus carni & ſanguini, & caput factus eſt ec-
cleſiæ. Eccleſia uero per fidem rurſus particeps eius efficitur, accipiendo ſpiri-
tum ſanctum. A uobis autem corpus dei inſtar creditur ueſtimẽti, quod nihil
ad diuinitatis uel carnis eius naturam pertinere uideatur. Eſaias autem ueſtimẽ
Eſa.lxiii.A. tum Dei nihil aliud prædicat, niſi carnem dei, dicens. Quis iſte eſt q̨ uenit ex
Edom rubicunda ueſte ex Boſra. Quod ſi & tu ueſtimentum dei, nihil intel-
ligis, niſi carnem dei, ſupereſt ut ſiue ſciſſionem ueſtimenti, ſiue paſſiones car
nis ad eum retuleris cuius ueſtimentum ſiue caro eſt. Illius procul dubio ĩiuria
& illius paſſio credatᷣ eſſe cuiꝰ caro ſeu ueſtimentũ eſt. NES. Et ubi nã corpꝰ
dei uerbi in ſcripturis ſanctis legiſti eccleſiam, & non potius corpus Chriſti?

CATH.

14 CATH. Hac aſſertione tua, alterum facis Chriſtum, alterum deum verbũ, Idẽ eſt Chri
quod ſi non eſt alter chriſtus, alter deus Verbum, ſed deus Verbum ipſe eſt ſtus & deus
chriſtus. Sicut dicitur corpus chriſti eccleſia, ita dicitur corpus dei Verbi. Ve verbũ, ideo
rum ſi corpus chriſti non eſt corpus dei verbi, quomodo dediſti ſuperius car male negaſ
nem Dei paſſam? NEST. Carnem dei dixi paſſam, non autem dei Verbi, deũ Verbũ
quia deus eſt honore & dignitate chriſtus, cuius carnem dixi paſſam, propter paſſum
inhabitantem in ſe deum Verbum. Hinc deniq; & deum negaui paſſum, & ta
men carnem dei paſſam confeſſus ſum. CATH. Non eſt ergo Deus uerus
chriſtus? ſed propter inhabitantem in ſe deum Verbum, honore & dignitate
ſeu potius nomine tantum, ſecundũ uos dicitur deus, & quõ hoc non eſt con
trarium illi ſententiæ Iohannis Apoſtoli, qua dicit. Scimus quia uenit filius dei .I. Ioã. v. d
& dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus Deum uerum, & ſimus in uero filio ei⁹
Ieſu chriſto, hic eſt deus uerus & uita æterna? NEST. Si non propter hono
rem & dignitatem inhabitantis dei verbi, deum dixeris chriſtum, profecto ui
15 ſum & contrectatum facis ab hominibus deum. CATH. Si non eſt uiſus & De' i terris
contrectatus ab hominibus deus, quomõ dicit idem Iohannes, q̃d fuit ab initio uiſus & ab
q̃d audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, & perſpeximus & manus noſtræ hoĩbus con
tractauerunt. De uerbo uitæ & uita manifeſtata eſt, & uidimus & teſtamur, & trectatus
annunciamus uobis uitam æternã, q̃ erat apud patrem & apparuit nobis? p
curre ſingula & uide uiſum & cõtrectatum ab hoĩbus deum. Deniq; uerbum
uitæ q̃d fuit ab initio apud patrem, q̃d ex lege & prophetis audierunt uiſum et Ibidem I. A
perſpectum oculis ſuis, propriiſq; manibus contrectatum teſtificaſ tantus A
poſtolus. Et ne aliud uerbum p̃ter id q̃d eſt deus apud deum, quilibet uiſum &
contrectatum tẽtaret aſſerere, mox ſequiſ. Et uita, inquit, manifeſtata eſt, & uí
dimus & teſtamur, & annunciamus uobis uitam æternam, q̃ erat apud patrẽ
& apparuit nobis. NEST. Mentitur ergo ipſe dominus dicens. Deum ne Iohãñ. I. B.
mo fuit unquam. Et Apoſtolus loquens de deo. Quem nemo, inquit, hoĩm ui .I. Tim. vi. c
dit, ſed nec uideri poteſt. Et ad Moyſen dicit deus. Nemo poteſt uidere faciem Exo. xxxiii D.
meam & uiuere? CATH. Si non eſt deus, qui uiſus eſt, quomodo ipſe dicit Eſaiæ. lii. B.
Ecce qui loquebar adſum. Et p̃pheta. Deus mãifeſte ueniet deus noſter & nõ Pſal. xlix.
ſilebit? NES. Contraria ergo ſibimetipſi loq credenda eſt ſcriptura diuina? Quõ uiſus ẽ
CATH. Nõ eſt ſcriptura diuina ſibi ipſi contraria apud eos, q eam pie intelli in terris de⁹
gunt, ſed illis uideſ cõtraria, q hæretico decepti ſpiritu, non poſſunt q̃ uera ſũt
ſape. Nã quia nemo corporeis oculis põt uidere naturã diuinitatis, q̃ utiq; nõ
eſt corpus, ſed ſpiritus, dictũ eſt. Deũ nemo uidit unq̃, & nemo uidet faciẽ meã
& uiuet. Rurſus q uidendus eſſet ab hoĩbus deus in aſſumpta carne, docet p̃fi
guratio illa facta ad Iacob. Deniq; cũ hoĩe cõluctaſ in uiſiõe idẽ B. Patriarcha
& bñdict⁹ ab eo dicit. Vidi deũ facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt aĩa mea. Hinc & Gen. xxxii. D.
thomas poſt reſurrectionẽ dñi palpãs & cõtrectãs pfoſſũ dñicũ lat⁹ exclamat.
Dñs me⁹ & de⁹ me⁹. NES. Multũ licet nolẽs nr̃is pub⁹ pfuiſti. Nã cũ diuina Ioãñ. xx. G.
natura non ſit corpus ſed ſpiritus, ſicut tu quoq; profeſſus es, quæ natura viſa
uel confoſſa ſit, ambiguũ non eſt. Dubitantibus nanq; de ſe diſcipulis idẽ dñs

Viſus & palpatus dñs a Thoma.

Palpate,inquit,& uidete,quia ſpiritus oſſa & carnem non habet,ſicut me uidetis habere.Quapropter uiſus & palpatus eſt Dñs Hieſus Chriſtus,qui & confoſſus eſt,quem cũ agnouiſſet Apoſtolus poſt reſurrectionẽ exclamat & dicit. Dñs meus & deus meus.Hinc euidenter apparet,non eſſe deũ Hieſum Chriſtum quẽ ex mortuis reſuſcitatũ uidit & contrectauit Thomas niſi ꝓpter inhabitantem in eo deum,quẽ nemo procul dubio hoĩm uidet & uiuet. CATH. Nullatenus propter ĩhabitantẽ ut aſſeris,eũ quẽ uidit & cõtrectauit Thomas deũ appellat,quia procul eſt ab aplica fide,duos filios credere,ſed ipſum ꝓrſus,cuius foſſuras cõtrectauit,dñm & deum ſuum eſſe teſtat̃. Apoſtolorũ em̃ deus non dignitate,ſed natura eſt deus. Apertiſſime deniq; de eo qui uiſus &

Baruch iii.d

contrectatus eſt.ꝙ natura ſit deus Hieremias propheta teſtat̃.Hic deus noſter & non æſtimat̃ alter ad eum,qui inuenit oẽm uiam diſciplinæ,& dedit eam Iacob puero ſuo,& Iſrael dilecto ſuo.Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hoĩbus conuerſatus eſt.Quapropter uiſus & conuerſatus eſt Deus hõ Ieſus Chriſtus ad quem non æſtimat̃ alter. NES. Si nullus alius Deus æſtimat̃ ad eum qui confoſſus & crucifixus eſt a Iudæis,quis eſt deus qui reſuſcitauit Deũ,cũ non ſit alter deus qui æſtimet̃ ad crucifixum. CAT. Nullatenus tu recedis a propria intentione,ꝗ Chriſtum non aliud aliquid niſi unũ ex illis credas,de qbus

ii.cor.vi.D.

dicit Deus.Quõ inhabitabo in illis & ambulabo,& ero illorũ deus, & ipſi erũt mihi in populum. NES. Sed de nemine illorũ dictum eſt,ꝗd de Chriſto te- 16

Nõ recte dicit. Tota trinitas inhabitare ĩ chriſto

ſtatur Aplus dicens.Quia in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corꝑaliter CATH. Plenitudinẽ diuinitatis habitantẽ in Chriſto qd intelligis? NES. Totam procul dubio Trinitatem. CAT. Quartus ergo iã Chriſtus eſt,in ꝗ tota inhabitat Trinitas? NES. Ergo mendacem facimus Paulum qui hoc aſſerit? CATH. Non eſt mendax Paulus,quia non Trinitatẽ dicit in Chriſto inhabitare,cum Chriſtũ neſciat extraneũ a trinitate. NES. Si non inhabitat in chriſto trinitas,quõ in chriſto oĩs plenitudo diuinitatis inhabitat? Aut em̃ non inhabitat plenitudo diuinitatis in Chriſto,ſi non inhabitat in chriſto trinitas. aut ſi habitat plenitudo diuinitatis,procul dubio in chriſto trinitas habitat. CAT.

In Chriſto habitat plenitudo diuinitatis corporaliter

Et habitat plenitudo diuinitatis in chriſto,& non inhabitat in chriſto trinitas, ne ſit non trinitas,ſed quaternitas.Nam cum nullo dubitante pater & filius & ſpiritus ſanctus ſit trinitas,& ideo non trinitatem Paulus in chriſto docet inhabitare dicens.Quia in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corꝑaliter,ſed patrem in chriſto docet inhabitare. NES. Si oĩs plenitudo diuinitatis habitans in chriſto,ſolus pater intelligendus eſt,non relinquit̃ filio & ſpiritui ſancto,ut ſit deus. CATH. Plenum & ꝑfectum Deũ aſſeris patrẽ,an ꝑfectionẽ & plenitudinem eius filium & ſpiritũ ſanctum eſſe teſtaris? NEST. Plenũ procul dubio & ꝑfectum. CATH. Non ergo relinquit plenus & ꝑfectus Deus pater ut ſit deus,aut filius aut ſpiritus ſanctus. Verũ ſi hoc impium eſt credere,reſtat,ut non ſit contrarium,immo potius ualde congruũ ueritati,patrẽ plenitudinem intelligere diuinitatis.Quia ſicut ipſe plenitudo ſua eſt,ſimiliter & filius plenitudo,& ſpiritus ſanctus plenitudo,& ſimul oẽs,hoc eſt,tota Trinitas,non

tres,ſed

tres,ſed una eſt plenitudo diuinitatis,quia & ꝑfectus pater,& ꝑfectus filius,& ꝑfectus ſpiritus ſanctus,& ſimul oẽs,non tres perfectiones,ſed una ꝑfectio. Si enĩ filius ſicut de eo teſtificať Iohannes dicĩť plenitudo. Nos,inquit, oẽs de plenitudine eius accepimus. Quomodo pater eſſe negãdus eſt plenitudo? NES Vna eſt diuinitas Trinitatis,& unus deus trinitas, an tres dii & tres diuitates? CATH. Vna ꝓcul dubio diuinitas Trinitatis,& unus deus trinitas. NES. Si ergo una eſt diuinitas trinitatis,& unus deus trinitas. Quõ non inhabitat in Chriſto trinitas ſicut plenitudo diuinitatis habitãs in chriſto, q̃ una & ſola eſt? CATH. Non eſt dubium apud nos Chriſtũ in duabus naturis unitis ſubſiſtere,unam diuinitatis,& alteram humanitatis. Et quia una & ſola eſt totius trinitatis diuinitas. Eſt ergo iuxta uos Trinitas & humanitas Chriſtus,qui ex diuinitate totius trinitatis, q̃ una & ſola eſt,& humanitate ſubſiſtit. Porro ſi Trinitas & humanitas eſt Chriſtus,iam non habitat trinitas in Chriſto,ſed eſt ipſa trinitas chriſtus. NES. Non eſt trinitas & humanitas Chriſt9,& tamen ex diuinitate ꝑfecta & humanitate ꝑfecta eſt Chriſtus,& habitat trinitas in Chriſto,& non eſt quartus,ut tu autumas,chriſtus. Pater enĩ nullo dubitante in filio hahitat,& filius in patre,a quibus non ſeparať ſpiritus ſanctus. Filius aũt de9 in q̃ inhabitat pater. Ita eſt in Chriſto mundum reconcilians ſibi,ut ꝓpter coniunctum ſibi filium,unus & ipſe ſit filius & Chriſtus,& hac ratione habitat trinitas in chriſto,& non eſt quartus Chriſtus. CATH. Magna nimis eſt iſta non ratio,ſed abſurditas. Nam cum hactenus Trinitatẽ in chriſto contẽdebas inhabitare,pro eo q̃d dictum eſt. Quia in ipſo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corpaliter. Nunc iam nõ totam trinitatẽ,ſed deum tm̃modo filium in chriſto eſſe dicis,pro eo q̃d ſcriptum eſt. Deus erat in chriſto mundũ reconcilians ſibi, in q̃ tamen filio quia habitat pater,& ipſe in patre,a qbus non ſeparať ſpiritus ſanctus, rurſus totam trinitatẽ ſecundũ hanc uidelicet rõnem aſſeris in chriſto, inhabitare. Sed ideo inquis non eſt quaternitas, q̃uis habitet in chriſto trinitas quia deus verbum ita ineſt chriſto,ut ꝓpter coniunctum filiũ,unus ſit filius & unus chriſtus. Sed ſiue Trinitatem, ſiue deum verbum ineſſe dixeris Chriſto, quaternitatem oĩno non trinitatem p̃dicare conuinceris. NEST. Quonam modo,ſiue trinitatem,ſiue deum verbum in Chriſto ineſſe dixero,quaternitatem non trinitatẽ p̃dicare conuincor? CATH. Quia trinitas pater & filius & ſpiritus ſanctus eſt,ſicut ſuperius iam diximus, qui ſi in chriſto inhabitant, quartus intelligeť ſine dubio chriſtus,in q̃ inhabitat trinitas. Rurſus ſi ĩeſt chriſto deus filius,non iam ipſe eſt chriſtus,& ſi ipſe nõ eſt chriſtus,duo ſunt oĩno deus filius & chriſtus in q̃ inhabitat, q̃uis callide ad decipiendos ſimplices unũ eos eſſe argumentaris. Apoſtolus nanq; ſupius docuit,deum patrẽ non deum filium ineſſe chriſto,mundũ ſibi reconciliantẽ. deniq; ait, Si qua in chriſto noua creatura,uetera tranſierunt. Ecce facta ſunt oĩa noua,oĩa aũt per deũ qui reconciliauit nos ſibi per chriſtum,q̃d ſi uideť adhuc dubiũ, quem deum dicat ꝑ chriſtum mundũ ſibi reconciliare, vtrum patrem an filium,ab ipſo dño doceamur. Pater,inquit,in me manẽs,ipſe facit opera ſua. NEST. Vna & æqualis

Ioan.i.B

In Chriſto habitat de9 pater,nõ de9 filius,quia Chriſtus eſt filius

ii.Cor.v.D.

Ibidem.

Ioan.iiii.B

an diuerſa eſt uirtus & oꝑatio trinitatis? CATH. Vna prorſus. NES. Vniuerſa ergo q̃ creant̃, a tota trinitate creant̃, an tibi hoc nõ uidet̃? CATH. Oĩa q̃ facit pater hæc eadem ſimiliter & filius facit, nec ſine ſpiritu ſancto pater & filius aliquid faciunt. NEST. Omne mortale creatũ dicis an increatũ? CAT. 8
Oĩno creatum. NEST. Si ergo omne q̃d morit̃ creatura eſt. Ergo & Chriſtus pro noſtris peccatis mortu9, creatura eſt. Et quia nulla eſt creatura, quam non trinitas operet̃, profecto Chriſtus, quem pro noſtris peccatis mortuũ credimus, a tota trinitate creatus eſt, & reſuſcitatus a mortuis, quia una eſt uirt9 & oꝑatio trinitatis. Quod ſi non eſt contrariũ ueritati, Chriſtũ creatum & reſuſcitatum, ſicut ratio docuit, a tota credere trinitate. Nec hoc erit contrariũ ueritati totam Trinitatẽ pariter in Chriſto inhabitare, quem ſine dubio reſuſcitauit a mortuis. CATH. Impia oĩno & ſacrilega atq; Arrianorũ blaſphemiis hæc aſſertio coæquanda eſt, q̃ Chriſtum non deum p̃dicat, ſed creaturã. Nec enim ut tu impie argumentat9 es, chriſtũ pro noſtris peccatis mortuũ tota creat aut reſuſcitat trinitas. Cũ chriſtus mortuus pro peccatis noſtris non extraneus aut alienus, ſed unus ex ipſa ſit trinitate. Creat̃ quidẽ & reſuſcitat̃ a tota trinitate nõ chriſtus, ſed caro ſine dubio Chriſti, et quia caro non alterius, ſed ip̃ius eſt chriſti. Creat & reſuſcitat chriſtus ſemetipſum, ſecundũ carnem cum patre & ſpiritu ſancto. Nam & Apoſtolus, non a Trinitate, ſed a patre reſuſcitatũ chriſtũ ita teſtat̃ dicens. Paulus apſus non ab hoĩbus neq; per hoĩem, ſed per Hieſum chriſtũ, & deũ patrem, q ſuſcitauit eum a mortuis. Nec eñ quia dixit. Non ab hoĩbus neq; per hoĩem, ſed per Ieſum chriſtũ, deum eum tm̃modo non & hominem p̃dicauit, ſcribens Galatis qui fuerant a Iudęorũ Pſeudoapoſtolis pene decepti ſapienter ſermonẽ temperat, ut nec deum mortuum a deo patre reſuſcitatum audientes ſcandalizarent̃, duos ſibi deos ęſtimantes ab Ap̃lo p̃dicari, nec purum hoĩem crederent Chriſtũ a mortuis ſuſcitatum. NES. Cũ uelut impiam & Arrianorũ blaphemiis coæquandã aſſertionẽ meã arguas, quia dixi creaturã Chriſtũ qui pro noſtris peccatis eſt mortuus, quia oĩs utiq; creatura mortalis, immortale aũt eſt q̃d increatũ eſt. Et quaternitatẽ p̃dicare me æſtimes, eo ꝙ dixi, eundẽ chriſtũ a tota Trinitate creatũ, & a mortuis reſuſcitatũ. Tu oĩno iuxta Arrianos Homouſion diuidere, & quaternitatẽ pro trinitate p̃dicare es dep̃henſus. CATH. Quanq̃ imperite nimis oẽm creaturã mortalẽ 9
eſſe definias, ubi tñ me Homouſion diuidere, aut quaternitatẽ pro trinitate p̃dicare coarguis? NEST. In eo cũ dicis unũ ex trinitate. CATH. Doce ergo quæſo, quemadmodũ hęc dicens, diuiſionẽ ingerã trinitati, uel quaternitatem in p̃dicatione trinitatis inducam. NEST. Oĩa q̃ inſunt factis, infectis ineſſe nõ poſſunt. Infecta uero eſt, Trinitas, & ut omittã cætera, ineſt factis etiã numerus in numero aũt ordo eſt primi & ſecũdi. In ordine uero maioris minoriſq; gradatio, ſed neq; ordo, neq; gradatio põt accidere trinitati, & ea ratiõe qua ei nõ inſunt, quæ inſunt numero, nec numerus ineſt ei. Quapropter non eſt oĩno ueritati cõgruũ, unũ ex trinitate dicere chriſtũ, quia unũ numeri conſtat eſſe uocabulũ. & quia oĩs numerus in diuiſione eſt, diuidere eſt Homouſion, unũ di

Trinitas creauit & reſuſcitauit, non Chriſtũ, ſed carnẽ chriſti

Gal. i. A.

Non eſt Homouſion diuidere, ſi dicamus, Chriſtũ unum ex Trinitate.

cere ex Trinitate,quam conſtat in unitate,non in diuiſione ſubſiſtere. CAT.
Multis & ſupfluis ratiocinationibus nihil prorſus egiſti,niſi ut te poſt nimium Quo in Tri
laborẽ Sabellianũ oſtenderes, q̃ ſicut unam naturã,ſic unã & ſubſiſtentiã ſiue unitate eſt nu
pſonam aſſerit Trinitatis. Si eñ,ut tu uis,in nulla parte aderit numerus Trini merus.
tatem,non iam trinitas,ſed tm̃modo unio tota ſecundũ totũ eſt,& ſi tota ſecun
dum totũ unio eſt,quomodo Trinitas? niſi forte noĩbus tm̃,& non ſubſiſten-
tiis ſiue perſonis trinitatẽ iuxta Sabellium,ſicut ſupius dictum eſt,& Paulũ Sa
moſatenũ eſſe contendis. Aut ſi rebus & ſubſiſtentiis pateris ſubſiſtere Trini-
tatem,et alium dicis patrẽ,alium filiũ,alium aũt ſpũm ſanctũ,quomodo trinitas
non numerat? nam hoc ipſum q̃d trinitas dicit,non niſi numerũ ſignificat. Nu
merat ergo trinitas,& nõ numerat. Nõ numerat ſecundũ naturã,qa de ea ſcri
ptum eſt,Et ſapientiæ eius non eſt numerus. Numerat aũt ſecundũ pſonas,qa Pſal.cxlvi.
tres perſonæ trinitas,pater & filius & ſpũs ſanctus,ergo non ſolum ſingularis
numerus in trinitatẽ. Verũ etiã pluralis admittit,licet non oĩa ei admitti que-
ant,q̃ inſunt numero. Secundũ pluralẽ nanq; numerũ dictũ eſt. Faciamus ho Geñ.i.C
minem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et ueniemus ego & pater & manſio Ioã.xiiii.B.
nem apud eũ faciemus. Et ego & pater unũ ſumus,unũ ſecundũ naturã,non ſe Ibidem x.F
cundum pſonas. Hinc docemur,vnũ non eſſe numerũ,q̃uis ſit origo & prin-
cipium numeri,q̃d ſolidũ ſemp,indiuiſumq; ſubſiſtit. Alioquin ſi unũ a te repu Vnũ nõ eſt
tetur in numero,non ſolũ ſecundũ pſonas,uerũ etiã ſecundũ naturã trinitas nu nũerus,ideo
merabit. Et qa,ut dicis,oĩs numerus in diuiſionẽ cadit,a te potius nõ a nobis ho diuiſionẽ nõ
mouſion diuidit,q unũ credis poſſe uel numerari uel diuidi. Sed ſi unũ,q̃d pfe recipit
ctum eſt,& indiuiduũ,non põt in diuiſionẽ numeri aliqua rõne recedere ,nõ
diuidimus Homouſion,cũ Chriſtũ unũ ex trinitate eſſe ueraciter confitemur.
Nec; eñ oĩa q̃ numerant,etiã rebus pariter diuidunt,q̃uis oĩa q̃ diuidunt re
bus,ſimul etiã numerẽt. Numeramus eñ cũ dicimus duas efficacias Solis,ſplẽ
dorem uidelicet & calorem. Nec tñ eas rebus diuidimus,quia tantũmodo eas Vt hæc exẽ
cognitione pcipimus. Similiter etiã numeramus, cum dicimus Chriſtũ dñm pla conueni
noſtrũ in duabus naturis unitis. Sed non ideo rebus eaſdẽ naturas diuidimus , ant,diuide
quas ſola tm̃ cognitione diſcernimus. Trinitatẽ aũt,ſicut iam ſupius dictũ eſt, re,p ſepare
ſecundũ pſonas & diſcernimus & numeramus,quã tñ ſecundũ naturã, q̃ una accipiatur.
& ſola eſt,nec diſcernimus nec numeram⁹,quia unitas ſiue ſingularitas? ſeu cer Quanq̃ ne
te(quod melius dici puto) unio diuinitatis nec diſcernit nec numerat. Dicitur ſic q̃dẽ ſatis
ergo Chriſtus unus ex Trinitate,& nõ diuidit Homouſion,qa nõ ſecundũ id placet
q̃ numerat trinitas,ſed ſecundũ id numerat unus ex trinitate Chriſtus aſſerit.
Præcipue, quia & unũ nequaq̃ ,ut dictũ eſt,reputet in numero, & oĩa q̃ intel
lectu numerant,non protinus rebus etiã diuidunt. Hinc & Paulus. Vnus,inq̃t .i.Cor.viii.
deus pater ex q̃ oĩa,& unus dñs noſter Ieſus Chriſtus,p q̃uẽ oĩa. Quapropter B.
tã rõne q̃ his diuinis teſtimoniis,uana & inanis docet illa tua multis ſyllogiſmis
collecta cõcluſio,q̃ dicit,nõ cõuenire ỽitati unũ ex trinitate dicere Chriſtũ,qa Recte dicit
20 unũ nũeri,ppriũ eſt,nũerus aũt oĩs in diuiſione eſt. NES. Quicquid ex aliq̃ Chriſtus v-
eſſe dicit,aut p gñationem,aut p proceſſionẽ,alterũ oſtendit ex altero. Per ge- nus ex trini
tate.

nerationẽ ut a patre filius,deus eñ ex eo dicit. Per ꝓceſſionẽ uero ſimiliter ſpiritus ſanctus.Nam & de eo ſcriptũ eſt.Nos aũt non ſpiritũ huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt.Q; ſi Chriſtus ex Trinitate eſt,aut ꝑ generationẽ alter eſt,& eſt filius Trinitatis,aut ꝑ proceſſionẽ alter eſt, quaſi a trinitate ꝓcedens.Et q̃d nos dicere putatis,uos potius quartũ et extraneũ a trinitate Chriſtũ dep̃hendimini p̃dicare,dicentes,eum eſſe ex trinitate.Quapropter unũ in trinitate Chriſtũ fateri catholicũ iudico,nõ aũt unũ ex trinitate. CAT. Sicut per generationem & per proceſſionem alter oſtẽditur eſſe ex altero ,ita

Ro.ii.D & per proceſſionem , procul dubio alter docetur ex altero,quia & de creatura dicit,omnia ex deo. Quapropter q Chriſtum a trinitate creatum & reſuſcitatum aſſerit,quartũ eũ euidenter extraneũ a trinitate ꝑ creationem ſtatuunt. Quod quia tu ſupius aſtruere conatus es. Ideo hic per g̃nationem & ꝓceſſionem,alterũ docens eſſe ex altero per creationẽ dicere noluiſti,ne contra teip̃m agere uidereris.Nos aũt neq; ꝑ g̃nationem,neq; ꝑ proceſſionẽ,neq; ꝑ creationem,ſed iuxta numerũ Chriſtũ unũ fatemur ex trinitate,ſicut ſolemus unũquẽlibet ex duobus uel tribus pluribus ue ſpecialiter demõſtrare. Iuxta quẽ modũ nec diminutio fit,nec augmentũ eius numeri, q̃ unuſquilibet ſpecialiter demõ

Ioan.xiii.C. ſtratur.Neq; eñ diminutus eſt,uel auctus numerus Apoſtolorũ cum dicitur

Ibidem Vnus ex uobis tradet me. Aut ſeipſum Ioãnes alienũ facit a duodecim,aut tertium decimũ ꝓbat,cũ dicit de ſe ipſo.Et erat recũbens unus ex diſcipulis eius in ſinu Hieſu,quẽ diligebat plurimũ. Aut certe augmentũ ibi,aut diminutio ali

Lu.xxiiii.C qua facta eſt,duorũ diſcipulorũ euntiũ in Emaus,cũ dicit.Et erat unus ex illis Cleophas.Quapropter neq; augmẽtũ neq; diminutio fit Trinitati Chriſtum dicere unũ ex trinitate.Sed ſpeciali adſignatiõe unũ eum ex trinitate eſſe mõſtrãtes, & eos q cõfuſionẽ ſubſiſtentiarũ p̃dicant abiicim⁹,& eos q eũ extraneũ credũt ex trinitate,alienos a catholica ueritate declaramus. Q; quia tu ueritati

Recte dicit chriſt⁹ unus ex trinitate ẽ͂i trinitate. contrariũ eſſe iudicas,aut ſubſiſtentiarũ confuſionẽ credere dep̃henderis,aut extraneũ a trinitate Chriſtũ prorſus intelligis.Vnũ aũt in trinitate dicere chriſtum,& unũ eũ ex trinitate denegare,non catholicorũ,ut aſſeris,ſed illorũ eſt

Act.xvii.F. ꝓpriũ, q Chriſtũ a trinitate creatũ,ita eſſe credunt in trinitate,ut non ſit de trinitate,hoc eſt,non eũ ſecundũ eſſe,ſed ſecundũ ineſſe cognoſcant.Sicut & un⁹ quiſq; noſtrũ eſt in Trinitate,quia un⁹ eſt deus,in q̃ uiuimus & mouemur &

Chriſtus & unus ex trinitate et una pſona ex trinitate recte dicitur. ſumus.Vel certe ſicut dicit. Pater in filio,alter docet in altero. Ita cũ eſſe dicit Chriſt⁹ in Trinitate,alius p̃ter trinitatẽ ineſſe intelligit trinitati. NEST. Nihil q̃d & tibi obiiciã occurrit ulterius,niſi qa nõ unũ ex trinitate,ſed vnã pſonã Chriſtũ ex trinitate melius arbitror confiteri,ꝑcipue qa tres pſonæ ſunt trinitatis. CATH. Catholicos non latet a qbuſdã ita unã pſonã dici Chriſtũ, vt tñ non ille q pro nobis carne eſt crucifixus,una ſit ex Trinitate pſona. Nõ eñ ex duabus naturis naturaliter unitis,unã credunt Chriſti pſonã,ſed ex duabus pſonis ꝑ coniunctionẽ & gratiã copulatis unã pſonã chriſti factã eſſe cõmemorant,dicentes.Chriſtũ unã ex trinitate pſonã,unũ chriſtũ ex trinitate fateri nullatenus adquieſcunt,ex qbus te unũ eſſe ꝓbas,qa unã pſonã Chriſtũ dicens ex

trinitate,unũ eũ dicere ex trinitate declinas.Quis em̃ tam ſtultus & uęcors eſt,
qui dicat Petrus ex hoı̃bus una ꝑſona eſt.Non eſt aũt unus ex hoı̃bus Petrus.
Quapropter catholica eſt definitio,deũ verbũ dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ cũ
ꝓpria carne,unũ fateri ex trinitate,licet non ſit ſecundũ carnẽ de ſubſtantia tri
22 nitatis. NEST. Nunq̃ ego Chriſtũ unũ ex trinitate cõfiteor,q̃a in nulla hoc
ſcriptura Canonica legit̃.Exemplũ aũt illud q̃d de Petro ꝓferre uoluiſti,nihil
ad cauſam ꝑtinere cognoſcit̃,q̃a ſinguli quicꝫ hoı̃es ab inuicẽ ſunt diuiſi.Quod
de illa indiuidua & inſeꝑabili trinitate credere oı̃no impium cõprobat̃.Illud
aũt fatendũ eſt,quia ſine Chriſto trinitas non eſt. CAT. Si nuncꝫ niſi q̃d in
ſcripturis Canonicis contineť te dicere ꝓteſtaris.Vbi nã in ipſis legiſti,unũ in
Trinitate Chriſtũ,aut unã ꝑſonã ex trinitate? Vel certe,q̃d non ſit trinitas ſine
Chriſto? q̃d cũ dicit̃.Quis nõ intelligat quaternitatẽ eos q̃ hoc aſſerunt p̃dica
re? Si em̃ nõ eſt trinitas ſine Chriſto,eſt ergo trinitas cũ chriſto.Nã & cũ uno
q̃cꝫ noſtrũ eſt trinitas deus, q̃ nõ de ipſo ſed in ipſo ſumꝰ,ſicut iã ſuꝑius Apľo
teſte ꝓbauimꝰ.Quartus eſt ergo Chriſtus , cum q̃ & trinitas pater & filius &
ſpũs ſanctus. Verũ q̃a Chriſtũ unũ ex trinitate dicere ueritati cõtrariũ iudicas,
Cuius nã uocẽ illã eſſe dicis,qua dictũ eſt.Factus eſt Adã tanq̃ unus ex nobis?
NES. Dei ꝓcul dubio. CAT. Plures ergo & nõ unus eſt deus,ex q̃bus unꝰ
dicit ad cęteros.Factus eſt Adã tanq̃ unus ex nobis? NES. Non ſunt plures
dii,ſed unus eſt deus,pater & filius & ſpũs ſanctus. CAT. Quid ergo huius
dei,q̃ eſt pr̃ & filius & ſpũs ſanctus,uocẽ illã eſſe ꝓfiteris? & ſi huiꝰ dei uox illa
eſt,ad quẽ dicit,Factus eſt Adã tanq̃ unus ex nobis? NES. Deus ꝓcul dubio
pater ad deũ filiũ. CAT. Cũ ergo pater & filius & ſpũs ſanctꝰ ſit ꝓcul dubio
unus trinitas,cũ pater ad filiũ dicat.Ecce factus eſt Adã tancꝫ unꝰ ex nobis,nõ
tibi uidet̃ dicere,Tanq̃ unus,hoc eſt,q̃ ſumus trinitas? NES. Licet hoc dicat
pater ad filiũ,ego tñ q̃d dicit̃ ab ſcriptura, & ſi nolẽs fateor . q̃d aũt ip̃is uerbis
non exprimit,dicere oı̃no non audeo,ſed ſufficit mihi,ut calũniæ cõtentiõe ca
reã,hoc tm̃ de filio dicere,q̃d in ſymbolo contineť,deũ ſcilicet & filiũ et unige
23 nitũ patris natũ de ſpũ ſancto & Maria uirgine. CAT. Sed deũ natũ ex uirgi
ne etiã ille dixit,q̃ apud Epheſum condẽnatus eſt.Nõ q̃uere & ꝓprie natũ cõ
fitereť,deũ ex fœmia,ſed ꝓpter unitionẽ dei uerbi ad hoı̃em factũ,quẽ uirgo
enixa eſt. NES. Ego deũ verbũ ſecundũ carnẽ natũ dico ex fœmina. CAT.
Deũ verbũ quẽ natũ dicis ex fœmina,extra trinitatẽ,aut trinitatẽ, aut unũ ex
trinitate ꝓfiteris? NES. Necꝫ trinitatẽ,necꝫ ex trinitate deũ verbũ cõfiteor,
ſed filiũ dei deũ ꝓ noſtra ſalute ex fœı̃a ſecundũ carnẽ natũ paſſumcꝫ confite
24 or,tuis aũt nolo uti ſermõibus,nec eũ unũ ex trinitate confiteor. CAT. Non
meis ut mihi uidet̃ uis uti ſermõibus,p̃ſertim cũ nõ mea ſed ueritatis hæc uer-
ba ſint,ſed tuis potius uis abuti more hæretico hoc ip̃m q̃d dicis abnegando.
Nã & Arriani nobiſcũ tres ꝑſonas fatent̃,patrẽ & filiũ & ſpũm ſanctũ,ſed no
lentes Homouſiõ dicere dãnati ſunt.Siĩter Homouſion Paulinianiſtę nobiſcũ
p̃dicãt,ſed q̃a tres ꝑſonas denegãt trinitatis,hęretici iudicati ſunt.Aecꝫ ergo &
hi q̃ deũ q̃dẽ uerbũ dicunt natũ ſecundũ carnẽ ex uirgine,ſed nolũt eũ cõfiteri
unũ ex trinitate.Aut cũ a Sabellio unã ꝑſonã totius trinitatis intelligunt̃ aſſere

Nõ oportet ea ſoliũ dicere q̃ in ſcripturis habent̃ expreſſa

Factus eſt Adã,tanq̃ unus ex nobis. Geñ. iii. D.

Chriſtꝰ qui ex fœia natꝰ eſt,ipſe unꝰ eſt ex Trinitate

Hæretici catholicis ſermonibus abutuntur.

re. Aut aliũ neſcio quē deũ verbũ p̄dicare,non eũ ꝗ ex trinitate eſt, confutant. NES. Sed aliud eſt,dicere,tres ꝑſonas,& trinitatē uni⁹ eſſentię denegare. Aut Homouſion cõfiteri,& tres ꝑſonas nulla rõne recipe,q̇d rebus ipſis a ueritate diſſentit,& aliud eſt rebus cõgruere,& uerbis tm̄modo diſſonare. CAT. ꝗd ergo catholicũ eſſe dicis & ueritati cõgruũ,vnũ dicere Chriſtum ex trinitate? NES. Nihil uolo de hac re ulteri⁹ tecũ cõgrere. CAT. Mecũ cõgrere ulteri⁹ nõ alia te cauſa ꝓhibet,niſi qa ſenſu hęretico neſcio quē deũ verbũ nõ eũ qui ex trinitate unus eſt,iuxta Manichęos p̄dicare cõuinceris. Si em̄ non in ſenſu, ſed tm̄ in ſermõibus diſſonares a nobis, ꝓbares utiq; catholicũ eſſe unũ ex trinitate chriſtũ fateri. NES. Nõ tibi uidet̃ id ip̄m eſſe,q̇d tu dicis,& q̇d ego. an tu aliũ neſcio quē non deũ verbũ Ieſum Chriſtũ dicis eſſe unũ ex Trinitate? CAT. Ip̄m ſine dubio,nec alterũ aliqñ cognoui. NES. Si ergo id ip̄m eſt, audes me hæreticũ dicere,ſi tuis ſermonib⁹ uti noluero,nedũ tibi ſatisfacio, aliis hæreticis occaſionē ſui erroris uidear exhibere. CAT. Si ob id nõ eſt chriſt⁹ fatēdus un⁹ ex trinitate,ne dare occaſionē uideamur hęreticis,nõ ſunt cõfitēdę tres ꝑſonæ,& trinitas,ne demus Arrianis occaſionē. Nec rurſus cõfitēdũ Homouſion,ne ſiſes uideamur Paulinianiſtis. Poſtremo negent̃ duę naturę,qa eas Neſtori⁹ ſemp̄ & ubiq; ꝓfeſſus eſt. q̇d ſi fiat,ꝗd cõfitēdũ ſit neſcio. Verũtñ ſi quis tibi dixerit,Chriſtotocon beatã fateor uirginē,Theotocon uero dicere, nullaten⁹ acqeſco,catholicũ hũc an hæreticũ eſſe ꝓnũcias? NE. Hęreticũ ꝓcul dubio fateor,qa hoc iã ſynod⁹ ſtatuit,ſicut & illa oĩa q̃ a te ſupi⁹ ſũt ꝓlata. CAT. Rurſus ꝗ tibi dicit,unã naturã dei verbi ĩcarnatã & aĩatam aĩa rõnali & intellectuali Chriſtũ cõfiteor,duas uero naturas fateri nõ audeo. Vel certe ꝗ tibi dixerit,ex duab⁹ naturis credo chriſtũ,in duabus aũt eũ nõ poſſum credere,ne uidear occaſionē dare hęreticis,ꝗd de talib⁹ cēſes? Nũ audes eos hęreticos dicere cũ aliis uerbis,duas fateri naturas intelligent̃ in chriſto? ſed ne uideãt̃ dare occaſionē hæreticis,duas nõ acqeſcũt uerbis ĩpis exprimere. NES. tales ego nõ ſolũ alienos a ueritate iudico,uerũetiã anathematizo,hęc nãq; & nõ alia cauſa eſt,qua nõ cõicamus ægyptiis. CAT. Si ergo & hos ꝗ aliis uerbis duas naturas p̄dicãt,ſed nolũt hoc idē ipſis v̇bis exprimere,q̃uis p̄prope tu hęreticos non ſolũ cēſes uerũetiã anathematizas. Et eos ꝗ Chriſtotocon dicũt B. Mariã,Theotocõ aũt eã fateri nõ acqeſcũt ſiłr dãnas. Cũ cõſtet chriſtũ deũ eſſe & deũ chriſtũ. Quõ nos catholicos & non hæreticos iudicabim⁹ eos ꝗ dicũt deũ uerbũ natũ ſecũdũ carnē de uirgĩe,& paſſum carne ꝓ nobis,& negãt eũ unũ eſſe ex ſancta & ĩdiuidua trinitate,p̄cipue qa dicũt hoc catholicæ fidei cõuenire? NE. Sed & duas naturas,& theotocõ dicere ſynod⁹ definiuit. hoc aũt nulla ſynod⁹ ſtatuit. CAT. Nihil igit̃ arbitraris dicēdũ p̄ter id q̇d ſynodicis literis continet̃? NES. Nihil oĩno. CAT. Si tibi ab aliq̇ fuerit obiectũ,vtrũ 25
deũ patrē genitũ an ingenitũ fatearis,quid ei es reſponſurus. NES. Ingenitũ ꝓculdubio. CAT. Si tibi dixerit,hoc non accipio,quia nulla hoc ſtatuit ſynodus. NES. Reſpondeo,quia nec dicere uetuit. CAT. Rurſ⁹,ſi tibi obiecerit trinitatē dici non debere,quia nulla ſynodus ſtatuit? NES. Hoc ip̄m ei reſpõdeo,& nihil aliud,qa ſicut dicēdũ non ſtatuit,ita nec oĩno ꝓhibuit. CAT. Ecõtra

Nõ omittenda eſt ꝓpria locutio propter Hęreticos

Nõ ſolũ Cõciliorũ uerbis utēdum eſt,ſed & aliis pro tpe neceſſariis

tra

tra ſi ille dixerit. Sicut non uetuit, & quod in uerbis non continet Conciliorum dicere oĩno non conuenit, quid ad iſta reſpondebis? NES. Hæc de patrum poſſum ſcriptis oſtendere. CAT. Sed & nos quod unus ex trinitate Chriſtꝰ ſit, ex patrum ſcriptis oſtendimus. NES. Quanquã hoc ex patrũ ſcriptis doceri facile credo, ſed ego dicere nullatenus acquieſco, nec tecum ulterius ſermonem conſeram, ſed meam tenaciter fouebo ſententiam. CAT. Mirabar equidem ita uincere te poſſe humanam gloriã, ut nulla te confuſio ſuperaret, quatenus congruam ueritati ſententiã, quam hactenus impugnaueras, diuina correptus auctoritate receperis. Verum quia apud te definitũ eſt, in tua te potiꝰ cõtinere ſententia q̃ ueram confeſſionẽ amore æternæ beatitudinis approbare. Nec ego te unq̃ aliud aliquid q̃ hæreticũ iudicabo, qui deũ uerbum dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui pro noſtra ſalute paſſus eſt carne, unũ eſſe ex ſancta & indiuidua Trinitate non approbas, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Maxentii Iohannis Serui Dei, Liber Secundus explicit.

INCIPIT EPISTOLA QVAE DICITVR ESSE PAPÆ ORMISDÆ AD POSSESSOREM EPISCOPVM APHRVM, QVI EST CONSTANTINOPOLI.

Dilectiſſimo Fratri Poſſeſſori Hormiſda.

SICVT rationi congruit ut conſulãt ambigẽtes, ita par eſt reſpondere conſultos, quia ipſe ĩpellit in errorẽ, qui nõ inſtruit ignorantẽ. Nec quidq̃ eſt aptius ſtudioſo religionis q̃ inquiſitio ueritatis, qñ facilẽ deuiũ uitat, qui iter q̃d gradiat̃ rogat. Sed priuſq̃ rñdendi curã de his q̃ dilectio tua ꝓcontat̃, adgrediar, libẽter in literis tuis fidei tuę me fateor inueniſſe feruorẽ, cuius calore ſucceſus, rediuiuã in illis ꝑtibus infideliũ ꝑuerſitatẽ uigere ſuſpiras digniſſimꝰ dolor, qui dedita deo corda contriſtat. Nec eñ eſt apud eos lapſus inlamẽtabilis, quibus eſt igniculꝰ caritatis. Quia unũ ſpiritaliũ uotũ eſt, ſalus incõcuſſa cũctorũ. Sed non eſt ignota eccleſiis dei de hmõi ꝓcellis aut inſueta tẽpeſtas, q̃uis rectoris ſui gubernaculo inconcuſſa ꝑſiſtat, uariis tñ inſurgẽtiũ fluctuũ laborat uexata turbinibus. Nã vñ eſt Pſalmidici uox ꝓphetę, qui ipſius eccleſię ꝑſonã ſpũ q̃ implebat̃ aſſumẽs. Sępe, inquit, expugnauerũt me a iuuentute mea, etenĩ nõ potuerũt mihi. Cõcutiũt, ſed in nihilo ꝑualebũt. Adhuc in area ſumꝰ, mixta ſunt frumẽta cũ paleis, gemũt boni conſortia malorũ. Sed ſupeſt, flãma non neceſſariis, & parata ſunt horrea iam probatis. Vbi terrarum non iſta permixtio? nos fixis decet ſtare ueſtigiis. Proficiemus inter aduerſantes propriis bonis, ſi erroribus non inuoluamur alienis. Probat enim uirtutis ſuæ ualidum robur, cum impellitur non moueatur. Vbi non uariæ tentationis aculei? Quales nunc fere iugem annum quorundam Scytharum, 1 2 3 4 5 6 7 8

ꝗ Monachos p̃ferebãt ſpecie,nõ ueritate. ꝓfeſſione,non opere,ſubtili tectas
calliditate uerſutias,& ſub religiõis obtentu famulãtia odiis ſuis uenena ꝑtuli
mus,ſtudentes eos ab interno uulnere medicabilis patiẽtię moderatiõe ſanare,
Beati Pauli monita [redacted] t[redacted]entes.Noli uerbis cõtendere,ad nihil em̃ utile eſt,
9 niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. Sed qñ uirus q̊d uiſcera penetrauerit euellit?
Qñ corda male ſibi credula,ueritatis obtẽperãt inſtitutis? qñ induit obedien
tię hũilitatẽ opiniõibus ſuis uallata ſuꝑbia? qñ acqeſcũt paci cõtentionũ ſtudiis
10 aſſueti? ſola certamia auentes de religiõe captare,& mãdata negligere. Nũq̈
apud eos caritas nouo cõmẽdata p̃cepto.Nunq̃ pax,dñico relicta diſceſſu,una
11 ꝑtinacis cura ꝓpoſiti rõni uelle imꝑare,nõ cedere. Cõtẽptores auctoritatum
ueterũ,nouarũ cupidi q̃ſtionũ,ſolã putãtes ſciẽtię rectã uiã,qualibet cõceptã fa
cilitate ſentẽtiã .Eo uſq̈ tumoris elati,ut ad arbitriũ ſuũ utriuſq̈ orbis putẽt in
clinãdũ eſſe iudiciũ.Nec in nũero fideliũ deputãtes ſequacẽ traditiõis paternę,
13 ſi ſuę uiderint credere nolle ſñiæ. Docti crimĩa ſerere,obtrectationũ uenena
cõponere,integrũ ecclesię corpus odiſſe,ſeditiões ſtruere,inuidiã concitare, &
ꝓ obediẽtia (q̃ in cœnobiis principatũ regularis obtinet diſciplinę) obſtinatio
14 nẽ ꝑtinacis amare ſuꝑbię. Nõ illos potuimus monitis,mãſuetudine,nõ aucto
15 ritate cõprimere. In publicũ uſq̈ ꝓdiere cõuentũ,ad cõcuſſionẽ gẽtis circa re
gũ etiã ſtatuas inclamãtes,& niſi fidelis populi conſtãtia reſtitiſſet,ꝑ diabolicę
ſemĩa nefanda zizaniæ apud illos diſſenſionẽ & diſcordiã cõmouiſſent,ꝑ q̊s
16 adiutorio dei de regione eorũ eſt pulſa diſſenſio. Sero ꝓbauimus ꝓphetica
Apl'in uoce dixiſſe.In nouiſſimis diebus inſtare tꝑa ꝑiculoſa, & fore hoĩes ſui
tm̃ amatores,habẽtes formã pietatis,uirtutẽ aũt eius abnegãtes,itaq̈ eſſe uitã
17 dos. Hęc ideo dilectiõi ueſtrę indicãda ſub occaſiõe credidimus.Ne ſi illuc fu
erint forte delati,ignorãtes quẽadmodũ ſe Romana urbe tractauerint,ſub ali
18 qua uerborũ ſimulatiõe poſſint aliq̊s deciꝑe. Hinc uero q̊d uos de Fauſti cu
iuſdã Galli antiſtitis cõſuluiſſe literis indicaſtis. Iis ſibi reſpõſum habeãt. Neq̈
illũ neq̈ quenq̈ q̊s in auctoritatẽ patrũ nõ recipit examẽ catholicę fidei,aut ec
cleſiaſticæ diſciplĩæ ambiguitatẽ poſſe gignere,aut religioſis p̃iudiciũ cõꝑare.
Fixa ſunt a patrib⁹ q̃ fideles ſectari debeãt inſtituta,ſiue interp̃tatio,ſiue p̃dica
tio,ſeu uerbũ pro populi ædificatiõe cõpoſitũ,ſi cũ fide recta & doctrina ſana
cõcordat,admittit̃,ſi diſcordat,abolet̃.Vnũ eſt fundamentũ,extra q̊d q̃libet fa
brica ſi conſurgit infirma eſt,ſuꝑ illud quiſq̊s ſuꝑædificat,ſeu uilia ſeu p̃cioſa cõ
ſyderet. Errat aũt is ꝗ a uia quã patrũ electio monſtrauit exorbitat.Nec tñ im
ꝓbat̃ diligẽtia,ꝑ multa diſcurrẽs,ſed anim⁹ a ueritate declinãs,ſępe ex iis neceſ
ſaria ꝓuident̃. de qb⁹ ipſi æmuli cõuincant̃,inſtructioni nec uitio dari põt,noſ
ſe q̊d fugias,atq̈ ideo nõ,legẽtes incõgrua,in culpã ueniunt,ſed ſequẽtes. Q3
ſi ita non eſſet,nunq̃ Doctor ille gẽtiũ adqeuiſſet adnũciare fidelibus.Oĩa ꝓ
bate,quod bonum eſt tenete.Non ab re eſt,& ſi mundanum , non tamen a ra
tione diſcretum miſcere ſermonem.Fertur quidam nobilis arte pingendi,cum
equũ peniculo uellet explicare,aſellum ſibi propoſuiſſe pingenti,aſſerens non
ut iumentum imitaretur informe.Sed ne in alicuius deformis lineamenti ſimi
litudinem lapſus incideret , non inprouida patrum ueneranda ſapientia fideli
poſteritati

poſteritati,q̃ eſſent canonica dogmata definiuit. Certa librorũ etiã ueterũ in au ctoritatẽ recipienda, ſancto ſpiritu inſtituente pfigens, ne opinioni ſuæ lector indulgens, non q̊d ædificationi eccleſiaſticę cõueniret, ſed q̊d uoluntas ſua con cepiſſet aſſereret. Quid ergo calũniantibus opus, extra conſtitutos eccleſiæ ter minos porrigere q̃ rõnis? & de his q̃ ita habent̃ dicta, quaſi dicta non ſint, mo uere certamina? cũ chriſtiana fides canonicis libris, & ſynodalibus diſciplinis, & patrum regularibus conſtitutis, ſtabili & inconcuſſo tramite limitet̃. De ar bitrio tñ libero & gratia dei, qd Romana, hoc eſt catholica ſequat̃ & ſeruet ec cleſia. Licet ex uariis libris B. Auguſtini, & maxime ad Hilariũ & Proſperum, abunde poſſet agnoſci. Tamen & in ſcriniis eccleſiaſticis expſſa capitula conti nent̃, q̃ ſi ibi deſunt, & neceſſaria creditis, deſtinabimus, quanq̃ qui diligenter apoſtolica conſyderat, quid ſequi debeat euidẽter agnoſcat. Deus te incolumẽ cuſtodiat, frater chariſſime. Dat. Id. Auguſtas. Ruſticio ac conſulibus.

INCIPIT RESPONSIO MAXENTII IOHANNIS SERVI DEI, ADVERSUS Epiſtolam, quam ad Poſſeſſorem a Romano Epiſcopo dicunt Hæretici deſtinatam.

